







Plant 4/5/22

~~D. Luis Vigil~~



~~Luis Vigil~~



R.49482

DI O G E N I S  
LA E R T I I D E  
V I T A E T M O R I  
B V S P H I L O S O -  
P H O R V M L I -  
B R I X.



*Cum Indice locupletissimo.*



COMITE FORTUNA

A P V D S E B . G R Y P H I V M  
L V G D V N I ,  
1546.

DONACION MONTOTO



W. H. WOODWARD  
11-17-1907

F R . A M B R O S I I  
 IN DIOGENIS LAERTII  
 opus, ad Cosmam Medicem epistola.



OLVENTI nūhi quædam Græca  
 uolumina , uenit ad manus Laertij Dio-  
 genis de philosophis prolixum opus . Id  
 et si auctori plus in legendō studij quām  
 in scribendo diligentia fuisse ex ipsa le-  
 ctione deprehenderem , quia tamen uaria erat his toria , &  
 plurima cognitu necessaria continere videbatur , Latinum  
 facere , anicis maxime id fieri orantibus , statui . Quanquā  
 enim sacris transferendis iam pridem studiū omne tēpuiq;  
 decouerā , atq; id religionis instituto magis consentaneum ,  
 ab hoc tamen ueluti curriculo modice deflectere , ut studio-  
 sis morem geret , haudquaquam reprehensibile existimauit  
 imò hoc ipso labore meo fore , ut Christianæ pietatis &  
 gratiae dignitas magis patesceret , ac per id fides in deum  
 promptior ac ardentior surgeret , ratio uerissima suade-  
 bat . Quando enim inter illos qui sapientiae secularis fuere  
 principes tenti de deo , rebusq; & diuinis & humanis opi-  
 nionū cōcertatio est , ut se inuicem destruant , neq; ubi con-  
 sitas reperire possis , maiore profectō alacritate animus  
 diuinæ dignitatis amplectitur gratiam , atq; ad fonten uer-  
 itatis accurrens ueteris squalorem miseratur erroris . Et si  
 enim apud illos sparsim probabilia quædam & ueritati  
 consona inuenire est , mens tonen tanta opinionum uarie-  
 tate fatigata libentius & gratius intra cubicula ueritatis  
 se recipit , & diuinis libris ac literis hauriendis maiori de-  
 incps desiderio inhiat , & ipsa tamen que apud nobilio-  
 res quo squaliter philosophos , de deo , de celo , corporib; q;

cœlestibus, de natura rerū subtiliter ac uerē disputata suat, ueritati Christianæ maximè astipulātur. Merebatur enim profectò tam egregia indagandæ ueritatis intentio, opera illa tam acris, adeò celebre studium, sudoris sui fructu non usquequamque destitui, deo id permittente ut illorum quoq; testimonio fides uera firmamentum ac robur acciperet. Multa in his & dicta grauiter & facta constanter inuenias, ut non modo ex illorum libris fidem inuiolabilis ueritas capiat, uerum exemplis quoque religioni nostræ incitamentum uirtutis accedat. Quām scđum enim, quanr quam plenum dedecoris est, si Christianum hominem, & deo suo pendentem, & cui æternæ uitæ spes certa sit, uirtuti & continentiae dare operam pīgeat, cùm gentiles viros, & à ueri cultu dei ac religione longe alienos probitati, modestiæ, frugalitati, cæterisq; id genus animi humani ornamenti impensius studuisse comperit: pleraq; exempla huiusc pene dixerim euangelicæ perfectioni proxima sunt, ut pudendum uehementer & crubescendum sit, si id minus exhibeat Christi quām mundi philosophus, plusq; in gentili pectore posset amor glorie inanis, quām in animo Christiano religiosæ pietatis affectus. His atque huiusmodi rationibus facile mihi persuasum est, ut hoc traducendi munus non modo ut inutile nō asperuarer, seu ut noxiū fugerem, sed contrà penitus, ut commodum ac necessariū constanter aggrederer. Nempe si quem forte plus aequo ei usce hominum admiratio rapiat, carumq; gesta nostratis philosophiæ præferre seu conferre & exemplis uelit id quod solum ferme timemus, is leuiter admonendus erit, solidam potius uirtutem, quām adumbratam uirtutis imaginem admiretur, & ei ipsi quos stupet quām misera bili interdum lapsu corruerint ex ipsa lectione docebitur.

tur. Tibi itaq; Cosma uir humanissime, & Christiane nobilitatis decus, hoc opus dedicatum fuit, qui & autoritate tua in primis nos ad illud impulisti, & gentilis ac nostra philosophiae peritissimus, quanta sit utriusq; differētia, & dignoscere facile & dijudicare nouisti. Neque id modo, uerum & de labore nostro ipse iudicabis. Eo enim libentius de ingeniolo nostro ferendam tibi sententiam permitto, quo maturitati grauitatiq; iudicij coniuncta benevolentia singularis errata nostra faciliore donabit uenia, uerrecundiaeq; consulet nostrae, que seueriorcm censuram reformatans, eundem & censorcm & patronum habere cupit. Sanè quoniam uersus plurimos & diuersos, tum alienos, tum suos autor interserit, quod abhortere uidetur à grauitate historie, illos traducere cōsultò omisi, ita tamen ut nihil deesse ex sensu necessario sim passus. Simul & rauca uox prolixam concessionem, ad quam nequaquam

suffecisset, declinavit, ne risum moueret audientibus. Plura quidem inserta sunt parum pudice, tum dicta, tum facta, & quæ pudorem exagitent, non omitti & lex interpretandi, & uerè suscit ratio.

Sed satis ista superius. Tu

si qua superflua exi-

stima ueris, iure

tuo rese-

cabis.

Vale.

CATALOGVS PHILOSOPHO-  
rum quorum vita à Laertio describitur, eo  
quem ipse in scribendo scr-  
uit ordine.

L. I. B. I.			
Thales Milesius	Criton Atheniensis	110	
Solon Salaminius	17 Simon Atheniensis	110	
Chilon Lacedæmonius	26 Glauco Atheniensis	111	
Pitacus Mityleneus	37 Simmias Thebanus	ibid.	
Bias Prienensis	40 Cebes Thebanus	ibidem	
Cleobulus Lindius	44 Menedemus	ibidem	
Periander Corinthius	47 L. I. B. III.		
Anacharsis Scyltha	49 Plato Atheniensis	120	
Myson Chenensis	53 L. I. B. IV.		
Epimeuides Cretensis	55 Speusippus Athenien.	138	
Pherecydes Syrus	56 Xenocrates Chalcedonius		
L. I. B. II.	59 139		
Anaximander Milesius	Polemon Athenien.	164	
Anaximenes Milesius	63 Crates Atheniensis	166	
Anaxagoras Clazom.	64 Crantor Solensis	167	
Archelaus Atheniensis	65 Arcesilaus Pitaneus	169	
Socrates Atheniensis	69 Bion Borysthenites	172	
Xenophon Atheniensis	70 Lacydes Cyrenen.	182	
Aeschines Atbeniensis	81 Carneades Cyrenen.	183	
Aristippus Cyrenensis	86 Clitomachus Carthaginie-		
Tbedorei	88 sis		186
Phædon Heliensis	L. I. B. V.		
Euclides Megarenis	103 Aristoteles Stagyrites	186	
Diodorus Iasius	103 Theophrastus Eresius	200	
Stilpo Megarenis	106 Strato Lampsacenus	208	
	106 Lycon Troadensis	210	
	Deme		

<i>Demetrius Phalereus</i>	214	<i>Epicharitus Coss</i>	364
<i>Heraclides Ponticus</i>	218	<i>Archytas Tarentinus</i>	364
L I B. VI.		<i>Alcmaeon Crotoniata</i>	366
<i>Antisthenes Athen.</i>	222	<i>Hippasus Metapont.</i>	366
<i>Diogenes Cynicus</i>	228	<i>Philolaus Crotoniata</i>	367
<i>Monimus Syracusan.</i>	231	<i>Eudoxus Cnidius</i>	367
<i>Onesicritus</i>	232	L I B. IX.	
<i>Crates Thebanus</i>	232	<i>Heraclitus Ephesius</i>	370
<i>Metrocles Marionita</i>	236	<i>Zenobanes Coloph.</i>	377
<i>Hipparchia soror</i>	237	<i>Parmenides Eleates</i>	378
<i>Menippus Phœnix</i>	238	<i>Meleagris Samius</i>	380
<i>Menedemus</i>	239	<i>Zeno Eleates</i>	ibid.
L I B. VII.		<i>Leucippus Abderita</i>	382
<i>Zeno Citticus</i>	261	<i>Democritus Milesius</i>	384
<i>Herillus Carthagin.</i>	310	<i>Protagoras Abderita</i>	390
<i>Dionysius Metath.</i>	310	<i>Diogenes Apolloniat.</i>	392
<i>Cleanthes Asijs</i>	321	<i>Anaxarchus Abderita</i>	393
<i>Sphaerius Bosporanus</i>	325	<i>Pyrrho Heliensis</i>	394
<i>Chrysippus Solensis</i>	325	<i>Timon Apolloniat.</i>	412
L I B. VII I.		L I B. X.	
<i>Pythagoras Samius</i>	335	<i>Epichrius Athenien.</i>	416
<i>Empedocles Agrigen.</i>	333	4 4	

H V N C sequentem locū, qui est in uita Platonis, pag.  
223. uer. 28. post hæc uerba, Atqui Epicharmus de sensi-  
bilibus atq; intelligibilibus in hanc sententiam expressè lo-  
quitur: omiserat intactum interpres non ob aliud opinor,  
quint quod egregie esset deprauatus, aut certè ita intricata-  
tus ut inde se explicare posse desperaret. Nos quod habe-  
bat exemplar ad uerbum appendimus ne lectorem suspen-  
deret huius, et aliquid dcessere meritò causaretur.

Αλλ' άει τοι θεοί παρῆσται μὴ ὑπείλετορούς τῶν πονητῶν, τάδε  
άει πάρεσθ' ὅμοια: οὐδὲ γὰρ αὐτῷς άει. αλλὰ λέγεται  
πρᾶτορ χάρη γενέσθαι τῷρι θεῶν, πᾶς δὲν ἀμφιχανόμενος  
ἄνωθεν μαλλήρι ὅτι πρᾶτορ μέλλον: οὐκ ἀρέτηλος πρᾶ-  
τορ ὁδέμεν, οὐδὲ μάλιστα πλευτεροῦ δέ τῷρι μητέ νῦν ὕστε λέ-  
γωμεν μέλλει τάδε εἶναι πότε ἀσσθμόνγε πειρατὸν αἰσθε-  
λῆτη τῷρι ἄρτιον. ποτὲ θεῖμα. λῆτε φάροι οὐ τῷρι ὑπάρχει-  
σται λαβεῖμεν, οὐδεὶς πατοικαῖ οὐδετὸς ἀμεμένη, οὐκέπειρ τά-  
χα, οὐδὲ μάρτυρ, οὐδὲ ἄνωθεν μέτρον παχὺ έδρη ποτεθεῖμεν.  
λατιστέτεροι τοιούτοι μάνος, οὐδὲ πρόσθ' έδρας ἀποταμίηρ  
ἴτι δέ ὑπάρχει εἰκόνο τὸ μέτρον: γάρ οὐδὲ νῦν ὁρῶ, καὶ  
τὸς ἀνθρώπων δέ τοιούτοι μάνος, οὐδὲ γαμέτου φθίνει, οὐκαέταλ-  
λαγά γάρ πάντες έντι πάντα τῷρι χρόνοις. οὐδὲ μεταλ-  
λάσσει, οὐδὲ φύσιψικού μέτεοι έμ ταῦτο μένει, αλλὰ οὐτεροῦ  
εἴη, οὐδὲ διά τοι παρεξετακότοις, καὶ τὸ διά κατέγω χθείς ἄλ-  
λας, καὶ νῦν ἄλλοι τελέθομεν, καῦθις ἄλλοι, κοῦποι  
άντοι καὶ τῷρι λόγοι.

# DIOGENIS

LAERTII DE VITA

& sententijs coram, qui in Phi-  
losophia claructunt,

L I B . I .



H I L O S O P H I A M à Barba-  
ris initia sumpsisse, plerique autu-  
mant. Non Persis magos, Baby-  
lonijs et Assyrijs Chaldaeos, Indis  
Gymnosophistas, Celtis seu Gallis  
Druidas, & Qui Semnothei appel-  
labatur, eius rei sūsse autores, ait

eripibus à de-  
orum cultu, &  
religione natus

Aristoteles in Magico, & Sotion in decimotertio success- illi appellati  
sionis libro. Phoenicem præterea Ochum, & Sanolxim sunt.

Tbracem, & Atlantem Lybicum, ad hæc Nili Aegyptij  
filium sūsse Vulcanum, qui Philosophie aperuit princi-  
pia. Porro ipsius rei antistites sacerdotes ac prophetas ap-  
pellari solitos. Ab hoc autem ad Alexandrum Macedonū  
regē fluxisse annos quadragesies octies mille octingentes  
sexaginta tres. Quo toto tempore solis defectus apparuisse  
trecentos septuaginta tres, lune autem octingentes tri-  
ginta duos. Enim vero à Magis, quorum principem sūsse  
Zoroastrem Persicu memorie proditum est, Hermodorus  
Platonicus in libr. de Disciplinis, usq; ad excidium Troiae  
annos quinquies mille computat. Xanthus uero Lydius  
à Zoroastre usq; ad Xerxis transitum, sexcentos enumera-  
rat. Post autem magos plurimos sibi insidem successisse,  
Hostianas, Astrapsykos, Cobrias ac Pazatas, donec ab  
Alexandro cuersum est Persarum regnum. Sed hi profe-

Phinius nō Her-  
modorum. sed  
Hermippū. et  
tar antorem.

sto per imprudentiam Græcorum recte facta inuicitaq; Barbaris applicant. Ab ijs enim non solum philosophia, utrum ipsum quoq; bonum genus initio manauit. Nam Musæo Athenæ, Thebæ Lino inclytæ sunt. Horum alterum Eumolpi filium afferunt primum deorum generatione tradidisse, sphæramq; inuenisse, & ex uno fieri atq; in idem resolui omnia, dixisse. Hunc Phaleris obiisse diē, ibiq; sepultum esse, inscriptumq; ipsius tumulo hoc epigramma:

Εὐμόλεως φίλοιο οὐδὲ τὸ φαλερών θέλει,

Μετά τοῦ μηροφ σῶμα ἐπὶ τῷ οὐρανῷ. hoc est,

Eumolpi exanimem Musæum terra Phalera

Claudit in hoc tumulo, pignora chara patris.

Porro Musæi pater, Eumolpidis apud Athenienses cognomen dedit. Linum uero Mercurio Musaq; Urania genitum affirmant, scripsisse autem mundi generationem. Solis item & Lunæ cœsus, animalium & fructuum generationes. Hoc autem operi suo fecit initium:

Ηρ ποτέτοι χρόνος ετοι εἰπεῖ αἷμα πάντα ἐπιφίκει.

hoc est,

Tempus erat quo cuncta simul sunt condita quondam.

Quem secutus Anaxagoras, & ipse simul facta omnia asseruit, eaq; mente accedente composita. Linum autem in eule preceptorē Alij ab Her- Eubœa occubuisse sagitta ab Apolline percussum, in quæ cœsum attribuitur. hoc extat epitaphium:

Ωδε λίτορος θεοῖσιν οὐδεῖσατο γαῖα Βαράντα,

Μούσοις ἔργαντος οὐδὲ λύγισταροι. hoc est,

Candida purpureis redimutum tempora fertis

Thebanum Uranie continent urna Linum.

Inq; philosophia non à Barbaris, sed à Grecis initium habuit, cuius & ipsum nomen Barbaram omnino abhor-

ret appellationem. Qui autem illius inuentionem Barbaris assignant, Orpheum quoque Thracem in medium adduxunt philosophum fuisse, & quidem antiquissimum. Evidem is qui de dijs talia comuentus est, an philosophus appellandus sit, nescio. Videant certe, qui ita uolunt, quo sit censendus nomine, qui dijs uitia que raro à turpibus quibusq; , & flagitiosis hominibus geruntur, adscribit. Hunc autem à mulieribus discerptū perisse fama est. Ceterum ex eo epigrāmate quod in Dio Macedoniae insculptum est, fulmine interiisse cognoscitur, ubi & sepultus à Mūsis afferitur.

Ορφεα χρυσολύγιω τῷδ' ὁρφέα μέτραι ἔβατα  
Οὐ κτάρεψ ὑπίκειτον θεός Τολμεῖσι βίλας. hoc est,  
Orpheo cendentī traictum fulmine Thracem,  
Cum aurata Aonides hic posuere lyra.

Exponunt etiam mores & instituta singulorum, qui Barbaros aiunt Philosophiae principes fuisse. Gymnosophistas ac Druidas obscure ac per sententias philosophari, colendos deos, nihil mali faciendum, & exercendam fortitudinem. Priores illos mortis quoque esse contemptores, Clitarchus afferit in duodecimo libro. Chaldeos circa Astronomia rationes predictiones que occupari. Magos decorum uacare cultui, & preces illis, ac uota, & sacrificia, quasi soli ab ijs exaudiantur, offerre, de decorum substantia & generatione differere. quos item ignem, terram, & aquam esse arbitrentur. signa statuasq; reprehendere, & eorum in primis qui mares esse deos ac foeminas dicunt, errores improbatre. De iustitia uerba facere, iniustumque arbitrari, atque impium igni scelire. Iustum matri ac filiae misceri, ut in uigesimo tertio libro ait Solion. Dissertationem præterea predicationem

ctionemq; exercere, sibi deos apparere afferentes, plenum  
<sup>\* aliis. id dicitur.</sup> esse \* demonibus aera, qui tenuiter, ac ueluti ex evapora-  
 simulacris seu  
 linaginibus.  
 ratione cernentium oculis insulant, exteriorem cultū, & au-  
 ri usum interdicere. His autem uestis candida, lectus hu-  
 mus, esca olus, caseus parisq; cibarius est. Arundine pro  
 baculo utuntur, cuius in summitate praefixum caseum ori  
 applicantes mandunt. Magicæ illos diuinationis ignaros  
 Aristoteles ait in libro quem inscripsit, Magicum, & Di-  
 non in quinto historiarum libro, qui Zoroastrem quoque  
 ex interpretatione nominis sui, astrorum afferit fuisse cul-  
 torem. Hoc ipsum & Hermodorus tradit. Aegyptijs uero  
 antiquiores esse magos Aristoteles autor est, in primo de  
 philosophia libro, duoq; iuxta illos esse principia, bonum  
 demonem, & malum. Alterum ex his Iouem & Horo-  
 masdem, alterū Plutonem & Arimanum dici, quod Her-  
 mippus quoq; in primo de Magis ait, atque Eudoxus in  
 periodo, & Theopompos octavo Philippicorū libro. Qui  
 & reuicturos homines, iuxta Magorum sententiam dicit,  
 immortalesq; futuros, & uniuersa illorum precationibus  
 consistere. Ista Eudemus quoq; Rhodius tradit. Porro He-  
 catæus deos quoque ex eorum sententia esse genitos ait.  
 Clearchus uero Solensis, in libro de disciplina, Gymnoso-  
 pbistas à Magis fluxisse afferuerat. plerique & Iudeos ab  
 his duxisse originem tradunt. Herodotum præterea in ius-  
 uocant, mendacijs arguit, qui Magorum historiam scri-  
 psere. Neque enim iacula in solem torsisse Xerxem, ut ille  
 ait, nec compedes mari immisisse, quod hi à Magis dī sunt  
 traditi. Signa tamen, & statuas ex discipline instituto è  
 medio sustulisse. Aegyptiorum autem huiusmodi philo-  
 pbiam de dīs ac iustitia, dixerat. Materiam principiū fuisse  
 rerū, ex ea deinceps quatuor elementa discrete, perfectasq;  
 comp

cōplures animantes. Solem & Lunam deos esse, alterumq; Osirim, alteram Isim appellatos. Exprimere illos per scarabeum & draconem, accipitrem, aliaq; animalia, Manethus auctor est in naturalium epitome, & Hecatæus in primo de Aegyptiorum philosophia libro. Statuas præterea & phana à se fabricari, quod ignorent effigiem dei. Mundum genitum, mortalemq;, & ad sphæræ similitudinē rotundum. Stellas ignem esse, quarum temperata cōmūxtione cuncta super terram nascantur. Lunā deficere cùm in terra incidit umbram. A nimā & perdurare, & subinde mūgrare. Pluuias ex aëris conuerzionibus fieri. Ista & huiusmodi illos de rerum natura differere Hecatæus & Ari stagoras tradūt. De iustitia quoq; leges cōstituerunt, quas ad Mercurium referunt. Utiles quoq; & usui hominū accommodatas animantes, diuino honore prosecuti sunt. Asserunt & ipsi Geometriam, Astrologiam, & Arithmeticā, se primos inuenisse. De inuentione autem habentus. Philosophiam uero Pythagoras primus appellavit, scq; philosophū, cum Sicyone conueniret Leontem Sicyoniorū tyrannū, siue Phliasiorū, ut ait Heraclides Ponticus in libro quem inscripsit, περὶ τῆς ἀπόστασης. Nullum enim hominum, sed solum deū esse sapientem. Anteā enim οὐοπλάκη, hoc est sapiētia dicit, que nunc philosophia dicitur. & qui hanc profitebantur, σοφοί, hoc est, sapientes appellati. Quicunq; ad summam animi uirtutem excrescuerunt, hos nunc honestiore vocabulo, autore Pythagora Philosophos, hoc est, sapiētie studiosos appellamus. Ipsī tamen sapientes sophistæ etiam sunt dicti. Neq; hi solum, uerum poëtae quoq; sophistarum appellatione honorātur. Nam Cratinus in Archilocho, Homerū & Hesiodum admiratus, ita illos uocat. Sapientes autem habiti sunt, Thales, Solon, Periander, Cleobulus,

*De Apo ni.  
de lib. 1. in uita  
Empedoclis.*

bulus, Chilon, Bias, Pittacus. His annumerat plerique; Anacharsim Scytham, Mysonem Cheneum, Pherecydem Syrum, Epimenidem; Cretem. Addunt alii Pisistratū tyrannum. Et hi quidem sapientes dicti. Enim uero philosophia duo fuere principia, unū quod ab Anaximandro, alterū quod à Pythagora fluxit. Anaximātri Thales preceptor fuit, Pythagoræ uero Pherecydes. Appellatumq; est id philosophie genus Ionicum, quod Thales ex Ionia fuerit. Milesius enim cūm esset, Anaximandrum instituit. Hoc autem Italium, quod illius auctor Pythagoras in Italia ut plurimum philosophatus sit. Desinit autē Ionica in Clitomachum, Chrysippum, et Theophrastum, Italica in Epicurum. Quippe Thaleti succedit Anaximander, Anaximādro Anaximenes, Anaximeni Anaxagoras, Anaxagoræ Archelaus, ei uero Socrates, qui primus ethicen inuenit. Huic uero cum Socrati reliqui, tum in primis Plato qui ueterem Academiam instituit, Platonī Speusippus et Xenocrates, ei Polemon, Polemoni Crantor et Crates, cui Arcesilaus, qui medium inuexit Academiam. Ei Lacydes, qui nouam Academiā inuenit, Lacydi Carneades, eiq; Clitomachus, atq; in hunc modum in Clitomachū desist. Sic autem in Chrysippum: Socrati succedit Antisthenes, Antistheni Diogenes Cynicus, ei uero Crates Thebanus, Crati Zeno Cittieus, Zenoni Cleanthes, cui Chrysippus. In Theophrastum uero sic desist: Platonī succedit Aristoteles, Aristoteli uero Theophrastus. Et hunc quidem in modum Ionica philosophia desist. Porro Italicae haec series fuit: Pherecydi Pythagoras, Pythagoræ Teluges filius succedit, ei Xenophanes, cui Parmenides, huic Zeno Eleates, Leucippus Zenoni, Democritus Leucippo. Democrito complures, sed inter reliquos Nauphancs,

phantes, Naucidesq; celebrantur. Eis uero suo ordine succedit Epicurus. Philosophi autem generaliter in duo genera distribuuntur. Quidam ex his dogmatici sunt dicti, qui de rebus ueluti comprehendendi possint differunt. Alij & porticos, qui nihil definiunt, & de rebus ita disputatione, ut comprehendendi non possint. Ex his pleriq; ingenij sui monumenta reliquerunt, alijs nihil penitus scripsere. His, ut quidam uolunt, Socrates annumeratur, Stilpon, item Philippus, Menedemus, Pyrrho, Theodorus, Carneades, Bryso, Pythagoras, etiam secundum quosdam, Aristo Chius, praeter paucas epistles. Alij sunt qui singula tantum opuscula scripserunt, Melissus, Parmenides & Anaxagoras. Multa scripsit Zeno, plura Xenophanes, plura Democritus, plura Aristoteles, plura Epicurus, sed Chrysippus plurimi. Philosophorū alijs à ciuitatibus sunt appellati, ut Elienes, Megareses, Eretici, & Cyrenaici. Quidam à locis, ut Academicī, Stoici. Ab euentu nōnulli, ut Peripatetici. non nulli ab ignominia, ut Cynici. Alij ab effectu, ut Eudemonici. Quidam à fastu, ut qui se φιλαθλίην, hoc est, uirtutis studiosos, et ἀλεξινούς, et ἀστλογήνους uocat. Sunt itē qui à preceptoribus sunt dicti, ut Socratici & Epicurei. Atq; alijs, quod de natura rerū scripsere, Physici. Alij, quia circa mores potius se occuparunt, Ethici. Cæteri à differendo dialekticō uocati sunt, hi nimurū qui uerborum ac rationum acuminē pugnant. Dividitur autem philosophia in partes tres, Physicam, Ethicam, & Dialecticam. Physica proprium est de nūdo, & de his quae sunt in eo, differere. Ethicæ uero, de iusti motibusq; tractare. Porro dialectica ambarum partium afferre rationes. Sola usq; ad Archelaū physici uiguit. à Socrate uero, ut predictum est, Ethica initū sumpsit, & à Zenone Eleate Dialectica.

ca. Ethicæ uero pars in seatas decē scinditur, Academā, Cyrenaicā, Eliacam, Megaricā, Cynicam, Eretricā, Dialecticam, Peripateticam, Stoicam, & Epicurean. Veteris Academiæ princeps fuit Plato, media Arcesilaus, noue Lacydes, Cyrenaice Aristippus Cyrenæus, Eliacæ Phædon Eliensis, Megaricæ Euclides Megarensis, Cynicæ Antisthenes Atheniensis, Eretricæ Menedemus Eretricæ, Dialetticæ Clitomachus Chalcedonius, Peripateticæ Aristoteles Stagyrites, Stoicæ Zeno Citticus. Porro Epicurea ab autore ipso appellata est. Ceterum Hippobotus in lib. de seftis, nouē ait fuisse seatas atq; instituta. Ex his Megaricam primo loco cōstituit, secundo Eretricam, tertio Cyrenaicam, quarto Epicuream, quinto Annicriant, sexto Theodoriam, septimo Zenoniam, eādeniq; Stoicam, octauo Academicam ueterē, nono Peripateticam. Cynicæ autem, et Eliacæ atq; Dialetticæ nullan mentionem facit. Ea uero quæ Pyrrhonia dicitur, propter obscuritatem à plurimis repudiatur. Hāc ipsam tamē pleriq; ex parte sectā esse dicūt, ex parte negāt. Eam deniq; sectā dici aūt, quæ rationē aliquā iuxta id quod apparet, & in prōptu est sequitur, aut sequi uidetur. Iuxta quod & οὐτω̄ μηδέ nō incōgrue sectā appellabimus. Verum si sectā intelligimus appellationē ex his dogmatibus constantem, quæ sibi ipsis consentiāt, non iam appellabitur secta, neq; enim dogmata, siue decreta habet. Ista de philosophicæ initijs, auctib; partibus, ac seftis, paucis diximus. Quāquam haud ita pridē īlīcīt quādam sefta à Potimone Alexandriño inuēta est, qui de singulis seftis quæ sibi placuere selectit. Vīsum autē illi est, ut in institutione sua fatetur, multiplex esse ueritatis examē. Vnū à quo iudiciū fiat, hoc est principale, alterū per quod, id est, solertiſſimā intimanq;

imag

imaginem. Initiaq; rerum omnium materiam & qualitatem, effectiōem, ac locum ex quo, & à quo, & ubi, & in quo. Finem uero ad quem cuncta referantur. Vitam autē esse omniū uirtute perfectam non absq; corporis naturalibus, externisq; bonis. Sed iam de uiris ipsis cuiusmodi fuerint dicendum, ac primū de Thalete.

## THALES MILESIUS.

**T**ales itaque, ut Herodotus, Duris, ac Democritus aiunt, patre Examio, matre Cleobulina, ex Thelidarum familia, qui Phoenicium nobilissimi, à Cadmo et Agenor originem ducunt, Platone quoque teste, natus, primusq; sapiens uocatus est, quo tempore Damasius Athenis princeps erat, sub quo septem quoque sapientes appellati sunt, ut scribit Demetrius Phalerenus in descriptione principum. Miletii autē ciuis adscriptus est, proiectus cum Neleo ex Phoenice, cum patrio solo excidisset, seu ut alijs uisum est, indigena Milesius, & claro genere natus. Post reipub. negocia se ad contemplandā rerum naturam transtulit. Sanè iuxta quosdam nullum ingenij sui monumentum reliquit. Nam quæ in eum refertur nautica astrologia. Phoci Samiū esse perhibetur. Callimachus inventorem fuisse minoris ursæ, ac notasse illius stellas tradit, qua Phœnices nauigant, cuius uersus sunt hi:

Kαὶ τὸ ἀμάξιον ἐλέγετο γαθμένον (ad)

Tοὺς ἀστερίους οὐ πλίσσι φοίνικις. hoc est,

Plaustris notasse dicitur est minusculas

Stellas, periti quis nauigant Phœnices.

Secundum quosdam duo sola conscripsit, de conuersione & equinoctio, cetera facilia esse ad percipiendum arbitratus. Putant plerique primum astrologie secreta rimatum, solis defectus conuersionesq; prædictisse, ut ait

Eudemus in ea quā de Astrologia scripsit historis. Quo-  
circa Xenophanem, & Herodotum illum maxime fuisse  
miratus. Idipsum autem Heraclitus Democritusq; testan-  
tur. Sunt qui illum immortales animos primum dixisse. af-  
seueret, ex quibus est Chærilus poëta. Primus & solis cur-  
sum à cōuersione in conuersiōnē reperit. Solisq; magni-  
tudini lunarem orbem comparatum, septingentesimam &  
uicesimam illius partem esse, primus, ut quibusdā placet,  
quā dixit. Primus etiā mensis ultimā. Pianāda, hoc est, trige-  
sima uocauit. De natura quoq; primus ipse differuit. Ina-  
nigib[us] apud eū, nūmatis etiā illum animus inesse putasse. Aristoteles et Hip-  
pocrates et rursum p[ri]us autores sunt, coni[sc]ientem id ex magnetē lapide, &  
pescator mēsi. succino. Ab Aegyptiis uero precepta geometriæ erudi-  
tum, primum descripsisse circuli triangulum rectis late-  
ribus, & inmolasse bouem, refert Paphila. alij Pythagor-  
am dicunt, ut Apollodorus supp[er]tator. Porro quæ Calli-  
machus ait, Euphorbum Phrygē inuenisse onaniam, &  
trigona, quæq; ad lineas speculationem pertinent, ea ista  
auxit atq; propagauit. Constat illū & reipub. commodis  
optimè consuluisse. Nam cum socios Milesios Croesus ha-  
bere oraret, obstitit ille; eaq; res postea Cyro uictoria po-  
tito, salus ciuitatis fuit. Solitariam cum ac priuatam uitam  
adamasse tradit Heraclides. Quidam uxorem duxisse, fi-  
liumq; Cibillum procreasse, alij cælibem perseuerasse, so-  
rorisq; filium sibi adoptasse ferunt. Et cum rogaretur, cur  
liberis non dare operam, quod filiorum auro non te-  
retur, respondisse. Urgenti matri, ut se matrimonij uincu-  
lis astringeret, adhuc intempestiu[m] esse dixit. Ingrau-  
sciente iam etate cum sibi aerius insisteret, iam, inquit,  
intempestiu[m] est. Scribit autem Hieronymus Rhodiuss  
in secundo commentariorum, cum uellet ostendere quā  
sit

fit facile ditari, præcognita futura hubertate, conduxisse  
olearia, pecuniasq; innumeras sibi comparasse. Principiū  
omnium aquam esse dixit, & animatum mundum ac dæ-  
monibus plenum. Anni tempora, illorumq; uicissitudines  
primum inuenisse ferunt, eum' que in trecentos sexaginta  
quinq; dies diuisisse. Nullo præceptore usus est, nisi quodd.  
Aegyptijs sacerdotibus, cō profectus, familiariter adhæ-  
sit. Porro Hieronymus mensum esse pyramides, umbram  
obseruando, memorie tradidit, quando nobis æqua ma-  
gnitudine sunt. Trasybulo quoque Milesiorum tyranno,  
ut ait Myrcs, conuixit. Quæ uero de tripode à pescato-  
ribus inuento, sapientibusq; à plebe Milesiorum dedicato,  
memorantur, manifesta sunt. Ajunt enim Ionicos adole-  
scentes quosdam à pescatoribus Milesijs lactū retis emi-  
sse, capto deinde & educto tripode, orta contentio, non  
ante sedata est, quam Delphos à Milesijs missum, respon-  
sumq; à deo est:

Ἐγνοε Μίλεις Τίτωδες περὶ Φοῖβου λόγοις  
Τίς σφῆς πάντων περῶν, τέττα Τίτωδος ἀνόλω.  
hoc est,

De tripode ex Phœbo queris Milesia proles,  
Huic tripodem addico cui sit sapientia prima.  
Datur ergo Thaleti, Thales' que illum alij dat, & rur-  
sus alius alij, donec ad Solonem uentum est. Qui deum pri-  
mum esse sapientiam asserens, illum Delphos misit. Ista  
Callimachus in iambis aliter tradit accepta à Leandro  
Milesio. Bathyclemi enim quempiam Arcadēm phialam  
reliquisse, atque iussisse dari sapientissimo, datam' que  
Thaleti, ac per orbem rursum Thaleti, quam ille Apol-  
lini Didymæo misit, sic dicens secundum Callima-  
chum:

Θαλῆς μὲν τοῦτο μὲν διῦτι Νειλέων φίλος.

Διδωσι τότο διτ λαβῶν ἀρχητορ. hoc est,

Plebem regenti me Thales Nileo dat,

Clarum bis hoc quidam assecutus est donum.

Pedestris autem oratio sic se habet. Thales Examini filius Milesius, Apollini Delphinio, Græcorum primum bis natus. Qui autem circumtulerat phialam Bathyclis filium, Thyrrion vocabatur; ut Eleusis ait in libro de Achille, & Alexo Mindus in nono fabulosorum. Eudoxius autem Cnidius Euantesque; Milesius aiunt Crœsi amicum quendam aureum poculum à rege accepisse, ut illud sapientissimo Græcorum daret, ipsumque Thaleti dedisse, peruenisseque; ad Chilonem. Ei uero cum à Pythio quereret, quis nam esset se sapientior, responsum esse Mysonem, de quo suo loco dicemus. Hunc Eudoxius pro Cleobulo, Plato pro Periandro ponit. De ipso h.e respondit Apollo:

Οἰταῖς τινα φημι Μύσων τῷ Χλωὶ γένεσι;

Σεβ μάντεων πραγμάτων λεγούστα πονικαλμεντιρ.

hoc est,

Oetaeum quendam prognatum Cheni Mysonem,

Te magis esse aio rebus sublimibus aptum.

Qui autem rogauerat, Anacharsis fuit. Dædacus Platonicus, & Clearchus phialam à Crœso ad Pitticium missem, atque ita in orbem circumlatam ferunt. Andro uero in tripode, Arginos ait uirtutis primum sapientissimo Græcorum tripoda constituisse, eumque Aristodemum Spartanum fuisse iudicatum, qui item concesserit Chiloni. Meminit Aristodemi Alcaeus quoque, illi ascribens dictum illud apud Spartiatas celebre:

Χείριστ' ἀνὴρ, πινιχόδε Δ' ὀυδὲποτε πίλεται εἰς λάθο. hoc est,

Pauper nemo probus, quantius diues habetur.

Plerique;

Chena urbs Ea  
cavaria unde ori-  
undim erat My-  
son.

Pleriq; à Periandro ad Thrasybulum Milesiorum tyranum onustam nauem missam referunt. Ea uero cùm circa Coum mare naufragium fecisset, inuentum pòst à pescatoribus tripodem, qui ea uebebatur. Phanodicus uero circa mare Atticum repertum, atque in urbem delatum scribit, factiq; contentione, ex decreto publico Bianti missum. Causam suo loco dicemus, cùm de Biante dicendum erit. Alij à Vulcano fabrefactum tradunt, ac pro munere Pe- lopi à deo datum, cùm ille uxorē duceret, demum ad Menelaum peruenisse, raptumq; cum Helena ab Alejandro in Coum mare suisce coniectum, Lacena rixarum causant fore afferente. Postea cùm quidam illic Lebedij retis iactum mercati essent, tripoda quoque suisce comprehensum, & cùm exorto cum pescatoribus iurgio Coum ascendissent, nibilq; proficerent, Milctam, quæ erat metropolis, eam remactulerunt. Missi à Miletis legati qui eam rem compонerent, infecto negotio, reuersi sunt. Milesi ut se contemptos uideturunt, aduersus Coos armis decernere parant, plurimisq; hinc inde eadentibus, diuino oraculo responsum est, sapientissimo dandum tripodam. Mox in Thaletem utrāq; partes consensere. Hunc ille postea Didymo denouit Apollini. Con itaque responsum,

*Miletus Ionū metropolis.*

Μὴ περιτρόπη λύγειν ράνος μερόπων η ταροφ

Πέριψ πίποδας χρύσειρ, οὐ γέφευτος βάλει πόντοφ

*Meropes Col.*

ἀπὸ Μερόπης Τρι-

Εν πόλιος πλευτεὶ ἡ ἐσθία μέρος λαζαλεῖ

*poda filio.*

Οστός ελάνετατ' ὅτατατ' καρδεύτα περγάτ' ἔστα. hoc est.

*Meropis insu-*

Νῷ prius Ionij Meropesq; à Marterecedet

*la, que posse*

Quām tripodem duratū, pelagus quem misit in altum

*Cois appellata*

vulcanus: uos rursum ipsi mitiatis in ædes.

*est.*

Mox hominis, cui sit sapientia noscere prompta

Quæ sunt, quæ fierint, quæ mox uentura trahantur.

Milesijs, ut supra iam diximus, responsum, utro illi dan-  
dum, qui sapientia primus esset omnium. sed de his haette-  
nus. Hermippus autem in uitis, in hunc refert, quod à qui-  
busdam de Socrate dicitur. Aiebat enim, inquit, trium ma-  
xime rerum causa gratias se fortunæ agere. Primo quod  
homo, non bellua: deinde, quod uir, nō mulier: tertio, quod  
Græcus natus esset, nō barbarus. Fertur cùm domo exi-  
ret contemplandorum siderum causa, in subiectam fossam  
incidisse, petulantiq; probro dictum ab anu domesticis:  
Quæ ratione, o Thales, quæ in coelis sunt comprehensu-  
rum te arbitraris, quæ ea quæ sunt ante oculos uiderenon  
uales? Astronomie sane fuisse studiosissimum, et Timon  
uidit, qui illum in Sillis laudat, cùm ait:

Oīoy ἐπέτεια Θάλης σοφού, σοφού ἀρρενοφυία. hoc est,  
qui sophiaq; Thales, cœliq; peritus.

Porro quæ ab eo scripta sunt, ad ducentos uersus pertin-  
gere Lobon Argivius autor est, in scriptosq; imaginis ipsius  
uersus hoc,

Tόδε Θάλην Μίληνος πατέρας θρήνεις αὐτὸν οἴεσθαι

Αρρενοφύος πάτερος πετοσύνταξος σοφία. hoc est,

Hunc, quæ nutrit Milesia terra Thalitem,

Astrologum primi nominis ipsa tulit.

Quæ autem eius nomine circumferuntur, hæc sunt: Non  
multa uerba prudentis auii indicium sunt. Unum ali-  
quid sapiens diuina, unum quippiam præclarum elige,  
obstrues enim os loquacium hominum non paucorum.  
Feruntur eius et istæ sententiae: Antiquissimum eorum  
omnium quæ sunt, deus: ingeuitus enim. pulcherrimum  
mundus, à deo enim factus est. maximum locus, caput enim  
omnia. uelocissimum mens, nam per universa discurrevit. for-  
tissimum necessitas, cuncta enim superst. sapientissimum  
temp

tempus, inuenit nanque omnia. Nihil ait mortem à vita  
differre. Tu uero, aiebat quispiam, quare non moreris?  
Quia nihil, inquit, differt. Scicitanti cuidam, utrum prius  
factum esset, nox an dies: nox, ait, una prius die. Interro-  
gatus, \*lateret ne deos homo male agens, ne cogitans qui-  
dem, inquit. Perconanti adultero, an iuraret non com-  
misisse se adulterium, non est, ait, per iurum adulterio de-  
terius. Interrogatus quid nam esset difficile, se, inquit,  
ipsum noscere: quid contrà facile, ab alio moneri. quid  
suauissimum, frui. quid deus, quod initio & fine caret.  
quid difficile, uidiisse tyramnum, inquit, senem. Quo pa-  
cto aduersa fortuna impetus quispian frat faciliè, si  
inimicos, ait, uideat deterius affectos. quo modo optimè  
ac iustissime uiuemus, si que in alijs reprobendimus, ait,  
ipsi nou faciamus. quisnam felix sit, qui corpore, inquit,  
fauis, fortuna locuples, animo non ignarus neque impe-  
ritus est. Amicorum presentium & absentium æque me-  
mores debere esse. Non componere faciem, sed bonarum  
artium studijs animum excolere præclarum esse. Noli,  
inquit, ditari nequiter, neque in ius te uocet sermo con-  
tra coniunctos tibi, ac socios dictus. Que cunque ait,  
stipendia parentibus intuleris, eadem ipse à filiis expe-  
cta. Nilum ait ex crescere quando etesiae qui contrarij  
sunt, undas repellunt. Ortum primo anno tricesimæ quin-  
tæ olympiadis Thalem, Apollodorus in chronicis tra-  
dit, mortuumque etatis anno septuagesimo, siue, ut So-  
cricates ait, nonagesimo. Quinquagesima quippe &  
octaua olympiade esse defunctum. Croesi uero suisse tem-  
poribus, cui & pollicitus sit Halyn fluvium sine pon-  
te trahere, translatu cursu. Fuisse & alios quin-  
que huic nominis Demetrius Magnissus in aquinois

*Valerius lib.  
de sapienter di-  
ctu.*

faretur. Primum rhetorem Calantinianum. secundum, pi-  
ctorem Sicyonium. tertium, Megalophyem, cumq; anti-  
quissimum, ferme Hesiodi, Homeri, Lycurgiq; temporibus.  
quartu, cuius meminit Duris in libro de pictura. quintu,  
iuniorum & obscurred, cuius & Dionysius in Criticis men-  
tione facit. Sapiens igitur Thales obiit, cū certamē gymni-  
con spectaret, & stu scilicet, ac siti & infirmitate fatigatus  
nā uetus, in cuius rei testimoniu hæc extat epigramma:

Γυμνικόρ αὐτοτ άγωνας θεωρεωρ γέλειτ σιν

Τὸν Σφρόνην ἀνδρεας θαλῆμη μεταστασιν γαστίσει.

Αἰνίων ὅτι, μηδὲ καγγὺς ἀπάγαστος οὐδὲ πρέσβεις

Οὐκ εἴθι δρᾶμη ἀπὸ γῆς ἀστρας κολύετο. hoc est,

Gymnicon aspiceret cū rursus agona, Thalem

Traxisti è stadijs Iuppiter Eelic.

Hunc laudo, cælo propius quod duxeris, ultra

Non poterat terris astra uidere senex.

#### In eundem:

Ηρόδοτος τὸν σῆμα. τὸν κλίον ἀραιόμενος

Τὸν πολυφροντίσας τὸν θάλυτον δρόν. hoc est,

Nempe hic exiguis tumulus, sed sidera scandit

Gloria, sunt cuius hæc monumenta Thalæ.

Huius illud est, Nosce te ipsum. quod Antisthenes in suc-  
cessionibus ait fuisse Phemonoës, idq; sibi usurpare Chilo-  
nem.

Hoc in loco generatim ipsorum facienda mentio est, que  
nam fuerit de illis inter ueteres, & quanta discordia. Da-  
mon Cyrenus cum de philosophis scriberet, omnes insi-  
mulat & septem in primis. Anaximenes autem omnes ait  
poeticæ magis fuisse studiosos. Diæarchus, neq; sapientes,  
neq; philosophos fuisse eos assertit, sed cordatos planè ui-  
ros, legumq; latores. Archetimus Syracusanus illorū cum

Cyp

Cypselo congressum scripsit, cui se quoq; interfuisse ait.  
Euphorus apud Crosum preter unum Thalem cōuenisse tradit. Aiunt autem quidam & in Panionio, & Corintho, & Delphis eos cōuenisse, illorumq; sententias ponūt quānamcuius sit exponētes, ut illud, Lacedæmonius fuit Chilo sapiēs, qui hæc ait, Nihil nimis. Tempori cunctā insunt bona. Magna & de illorū numero discordia est. Leandrius enim pro Cleobulo, et Myrone, Leophantū, Gorfiada, Lebediū siue Ephesium inserit, Epimenideq; Cretensem. Plato autē in Protagora, Mysonē pro Periandro. Euphorus pro Myrone ponit Anacharsim. alij Pythagoram adiiciunt. Porro Diæarchus quatuor nobis consensu omnīū sapientes tradit, Thalem, Biantem, Pittacū, atq; Solonē. tum sex alios nominat, quorū ex numero tres elegit, Aristodemū scilicet, Pamphilum, Chilonē Lacedæmonium, Cleobulum, Anacharsim, & Periandum. Addunt quidam Acesilaum, Cabam, siue Scabram Argium. Hermippus autē in libro de sapiētibus, decem & septem suisse tradit, quorum ex numero septem alij aliter eligant. Sic autē illos computat. Primo loco ponit Solonem, tum Thalem, Pittacum, Biantē, Cleobulum, Chilonem, Periandrū, Anacharsim, Acesilaum, Epimenidē, Leophantum, Pherecydē, Aristodemū, Pythagorā, Lasum, Charmatida seu Sisinbrini, siue ut Aristoxenū tradit, Chabrini filiū, Hermioneū, Anaxagoram. E numero Hippobotus in descriptione philosophorum, hanc illorum seriem exponit: primo Orpheum, deinde Linum, tum Solonem, Periandum, Anacharsim, Cleobulum, Mysonem, Thalem, Biantem, Pittacum, Epicharmum, & extremo loco Pythagorā. Fertuntur & istæ Thaletis epistola.

## THALES PHERECYDI.

AUDIO te primū Ionū de diuinis rebus apud Graecos palam differere parare. Verū iustiore fortasse sententiā inter anūcos ea que scripseris leges, quām pāssim quibuscūq; permittes, nullo illis emolumento futura. E quidē si tibi gratum cognouero, uolo conscius eorū quae scribis esse, ac si quidem iubes, ad te mature proficiscar. Neq; enim adeò amentes ac stolidi sumus, ego et Solon Atheniēsis, ut cū nauigio Cretam petierimus uisendi gratia, Aegyptūq; itidē penetrauerimus, ut iste sacerdotibus & astronoma cogredremur, ad te nō pari studio nauigaturi sumus. Veniet enim & Solon ipse, si annuas. Namq; tu loci illius amore detentus, raro in Ioniam transis, neq; peregrinorū hominum desiderio tangaris. Verūm uni tantum, ut spero, scribendi negocio incumbis. At nos qui nihil scribimus, Græclam, Asiamq; peragamus. Vale.

## THALES SOLONI.

ATHENIS si excedas, Miletii, ut equidē reor, commodiſime habitare poteris. Est enim uestra colonia, patiſq; graue nihil. quod si & apud Milesios exēceraris tyranidem, & que enim ubiq; tyrannos infestos habes, at cā amīcis nobiscum uiuere erit lucūndissimum. Scripsit ad te Bias ut Prienam proficiscaris. Eam tu urbem si libentium

*σαράχθαι lex inhabitueris, & ipsi eō ad te aduolabimus.* Vale.  
dilla, & w̄d r̄d  
ēw̄r̄sād̄t̄  
t̄d̄l̄q̄ r̄v̄p̄ d̄-  
v̄l̄ūp̄ , ab eo  
SOLON SALAMINIVS.  
Solon Execestidae filius, Salaminius, primus ipsam en-  
Sōáχbeiaq; inuexit Atheniēsibus. Sic autē appellabatur  
quod subleua corporū possessionumq; redēptio. Plurimi enim persun-  
nentur, ac excuſterent ariū alieni intolerabilē  
ac super his sōenerabantur. Cūm igitur septem sibi talen-  
ta ex patrimonī sui iure deberentur, ea primo remisit, ac  
reliq;

reliquos idem facere exemplo suo prouocauit. eaq; lex Si-  
sachthea appellata est. Hoc illi, id quod minime obscurum  
est, felix initium faustumq; fuit ad ceteras codendas leges,  
quas enumerare longissimum esset, minimeq; necessarium,  
cum ille tabulis crevis incise sunt. Est autem id ipsius factum  
uel celeberrimum. Cum de Salamine ipsius patria inter  
Athenienses & Megarenses ferme usque ad internectionem  
armis dimicatum esset, multisq; cladibus acceptis, ca-  
pitale apud Athenienses esse ceperisset, si quis legem de min-  
dicanda insula ferret, solitus Solon ne uel tacendo pa-  
rum Reipub. consulenteret, uel consulendo sibi noceret, subi-  
tam sibi dementiam simulat, cuius praetextu non dicturus  
modo prohibita, sed & facturus erat. Deformis habitu mo-  
re uocarium in publicum euolat, factoq; concurso homi-  
num, quo magis consilium disimulet, insolitis sibi uesti-  
bus, per praecomen suadere populo coepit quod uocaban-  
tur, omniumq; ita animos cepit, ut aduersus Megarenses  
bellum extemplò decernerent, insulaq; deuictis hostibus  
Atheniensium fieret. Versus autem quibus potissimum illos  
induxit, sunt hi:

Εἴδος οὐ τοτὲ λύκος Φολεγάρδιος ἢ Σικινίτης

Αὐτῆς ἀβλαδίς παῖσι δέ μεριτάμενος.

Αἴτιος γάρ φάτις ήδε μετ' ἀθρόωσασι γένοιτο

Αττικὸς οὐτος δικῆ τῷρι Σαλαμῖν' ἀφένωρ.

Ιομέρ εἰς Σαλαμῖνα μαχητόμενοι περὶ νήσου

Ιμερτᾶς, χαλεπόντ' αἰσχυνος ἀπωσάμενοι.

hoc est,

Olim utinam fuerim Phlegandrius aut Sicinites,

Ac mutata foret Attica terra mihi.

Nam subito fama hæc hominum uolitabit ad aures,

Atticus unus adest qui Salamina fugit.

*Quin Salamina igitur sarturi dedecus imus,*

*Subdita quod nobis insula restituet?*

Persuasit Atheniensibus in Thracia quoq; sibi uendicarent Chersonesum. Ac ne magis ui quam iure Salaminon possidere uiderentur, effossis quibusdam tumulis, caducera ad orientem solem conuersa, qui Atheniensibus sepiuendi mos erat, ostendit, sepulcra item ipsa ad orientem positi, insculptis ipsis familiarum nomina. quod quidem proprium Atheniensium fuit. Aiuunt pleriq; illum exinde Homeris scripsisse catalogū ab eo loco, ubi Aiacem ex Salamina duodecim duxisse naues ait:

Aīaz δ' ἐκ Σαλαμίνος ἀγρυπ θύον καλθικα ρῆναις

Στῦντοι δ' ἀγῶνις ὅθ' ἀθλωδεψ ἵσταντο φάλαγμα. hoc est.

Dux Salamine aderat bisenisi nauibus Aiax

Castra ubi Cecropie quondam posuere cohortes.

Ex eo iam tempore plebis in se animos ita conuerterat, ut sibi illum omnes uno animo imperare cuperent. Eis uero ille intantum absfuit, ut aequiesceret, ut autore Sosicrate, Pisistratū quoq; propinquum suum, cùm sibi tyrannide parare intelligeret, quantum in se fuit, prohibuerit. Nam euocata concione profectus in publicum, lorica armata & clypeo, Pisistrati insidiis & improbos conatus aperuit. Neq; id solum, uerum & iuuare paratum, ac libertate se se pugnaturum asseuerauit. Viri, inquiens, Athenienses, alijs quidam sapientior, alijs uero fortior sum. Sapientior enim illis sum, qui Pisistrati conatus non animaduertunt: fortior autem his qui sciunt illum quidem, sed metu silent. Senatus uero, quod studeret Pisistrato, insanire illum proclaimabat. At ille, meam, inquit, insaniam civib; breui tempus ostendet, cùm ueritas in lucem uenerit. Elegi autem ipsius de tyrannide Pisistrati sunt hi:

Ἐν γεφέληι φίρετο χιόνος βίᾳ καὶ χαλάζῃ

Βροντήστι ἐκ λαμπρῆς γένεσι ἀγέροπησ.

Ἄνθρωπος τὸν ἐκ μεγάλων πόλεων ὄλλούται, οὐδὲ μορφὴ  
Δῆμος ἀιδέγειν δηλούσιν εἴπεσεν. hoc est,

Vis niuis et nebuloso agitatur in ethere grando,

Horrendum excutiunt fulgura clara sonum.

Et cecidere uiris persæpe potentibus urbes,

Detrusa inq[ue] serum plebs stolidi imperium est.

Iam uerè Pisistrato rerum potito, minime obtemperans,  
ante curiā arma depositis, dicens illud: O' patria, tibi equi-

dem uerbo et opere auxiliatus sum. In Aegyptum nauigauit, atq[ue] inde Cyprum profectus, postremo ad Croesum

*Hac prolixius  
Herodotus.*

peruenit, a quo interrogatus, quis nam sibi felix uideretur, Telus, inquit, Atheniensis, et Cleobis, et Bito, et cetera quae sunt in ore omniū. Aliunt quidam, Croesum cum

se exquisitissime omnium ornamentorum genere compo-  
suisse, sublimique in solio sederet, interrogasse eum an pul-

chrius unquam spectaculum uiderit, illumque dixisse gallos  
gallinacos, fasianos, atque pauones. Naturali enim eos ni-

tore, et incredibili speciositate uestiri. A' Croeso deinde in  
Ciliciem profectus, urbem eodidit: atq[ue] ex suo nomine So-

*Soli, que possea  
Pompeiopolis*

los appellauit, in qua Atheniensium aliquot statuit, qui  
tractu temporis cum patriam uocem corrupissent, σολοι-

*dicta est. à Pō-  
peio restituta.*

ταῦροι dicti sunt. Et appellabantur hi quidem Solenses: qui  
*autem stepha-*

Cypri uero, Soli. Cum uero Pisistratum in tyrannide nus.  
perseuerare didicisset, ita Atheniensibus scripsit;

Εἰδὲ πενθότας σφράξθη ὑμετέραν κακότητα

Μίστι θεῶν τέτταρι μοῖραι εἰπεμφέρεται.

Ἄβτοι γὰρ τέτταρι ἡνέκτατα εἴροια πλότες

Καὶ διὰ ταῦτα κακῷ τοσχέται πλούσινη.

Τι μένων δὲ τις μὲν ἵκαστος ἀλώπεκος ἤχετο βαῖνει

Σέμπατοι δὲ ὑμῖν καῦφος ἔνεργη νόος.

Εἰς γὰρ γλωσσαῖς ὁράτε, καὶ εἰς ἄπος αὐδήν τὸν ἀνθρώπον

Εἰς τοὺς διαλέκτους γνωρίμους Βλεπετε. hoc qd;

Si uero meritas pendet is criminē pœnas,

Non culpa in iustos rei scienda deos:

Hos nam ipsi immunes uestra fuiisti in urbe,

Qui miseri uobis subdita colla premunt:

Qui uis enim uestrum uulpis uestigia calcat,

Verum mens stolidā est omnibus, atq; leuis.

Suspiciens nam linguam hominis, uerbiq; uerba,

Quod tentet, nemo cernere curat, opus.

Inter alias hæc clariores sunt eius sententiae. Quæ non posseisti, ne tollas. Ne mentiaris. Probitatem iure iurando certiorum habe. Principem agere noli, nisi edocetus subea. Principi consule non dulciora, sed optima. Intellectum fac ducem. Ne male loquaris. Deos honora, et parentes revere. Nihil equidem homini metuendum est, nisi ne felicitati excludat. Nemo stultus tacere potest. Populi rector prius se, quam populum recte instituere debet. Praui honestis lingua acutior est gladio. Si principes et maiores secundum leges uixerint, unaquæque ciuitas optimè regi poterit. Hæc ille. Pistratus autem cum illius fugam didicisset, sic ad eum scripsit.

### PISTRATUS SOLONI.

NEQUE solus Græcorū tyrannidem arripui, neque mihi re alienā usurpauī. Quippe genus à Cecrope duco. Id enim mihi meo iure uēdico, quoq; Athenienses olim cum iure iurando firmassent Codro illiusq; genti prabituros, postmodum abstulerāt. Ceterū indeos, uel in homines nihil aliud peccō. Leges quas ipse Atheniēsibus dedisti, scrupuli atq; secundum eas uiuere iubeo. Et quidē melius servantur

autem quām possebant; si multitudinis imperio res agerentur. Pernutto enim nemini iniuriam fieri: ac tyrannus ego preter dignitatē & honorē nihil à plebe differo, solis eis stipendijs contentus, quae ijs quoq; qui ante me regnauunt, debebantur. Deniq; Atheniensium singuli decimas frugum suarū separant, nō in usus nostros cōsumendas, uerum sacrificijs publicis, cōmodisq; cōmunibus, & si quādo bellū cōtra nos ingruerit, in sumptus deputandas. Tibi equidem nihil succenso, quod mētem meam, consiliumq; detexeris, quippe qui id potius reip. studio ciuitatis, quam meo odio detexeris, ac præterea quod ignorares cuiusmodi ego rex futurus essem. Id enim si didicisses, aequo animo & conatus meos fortè tolerasses, & te fugere haudquam cōmisīses. Redi igitur domū bona fide, mihi & iniurato credes, nihil esse periculi à Pisistrato Soloni. Nosti enim neminem etiā ex inimicorū numero mali quipplā à me perpessum. Deniq; si placuerit frui nostra amicitia, inter primos eris. Nihil enim in te fraudis, perfidiae uē cōspicio. Quod si alioqui habitare Athenis nolueris, pro arbitrio tuo id facies: tantum ne nostri causa patria excides. Vale. Hæc Pisistratus.

Solon autē humana uite terminū septuaginta annos esse ait. Videlicet autē id præclarē statuisse, Si quis parentes uon enutrierit, is ignobilis & obscurus esto. Similiter & qui patrimonij uersurā fecerit. Is itē qui se extatur oculū, omnibus accusare uolētibus obnoxius esto. Porro Lysias in oratione quam cōtra Nicias scripsit, Draconē asserit eā scripsisse legē, Solonēq; tulisse. Eum item qui nequitia & flagitijs insignis esset, tribunali publicisq; suggestis arreendum statuit. Athletarum quoque præmia castigata moderatione correxit. Ei quidem qui olympia uicisset, quinq;

quingētas drachmas, qui uero Isthmia, dari cētum consi-  
tuit, eademq; ratione in certaminibus ceteris. Esse enim  
absurdū huicmodi honores modū desiderare, solum ut  
eos, qui in prælijs occubuerint, præmijs esse illustrādos,  
quorum filios publico nutriendos etudiendosq; præcepit.  
Quo sane animati uniuersi, fortiter ac strenue in bellis de-  
micabāt. Sic Polyzelus, sic Cynægirus, sic Callimachus,  
sic omnes qui in Marathonis expeditione pugnauerunt.  
Sic præterea, Armodius, Aristogiton, Miltiades, innu-  
rabilesq; aliij. Hi uero, dum ex crecentior nimirum precijs  
sumptuosiq; athlete, & dum uincunt, recip. detrimento  
sunt, & contra patriam magis, quam aduersus hostes co-  
ronantur, ac iuxta Euripidem, cum senuerint,

Id prænidēs Solon eos parcius accepit. Præclarè & illi  
statuit, ut curator cū pupillorū matre non cohabitet. Co-  
nūtq; ne is fieret curator, ad quē post pupillorū obitū sub-  
stantia spectaret. Illud itē, nō licere anulario eius qui ana-  
lū uēdidiisset seruare sigillū. Et qui alteri unū oculū eru-  
rit, ei amboſ erū debere: & quæ non posuisti, ne tollas: si  
quis secus facit, capitale esto. Principē ſi ebrius deprehēſus  
effet, morte mulctādū. Homerī poēmata, "ut ordine reſar-  
cīetur ſcripsit, ut eſſet uersuum ſenſuumq; conſequentiā.  
Magis ergo Solon, q; Pisistratus Homerū illuſtrauit, ut in  
quinto Megaricorū Dieuchidas ait: Primus autē trigesi-  
mam diem mēſis ērlo καὶ νίκη appellauit, nouemq; princi-  
pū numerū ad ſentētias dicēdas primus instituit, ut Apol-  
lodorus in ſecūlo, de legislatoribus refert. Scditione autē  
inter urbanos, agrestes, ac maritimos exorta, neutrarum  
ſe partium fecit. Aiebat ſermonem eſſe imaginem quidem

operis, regem uero qui esset fortissimus viribus. Leges aranearum telis esse similimas. Illis quippe si quid leue & imbecillū inciderit, in uolui ab eis atq; contegi, si quid maius aut grauius, perrumpi ac perire. Sermonem quidem silentio, silentium uero tempore signari dicebat, Qui apud tyrannos autoritate ualerent, eos calculis quibus in componendis rationibus utimur, comparare consuerat. Ut enim illi interdum maiorem numerum, interdum minorē significant, ita & tyrannos horum quicmq; prout libitum fuerit, aliquando illustrem & inclytum, aliquando obscurum habere & ignobilem. Interrogatus, quamobrem contra parricidam legē nō tulisset, quod desperasset, ait, hoc scelus. Quo pacto item homines minime humana iura uiolarent, si sic doleant & afficiantur, qui iniurijs non lacerrentur, ut qui lacerrentur. Satietatem ex diuitijs nasci, & ex satietate contumeliam gigni. Athenienses uero ut dies secundum Lunæ cursum agebant, monuit. Theſpim tragedias agere, ac docere prohibuit, inutilem eas falſiloquentiam vocans. Vbi ergo se ipsum Pisistratus consternasset ac uulnerasset, hinc, ait, ista pullularunt. Sunt autem monita quibus consulere solebat hominibus, ut ait Apollodorus in libro de philosophorum sectis, huiusmodi, Virtutem atq; probitatem iuramento fideliorum cense. Mentiri noli. Praeclara studiosè meditare. Amicos cito noli parare, quos autem paraueris, ne reijcas.\* Tunc rege, cū primum didiceris regi. Consule nō quæ suauissima, sed quæ sunt optima. Animum ac rationē ducē sequere. Noli malis cogredi. Deos honora. Parētes reuertere. Fertur & Minermū increpasse cū scripserit sexagesimum annū fatalem esse, monuisseq; ut octogenarium scriberet. Sunt item quæ metro celebrantur cuius

praecepta in hunc sensum:

Περυλάγυμενός ἀνδρα τησαρού,  
Ορα μὴ κρατέοντος τὸ χρόνον  
Κραδίλιν, φαίστρον προσενέπει προσώπων  
Γλῶσσα δὲ εἰ διχόνευθεν.  
Ex misericordia operibus regemini. hoc est,  
Tu si sapis, fac singulos probè obserues,  
Ne forte quisquam tegat quod habet intus  
Odium, et interim nultu loquatur blando,  
Ac lingua duplex ex atra sonet mente.

Constat eum scripsisse leges, conciones quoque, et ad se  
quedā exhortatoria. Elegia de Salamina, Atheniensiumq;  
repub. ad quinq; millia uersuum. Iambos etiānū et Epodes.  
Porro ipsius imagini in huc sensum epigramma scriptū est:

Η Μήδωρ ἀστυκαὶ πάντας ὑβρίην, οὐδε Σολωμα  
Τόρδε τεττάνη Σαλαμῖς θετυοῦτος ἵρον. hoc est,  
Quae dudum insanæ Mēdorum propulit iras,  
Legiferum Salamis pulchra Solona parit.

Floruit autē maximē circa quadragesimā sextā olympia-  
dem, cuius tertio anno princeps Atheniensium fuit, ut ait  
Sofocrates, quo etiā tempore leges eis dedit. Obiit autem  
in Cypro etatis sue anno octuagesimo, hoc suis mandans,  
ut Salaminā eius ossa transfirrent, atq; in cinere solū per  
provinciam disseminarent. Quocirca et Cratinus in Chi-  
rone ipsum ita loquentem facit: Ego hanc, ut aiunt homi-  
nes, insulam colo, sparsus per omnem Aiacis urbem stre-  
nui. Extat de illo et nosrum epigramma, ex eo cuius iam  
inscribitur, enī supra meminimus epigrammatum libro, ubi et de sapien-  
tiae ab aliis tibis omnibus et doctrina præstantibus uiris, omni gene-  
re metrorum lusimus:

Σέμα μὲν ἡρε Σολωμός ἐπ ἀλλοδαπῆς Κύπερου πῦρ  
Οξεῖ

Zēry liber, q  
wāyek@

Oçā d' ἔχει Σαλαμῖνος, ὃμηρος ἀγαθὸν αὐτόν.

Τυχὴν δὲ ἀξονεῖ τὸν θεόν τον πατέρα Ηγαγόντα γάρ

Θύκην τὸν δέσποτον τοῦ Χριστοῦ καθότα τοιαῦτα. hoc est,

Cypria defunctum substraxit flamma Solonem.

Obsesus in cineres uersa tenet Salamis.

Mox animus nitido sublatus ad aethera curru,

Quippe sacras leges pondera grata tulit.

Aiunt & hanc ipsum fuisse sententiā: Nihil nimis. Ipsiusq; refert Dioscorides in commentarijs, cum lacrimaretur ac lugeret defunctum filium, diceretur q; à quodam. At nihil proficiat, respōdisse, at propter hoc ipsum illacrymor, quia nihil proficio. Feruntur & ista eius epistola.

#### S O L O N   P E R I A N D R O .

S C R I B I S tibi plurimos insidiari. At tu si quidem omnes ē medio tuleris, ne sic quidē proficies. Insidiabitur enim tibi quispiam ex his quos minimē suspectos habes, partim sibi quidem metuēs, partim te reprehendens, quod omnia formides, nihilq; nō metuas. partim itē ciuitati gratificari cupiens. Eſſet ergo optimum abstinere tyrannide, ut causas omnis mctus enaderes. Quod si tyrānidi omnino insistedum censes, cōpares tibi necesse est externas uires, & peregrina auxilia urbanis uiribus malora, ut iam tibi nullus infestus sit, & tu neminem extorrem agas. Vale.

#### S O L O N   E P I M E N I D I .

N E Q V E leges meæ profectò Atheniensibus profuturæ multum erant, neque tu eis antiquatis ciuitati fuisti emolumento. Deus enim ac latores legum non soli suare ciuitates possunt, sed qui multitudinem agunt in quamcunque sententiam uolunt. His enim si recte rent administrent, deus ac leges utiles sunt: sin autem male, nihil profundunt. Neque sanè meæ leges ac iura,

c a que

que scripsi, quicquam profuerunt: sed qui illas transgressi sunt, magna Reipub. inuexere detrimenta. Qui Pisistrato ne tyrannidem inuaderet, non obstiterunt: neque uero futura prædicenti mihi fides habebatur. Ille fidelior existimatatur Atheniensibus blandiens, quam ego uera proloquens. Positis igitur armis pro curia, his quidem qui Pisistratum gestire tyrannidem non animaduertunt, sapientiores: eis uero qui libertatem Reip. asserere metuerent, fortiorum esse me dixi. At illi Solonis interpretabantur insiniam, tandem ita patriam contestatus excessi: O' patria, hic quidem Solon ille tibi open ferre et facto et dicto promptus et paratus est, cæterū hisce et insanire videor. Itaque deserta proficiscor, solus ex omnibus Pisistrati inimicis. Isti uero et faucre et obsequi parati sunt. Nostri enim hominem amice, quanto ille astu, quo ingenio, qua arte ty-

Pisistrati nesciis rannidem inuaserit. Nam coepit blande plebe illicere, de-  
tia de qua 14- inde sibi etiam vulnera inflxit, ac progressus in publicū,  
stipue lib. 2 eiusq; se ab hostibus accepisse uociferans, orabat quadrin-  
gentos robustissimos iuvenes sibi custodes darent. At illi,  
me quidem reluctante et reclamante acquieuerunt. Erant  
autem hi armati ualidis fustibus. His itaq; stipatus statum  
Reip. euertit. Dumq; illi spe inani pauperes suos, ne mer-  
cede seruitent, liberare student, omnes una sub iugum miseri  
sunt, uniusq; seruiunt Pisistrato.

## S O L O N P I S I S T R A T O .

C R E D O equidem nihil me abs te passuru mali. Nam ante tyrannidem tibi amicus eram, ne nunc quidem magis infensus quam alius qui uis Atheniensium qui tyrannidem non ament. Siue autem unius imperio regi, siue publice rem administrari illis utilius sit, ex sua quisq; sententia statuat. Certè tyrannorum te omnium esse præstantissimum fateor.

Athen

Athenas autē redire mihi utile non esse cognosco, ne quis me iuste reprehendat, qui Atheniensibus dudum Rempub. ex equo administrandam tradideram, præsensq; oblatam mihi tyrannidem sponte declinavram, modò rediens factum tuum subita pœnitentia probare uideat.

## SOLON CROESO.

AMPLECTOR mirificè tuam in nos beneuolentiam, & per deos immortales, nisi apud me iampridem statuissim ibi sedem habere, ubi Resp. sit libera, mallem apud te in tuo regno uitam quam Athenis agere, uolenter tyrannidem exerceente Pisistrato. Verum ibi suauius ex instituto nostro uiuinus, ubi sunt omnibus aqua & cōmunia iura. Veniam tamen ad te, ut tuo uel hospitio tantisper fruar.

## CHILO LACEDAE MONIVS.

**C**hilo Lacedæmonius patre Damageto fuit. Hic scripsit elegiam aduersus ferē ducentos. Dicebat autem futurorum prouidentiam ratione comprehendendi posse, prouirtute uiri. Indignantī fratri quod Ephorus ipse non siceret, cum ille fuisset, Ego, inquit, pati iniurias scio, non tu. Fuit autem Ephorus circa quinquagesimam, & quintam olympiadē. Porro Pamphila circa sextam ait, primumq; Ephorū fuisse sub Euthydemō autore Soficraic. Primumq; instituisse, ut Ephori regibus adiungerentur, Satyrus Lycurgum dixit. Hic, ut Herodotus in r. historiarū libro refert, Hippocrati in Olympia sacrificanti cum seruere absq; ignis adminiculo lebetes crepissent, consuluit, aut persisteret cœlebs, aut si duxisset uxorem dimitteret, filiosq; necaret. Ferunt eum & Aesopum interrogasse, quid nam faceret Iupiter, illumq; respondisse, Excelsa humiliat, & humilia extollit. Rogatus quo differunt periti ab imperitis, Bona inquit spe. Quid difficile, Arcana inquit

reticere, ex oculū rectē dispensare, iniuriasq; tolerare posse. Præcipiebat & hæc, Lingua semper quidem, sed in cōuiuio præsertim continenda. Proximò non male dicendum, alioquin audituros que nobis dolebunt. Nec nini intenbras minas esse, enim muliebre. Promptius ad amicorū adversos casus, quam ad secundos successus accurrentum. Vxorē humilem, apparatu modico ducēdam. Mortuo nō maledicendum. Honorandam senectutem. Cauendum sibi ipsi. Damnum potius, quād turpe lucrū eligendum: illud semel tantū dolori esse, hoc semper. Elato secundis rebus non arridendum. Fortem mansuetū esse oportere, ut proximi nō tam metuant quād reverentur. Discendum domini sue rite præesse. Linguā præire animo non permittendā. Superandam iracundiam. Divinationē non execrandam. Impossibilia nō appetenda. In uia non festinandum. Inter loquendum non agitandam manum: esse enim uerordium. Obtemperandum legibus. Quietē adamandam. Inter ceteras eius sententias hec maxime placuit, quæ dixerat, lapideis cotibus aurum examinari, & dare apertum sui documentum, auro autem bonorum malorum que hominum mentē cuiusmodi sit, cōprobari. A iunct illum cùm iam esset uetus, dixisse sibi non esse consciū in tota uita iugratiitudinis: una tamē re se modice moueri, quod cùm semel inter amicos illi iudicandum esset, neq; contra ius agere aliiquid uellet, persuaserit amico iudicium a se prouocaret, ut sic nimirū utrūq; legem & amicum seruaret. Maxima

Cybera insula gloria præcipue apud Græcos fuit, quod de Cytheris in-  
& eiusdem no-  
menis urbi, autē  
Porphyris di-  
cta, auctor Pli-  
nius ac nata est, submersa esset. Præclarè siquidē ac per-  
spicaciter præuiderat. Deniaratus enim Lacedæmonæ fu-  
giens

glens, Xerxi consuluerat in ea insula naues contineret, & prosectorum in ditionem hostium uenisset Graecia, si id regi persuaseret. Postea uero Nicias bello Peloponesiaco euer sa in insula, praesidium illic Atheniensium statuit, Lacedaemoniosque multis cladibus afflixit. Erat in loquendo breuis, atque ob eam re Arisagoras Milesius, hunc loquendi more Chilonium appellat. Sciuuerat iam circa quinquagesimam secundam olympiadem, quo tempore florebat Aesopus orator. Obiit autem, ut Hermippus ait, Pisae, amplexus atque osculatus filium, quod in Olympia suisset coronatus. Defunctum afferunt inmodica letitia, & seni imbecillitate. Omnes autem qui ad celebritatem conuenerant, honorificentissime iusta personerunt. Est & in hunc nostrum epigramma:

Φιστρόπει σοι πολύδευκος ἐχω χάρημ, οὐνα μὲν δε,

Χέλαιρος πυρμῆ χλωρῷ ἔλευ κότινον.

Εἰ δὲ δι πατήρ τραπέκηνος Ιδίωρ τηνοῦ κέρεσιν κοθύει

Οὐ γεοσήβημ, ξενὸν τοῖος ἵτω θάρατος, hoc est,  
Phosphore reddatur Pollux tibi gratia, quod fert

Chilonis natus tempora cincta pugil.

Scria uidens nati genitor, si laetus obiuit

Mortem, non nūrum, nōrūs nūhi talis eat.

Ipsius item imagini inscriptum,

Τόρδε φερεφανες Σωάρτα Χειλωρ̄ ἐφύτευσει

Ος τῶν ἐπίκτη σοφῶν πρῶτος ἦρν σοφία. hoc est

Hic sapiens ferti natus Lacedaemonie Chilon.

Qui è numero septem maximus unus erat.

Eius est ea sententiola, sponsioni non deesse iacturā. Brevis quoque epistola ipsius fertur huiusmodi.

CHILO PERIANDRO. 3.

I V B E S uti militia uaccu, extorrisque agam, quasi  
tu in tuto futurus sis. Atqui ego monarchæ nec sua tutu

eſe puto, felicemq; cum tyrannum censco, cui in sua domo abſq; ſanguine contigerit mori.

## PITTACVS MITYLENAEVS.

Pittacus Mityleneus Hyrradio patre, quem Thracia fuſſe, Duris autor eſt. Hic una cum Alcei fratribus Melanchrum Lesbi tyrannum proſligauit. Et cum de agri Achillitidis poſſeſſione inter Athenienses et Mityleneos armis decerneretur, imperator ipſe exercitus cum Phrynone Atheniensium duce, qui et pancratiastes et olympionices fuerat, singulari certamine pugnare iſtituit. Reclite igitur clypeo tegens Phrynonen co, dum non cauet, inuoluit, ipſoq; perempto agrum feruauit. Postea uero Athenienses diſceptaſe cum Mityleneis de poſſeſſione agri, ipſumq; a Periandro cōtrouerſiæ iudice Atheniensibus adiudicatum, tradit Apolloſorus in chronicis. Hinc igitur Pittacum in ſummo honore Mitylenei habuere, eiq; principatum tradiſerunt, quē ille cū decem annis tenuiſſet, ac remp. praeclaris ordinibus conſtituiſſet, ſe ipſum ſponte magiſtratu abdicauit. Decem inde alios ſuperuixit annos, agrumq; ſibi à Mityleneis tradiſū ſacrauit, qui nunc Pittacius dicitur. Porro Sofocrates partem ipſius abſcidife, dimidiāmq; plus toto dixiſſe teſtatur. Sed et Cræſo pecunias ad ſe mittente, ſuſcipere noluit, duplo plura quam uellet ſe habere conteſtatus. Deſuncto enim fratre ſine liberis hereditate ad ſe pertinere. Pamphila autem in ſecundo clementiorū, Tyrrheum refert ipſius filium, cū ſederet in tonſtrina Cumis, iniecta ſecuri ab acrio fuſſe necatū: à Cumani uero uinctum homicidam ad Pittacū miſum, atq; ab eo poena fuſſe abſolutū, dicēte, cū rem cognoniſſet, indulgiſſiā paenitentiae eſe preferendā. Heraclitus autem Alceū aſcrit habuiſſe captiuū, liberūq;

dimiſi

dimisisse, ueniamq; supplicio meliorem dixisse. Ebrios cū peccarēt, duplii incommodo afficiendos per leges statuit, ut caserent temulentia: abundat quippe uino insula. Feruntur eius istae sententiae, Per difficile est bonū esse, cuius & Simonides meminit, Plato itē in Protagora. Nec essitati nedeos quidem reluctari.<sup>7</sup> Principatū uirū declarare. Interrogatus aliquando quid esset optimū, quod in praesentia, inquit, occurrit, bene agere. A Cræso itē rogatus qd nā esset maximum imperiū, ligni inquit uarij, legē nimirū innuens. Dicbat autem uictorias sine sanguine acquiri. Phocaco itē dicēti, querendū esse studiosum, ac frugi ui-  
rum, etiā si ualde, inquit, quæsieris, nō inuenies. Per contā-  
tibus quid nā esset maxime gratū, tempus ait: quid obscu-  
rū, futurorum euentus, inquit: quid fidele, terra: quid con-  
trā infidum, mare inquit. Dicbat, prudentium uirorum  
esse prius quam aduersa contingat, præuidere ne ueniant:  
fortiū uero, cū illa contigerint, & quo animo ferre. Quod,  
inquit, facere instituis, noli prædicare: nā si facere nequi-  
ueris, rideberis. Infelicitate nemiii impropereaueris: ne iu-  
ste querimonia patcas. Depositum cum acceperis, redde.  
Amico noli maledicere, ac ne inimico quidē. Pictatem co-  
las: frugi esto: pudicitia ama: ueritati stude: fidē, peritiam,  
dexteritatem, amicitiam, diligentiamq; custodi. Quæ uero  
cecinit ac maxime probantur, hæc suit. Supto arcu & ia-  
culis sagittiferaq; pharetra, impetrndū hominē improbū.  
Nam fidū nihil lingua loqui ualet, dum cordi duplex al-  
te insedit sensus. Fecit item ad sexcentos elegos uersus, &  
carptim de legibus ad ciues. Floruit maxime circa xlii.  
olympiadē. Mortuus est autem sub Aristomene, tertio  
anno lli. olympiadis, cū uixisset supra annos septuagin-  
ta, iam totus senio cōfectus, sepultumq; in Lesbo monumē-

7. *magistrus. quod dicit sophocles soloni. Arisloclis vero etiam tribuit, ethico libro 5.*

to ipsius inscriptum epigramma testatur:

*Ideo dñs p̄bus ἀγανάκτια καταθάσῃ*

*Erbae πιτταὶ πεπόνηστον οὐδὲ λίπανθρ. hoc est,*

*Condidit hoc tumulo lacrymis te Pittace Lesbos*

*. Sacra suis, obitu languida facta tuo.*

Est illa eius sententia: Tempus nosce. Fuit et alter Pittacius legislator, cuius et Phaorinus in primo commentariorum, et Demetrius in equinoctis menunarunt, qui et minor appellatus est. Fertur autem sapiens ille cum ab Atarnete

*sterna divi- adolescentem compelleretur, ut moneret utra sibi ducent  
tas media inter esset uxor, duas quippe se expetere, alteram quidem opti-  
Myśia & Ly- bus sibi et genere parem, alteram utraq; in re excellen-  
dia, non procul- tem: bacillo senum adminiculo sublato admonuisse, perge-  
rebat ad triuum ciuitatis, quo ludendi causa pueri conur-  
nivint, eosque consuleret quid factio opus esset, sequereturque  
illorum moniti. Sicque factum esse, adolescentemque illū puerorum  
nocibus monitum, e qualē sibi duxisse. Id factum  
Callimachus in epigrammati uenustissime scribit:*

*Ζῆνος Ἀταρνέτης τοι δύσκοτο Πιτταῖον θέτως.*

*Τὸν Μιτυληναῖον, πᾶντα τὸν Κέρασίν.*

*Λέτα γέρον φειδομει καλῶ γέρον, καὶ μία μὲν ἀν-*

*Νήφην, καὶ πλεύτῳ καὶ γερεῖνατ' ἔμετ.*

*Ηδὲ ἵτερη προβέβηκε. τί λέσσοι, εἰδὲ ἄγε σύρε μοι*

*Βαθύευσορ ποτέρως εἰς ὑψηλαῖς ἀγω.*

*Εἴτερ. ὃ δὲ σκύπαρα γεροτικῷ διώλοι ἀσίρας*

*Ηρόδε, καὶ νοὶ σοι πᾶν ἐρέσσιμον ἔπος.*

*Οἶδεν ἀρέ υπὸ πληγῆσι θόσος βίαιοις ἔχοτις*

*Εγρεφον ἀντρέιν πᾶσις. Ιντι τριόστοι.*

*Κάνωμ, ἔρχεσθαι, φεσθαι, μετέ ἔχοισα. χάρις ὡς μὲν ἴωσιν*

*Πλιντομ, οἶδεν ἔλεγομ, τὰν οὐδὲ σαῦθορ ἔλα.*

*Τάντ' ἔιναι οὐδὲνος ἴφαστο μείζονος δίκαιος*

Δράξας πολὺν κλυδώνη σιωπήσει  
 Τὸν δὲ ἀλύτων τὸν κάνει οὐκέτι γέμειν  
 Οὐτανὶς οὐδὲ Δίου τὸν τοῦ σανδόρον ἔλα.      hoc est,  
 Nuper Atarnaeus rogitat Pittacon hospes  
     Hyrradij natum, quem Mitylena tulit.  
 Chare senex, gemina inuitat me teda, puer  
     Vna mihi par est gente, simulq; opibus:  
     Altera sed præstat. tu fare quod expedit oro,  
     Ducenda in thalamos utra mihi uxor erit?  
 Dixerat ille breui elato, senis armis, bacillo.  
     Ecce, ait, hi totam rem, mihi crede, docent.  
 Illi autem celeres scuticis lcuioribus orbes  
     Gyrabant latis in triujs pueri.  
 I, sequere illorum uestigia, dicit. Οὐ ille  
     Accedit, recinunt, tu tibi sume parent.  
 Hæc ubi deprendit, iuuenum æquis lusibus hospes  
     Commonitus, magnis ædibus abstinuit,  
     Ac tenuem modicas uxorem duxit in ædes.  
     Ergo Dion posthac tu tibi sume parent.  
 Dionemq; itidem admonet facere, parent ut eligat: Vide-  
 tur autem ex affectu ita dixisse. Nam nobiliorem ipse du-  
 xerat Draconis filij Penthili sororē, quæ illi immodeice su-  
 perba erat. Hunc Alceus σαράτῳσα, Οὐ σάρατῳσα uocat,  
 quod latos pedes traheret. χειρῶσιν autē, quod vulne-  
 ra in pedibus haberet, quæ χειράδης appellatur. γαστεῖνα,  
 quod frustra intumesceret. Phrysonem uero Οὐ gastronem,  
 quod pingui esset aequalicolo. Οὐ φρυσονερπίδαι quoq; quod d. <sup>σαράτῳσα</sup>  
 obtusam haberet oculorum aciem. A gasyrtum uero, quod d. <sup>σαράτῳσα</sup>  
 obtrectatoribus pateret, Οὐ sordidus esset. Huic exercitiū chus dicitur p.  
 fuit molendi tritici, ut Clearchus philosophus testatur. Est cōpotatione  
 autem eius breuis epistola huiusmodi.

Pittac

## PITTACVS CROBESO

IVBES me in Lydiam uenire spectatum opes tuas.  
 Ego, et si illa minime asperxi, nihil ambigo, Alyattis filium  
 regum omnium esse opulentissimum, auroque res fertissimum.  
 Neque uero amplius quicquam habituri sumus, si Sardis  
 ad te accesserimus. Auro enim ipsi non indigemus, conser-  
 ti modico uite stipendio, quantum satis sit mihi, et amici.  
 Veniam tamen, ut tibi per humano et hospitali uiro fami-  
 liaris efficiar. Vale.

## BIAS PRIENAEVS.

Bianti Prienaeo pater fuit Teutamus. Hunc Satyri  
 B septem reliquis praetulit. fuisse opulentum plerique ar-  
 tumant. Ditis aduenam fuisse testatur. Phanodicus uero,  
 captiuus cum puellat redemisse Messeniam, sibique in filia  
 nutrisse, ac postea adieclis dotibus, Messanam parentibus  
 illas remisisse. Breui post inuento Athenis, ut diximus, a pi-  
 scatoribus aureo tripode, cui erat inscriptum, Sapienti Saty-  
 rus quidem puellus, alii uero ex quibus Phanodicus est, il-  
 larum patrem in concione uenisse ait, Biantemque expositis  
 que in se egisset, appellasse sapientem, sicque tripoda ad eum  
 missum, eo conspectu dixisse Biantem, Apollinem esse sapien-  
 tem, neque illum admisisse. Alij Thebes Herculi sacrassesse-  
 rauit, quod illinc esset oriundus, Prieneque Thebanorum colo-  
 nia, Phanodico id ipsum assertente. Fertur cum ab Alyattu  
 Priene ipsius patria obsideretur, Biantem ex industria duos  
 saginase mulos, eosque in castra impulisse, eis conspectis ob-  
 stupuisse regem, quod bruta quoque animalia tam nitide habe-  
 rent, ac de soluenda obsidione cogitante, explorandi gratia  
 nunciū in urbem misisse. Biantem eos filio regis explorato,  
 magnos arenae aceruos tritico operuisse, hominiisque ostendisse.  
 eo agnito regem cum Priencibus pacem percussisse

moxque

moxq; regem Bianti, ut ad se ueniret mandasse, illumq; di-  
xiſe, E quidē Alyattē \* cepas edere ac flere iubeo. Fertur  
& in causis orandis summus, atq; uebementissimus fuisse,  
bonum tamen in partem dicendi uim exercere solitus. Idq;  
De modicū Aleriu significasse cūm diceret, Oratori Prie-  
nem causam eſſe imitandā. Hippo aſtemq; ſimiliter, qui  
dum laudare quempā ſummae integritatis uellet, cum Bi-  
ante Prienensi ait causas egift p̄eſtantius. Mortuus eſt  
& ipſe in hunc modū: Causam pro amico dixerat iam ue-  
tulus, & cūm à dicēdi labore quieuiſet, caput in ſinu ne-  
potis ex filia Iefu reclinauit. Cūm uero aduersarius itidē  
perorafset, iudicesq; ſentētiā pro eo tulissent, qui cauſe  
ſue Biantem habuerat patronū, ſoluto indicio, nepotis in  
gremio efflauiffe animam cōpertus eſt, ipſumq; magnifice  
ſepeliuit ciuitas, atq; eius laudes tumulo inscripsit:

Ελευθερία ἐπ οἰατιδοῖσι Πρινέων φύγα καλύπτει  
Ηδὲ Βιάνται μὲν τῷ κόσμῳ ἴστοι μίγαρ. hoc eſt,  
Pētra Prienaeum tegit hæc bene culta Biantem,  
Ornamentum ingens qui fuit Ionijs.

Est & nostrum in eundem:

Τῦδε Βιάνται κίκηνθα, τὸν ἀβίους ἡγανεψ Ἐρυκός  
Εἰς διάλυ παλιῶ γέρει νιφάδειον.  
Εἶπε γὰρ εἴπε οἰνού ιτάρη τινὸς, εἴτ' ἀποκλινθεὶς  
Πάιδες εἰς ἀγκαλίδας μεκρὸψ ιταρεψ ὑπνοψ. hoc eſt.  
Hic ſitus eſi Biās, Hermes quem duxit ad Orcum  
Albentem niuciis tempora cana pilis.  
Ut cauſam dixit ſocij, inclinatus in ulnas

Mox pueri, ſomnum ſoluitur in tenuem.

Scripsit autem de Ionia ad duo millia uerſuum, qua nam  
ratione quis felix eſſe posſet. Placuerunt eius iſtae in pri-  
mis ſententia, Ciuiibus placere omnibus ſlude: habet enim  
id

\* οὐ γίγνεται ἀδι-  
αρ proverbial  
figura, pro ex-  
tremo contēptu.

id multum gratiae. Contrà uero factus, ac superbia semper nocuit. Et illud: Corpore quidē esse ualidum, naturae manus est. Porro quæ utilia sint patriæ dicere, animi et prudenter propriū pecuniarū autem copia etiā plurimis fortè obuenisse. Infelicitate dicebat, qui ferre nequirit infelicitatem: morbiq; animæ impossibilia amare, et appetere, alieni uero incomodi nō meminisse. Interrogatus quid nam esset difficile, ferre, inquit, fortiter mutationē rerum in deterius. Nauigabat cum impijs aliquando, et cùm tota tēpestate nauis quateretur fluctibus, illiq; deos inuocarent, Silete, inquit, ne uos hic illi nauigare sentiat. Percōtanti impio homini quid esset pietas, nihil respōdit: cumq; ille filētij causam sciscitaretur: quia, inquit, de rebus nihil ad te pertinetibus queris. Rogatus qd̄ esset dulce hominibus, spes ait. Malle se inter inimicos, quam inter amicos iudicare dicebat. Quippe ex amicis alterum proorsus futurū inimicū, ex inimicis autē alterum amicū. Vorto interrogatus quid nam faciens homo delectaretur, Lucrāns, inquit. Dicebat ulte tēpus ita metiendū, quasi et dix, et parū uicturi simus. ita amandum quasi odio finis habitari, malos enim esse plurimos. Sic autē consulebat, si quid agere instituī, sente et aggredere: ceterum in eo quod elegeris, firmiter persiste. Noli citò loqui, est enim insanie indicium. Prudentia diligere. De diis ita ut sunt loquere. Indignum hominem diuitiarū gratias laudare noli. Persuadens accipe, non cogens. Quicquid boni egeris, in deos refr. Viaticum tibi ab adolescētia ad senectutē sapientia compara, cu quippe sola est certa ueraq; possessio. Meminit Biantis, ut diximus, etiā Hippoñax, et insuans Heraclitus ipsum praecipue commendat his uerbis: Priene oppidum Biantem tulit. Teutami filium, cuius est opinio illustrior quam ceterorū. Et Priene

facell

sacellum ipsi dedicarunt, quod Teutaniū dicuntur. Eius est sententia: Plures malis sunt. Huius etiā feruntur esse sententiæ, Quicquid proposueris, firmiter seruans persevera. Hac videtur esse  
falsa, nō in Gra-  
co codice non  
habebantur. Duo maximè contraria sunt consilio, ira scilicet & festi-  
natio. Diu deliberatos amicos elige, eosq; uno affectu, nō  
uno habeas merito. Amicos sequere quos non pudeat ele-  
gisse. Amici uitam tuam puta gloriam.

## C L B O B V L V S.

Cleobulus Euagoræ filius, ex Lindo, siue ut Duris au-  
tor est, ex Caria fuit. Eius genui pleriq; ad Herculem  
referunt. Corporis viribus, ac forma fuisse insignem, Aegy-  
ptumq; percipiendæ philosophiae gratia petisse tradunt.  
Natumq; illi filiam Cleobulinam hexametrorum enigma-  
tum uitam, cuius Cratinus meminit in eiusdem nomi-  
nis poëmate, plurali inscribens numero. Sed & Minerue  
phantum à Danato constructum, illum instaurasse aiant.  
Scripsit autem carmius, obscurisq; sententias ad tria nullum  
versum. Mide quoq; Mausoleo inscriptum epigramma  
ab eo factum, non desunt qui sentiant.

Χαλκη παρθενοὶ ἀμπελοὶ τῷ σάματι κύμασι.

Ἐτ τὸν θεόν τε ράχη, καὶ ὀλευθρία μακρὰ τεθῆναι.

Ηέλιος τὸν αὐτῷ λάμπει, λαμπράτε σελήνη.

Καὶ ποταμοὶ φωστή, ἀραιλύση τὸ θάλασσα.

Αἴτη τῷ λε πένητα πολύκλαυστῷ τῷ τύμβῳ

Αγγελία παρεῖτι, Μίδας δὲ τῷ λε τέθατο). hoc est,

Aenea sum uirgo, Mida quæ incumbo sepulcro.

Dum fluit unda leuis, sublimis nascitur arbor;

Dum sol exoriens, & splendida luna reluet;

Dum fluij labuntur, inundant littora fluctus,

Hic constanter ago, lacrymisq; in marmore tincto

Fixa, Midam moneo hic tumulatum chare uistor.

in collectaneis  
Gregorii epigra-  
mmatum cir-  
cunferunt hoc  
carmen Homo-  
ri titulo.

Innituntur autem Simonidis testimonio, qui nuptiarum uidentur, quod tantas laudes in eius statuum tanto uerborum strepitu congesserit, ut eam indeficientibus omnibus uernis floribus, solisq; flammis, et aurea Lune, et aquae reis undis comparauerit, ipsumq; Cleobulum aperte fatum appellat. Vnde constat Homeri illud non esse, qui multis annis Midam præcessit, ut aiunt. Fertur in commentarij Pamphila ipsius huiusmodi enigma:

Eis ἐ πάτηρ, πάδες οἱ διάδοκαι. τῷρδε ἔναργε

Πάδες φυλοτά διάδοξα εἰδότε ψευσταί.

Αἱ μὲν λευκὰ ἔχοις, αἱδὲ ἀντε μέλανας

Αθανατολή, τι ὅσαι ἀποφθινθοῖς ἀτασταταί. hoc est.

Est genitor proles cui sit bissex, sed horum

Cuius triginta natæ, sed disparate forma.

Hæ niueis totæ, fuscis sed uultibus illæ,

Atq; immortales cum sint moriuntur ad unam.

Est autem annus. Sunt et istæ ex sententijs illius celebres, Imperitia in omnibus maiori ex parte dominatur, et multitudo uerborum. Sed tempus sufficit. Sentire atq; sapere illustre aliquid et inelytum stude. Inanis, et ingratu ne sis. Filias nuptui locari oportere etate uirgines, sed prudētia et sensu mulieres, docens per id uirgines quoq; erudiendas esse. Dicebat amicos beneficijs fouendos ut amicitiones sint, inimicos autem amicos faciēdos. Caudam enim calumniam amicorum, insidiasq; inimicorum fugie dat. Illud itē antiquam domo quis exeat quid acturus sit, apud se pertransit. Rursus cum redierit quid egerit recogitat. Consulebatque corpus rite exercendum. Audiendi magis quam loquendi studiosum esse oportere. Intentum studijs potius, quam indoctum. Linguam non maladicam esse debere. Proprium uirtutis, esse alienum à uitio.

uitio, iniustitiam fugere. Ciuitati ea consulenda que sunt optima. Voluptatem frenandam. Vi nihil agendum, crudelios liberos, inimicities soluendas. Cum muliere neque blanditijs agendum, neque præsentibus extrancis iurgandum. Illud quippe uocordiam, istud uesaniam significare. Famulum uino bilarem non puniendum, uideri enim id dementius esse. Vxorem sibi parem eligendam. Nam si clariorem te duxeris, inquit, affines dominos habebis. Iis qui conuicijs perstringuntur non insultandum, inimicos quippe ex ea irrisione fieri. Dum secunda fortuna arridet, superbire noli. aduersa perstrepente noli frangi. Fortunæ mutationes fortiter perferre disce. Obiit senex annorum LXX. eiusq; laudes tumulo inscriptum epigramma continet.

Αρθρα σοφοφυρη Κλεοβουλοφυλλοφυλλοπονθανθα  
Ηδε πάτερ Λινδος πόντω αγαλλομέλην. hoc est,  
Extinctum luget Cleobulum patria Lindus,

Patria que medio est undiq; cincta mari.  
Scripsit ipse breuem epistolam Soloni sic:

#### C E B O V L V S   S O L O N I .

A M I C I quidem tibi sunt permulti, singulisq; domus est. uerum ego Soloni conyodissimam fore ad inhabitandum Lindum censco ciuitatem liberam. Estq; insula maritima, ubi si morari uolueris, nihil à Pisistrato maliformabitis, atq; ad te amici undiq; confluent. Vale.

#### P E R I A N D E R . C O R I N T H I V S .

P Eriandro Corinthio Cypselus pater fuit ex Heraclidianum gente. Vxorem autem Lysiden duxit, quam ipse Melissam appellabat, Proclei Epidaurensium tyranni, & Eristeneæ Aristocratis filia, sororisq; Aristodemii filiam, qui, ut ait Heraclides Ponticus in libro de Princi-

d patu

*Idem Plutac-  
tribuitur, ut in-  
cius uita abu-  
de dictum est.*

patu, totius ferme Arcadiæ dominabantur. Duos ex eis  
 lios genuit, Cypselum & Lycophronem: alterum ex  
 iuniorum prudentem, maiorem natu stolidum. Post  
 quantum temporis accessus ira, nussus sub gradus pre-  
 gnantem coniugem, calcibus percussit, ac necauit, pellicam  
 persuasus calumnijs, quas tamen postea igne crevaverat  
 puerumq; Lycophrona matri fletu iusta soluentem abdi-  
 cauit, atq; in Corcyram agi præcepit: iam uero uicinius  
 senio illum ut ei tyrannidem per manus daret, ad se acce-  
 siri iussit. Eius deprehensio consilio Corcyrenses inuicem  
 interemerunt. Hoc ille comperto, surijs successus, eorum  
 liberos ad Alyatten præsecandas misit. Cum autem nauis  
 appropinquasset Samo, Iunoni uota facientes, à Samijs  
 seruati sunt. Quod ille ubi didicit, ut orore confessus ex-  
 cessit è uita, annos natus ferme octoginta. Sosocrates cum  
 ante Cræsum obijisse diem asserit, l. x. & uno annis, ante  
 quadragesiam nonam Olympiadem. Hunc Herodotus in  
 primo Histor. Trasyboli Milesiorum tyranni hospitem fu-  
 isse ait. Aristippus autem in primo de Anticq. delie, libro,  
 hæc de illo refert: matrem eius Crateam illius amore struc-  
 tecum, claram congregati solitam, illo non invito tantoq; flagito  
 acquiescente. Quod ubi cognitum est, dolens se fuisse depre-  
 hensum, grauius iam ciuibus instabat. Porro Ephorus in  
 historia, uovisse illum tradit, si Olympia quadriga uicif-  
 set, auream statuam deo sacraturum, uictoria uero potitam  
 & auro egentem, quadam celebritate populari, mulieri-  
 bus procedentibus ornatis, mundum ademisse muliebrem,  
 atq; ita douarium mississe asserunt. Illum cum sepulchrum  
 suum ignorari uellet, tale quipiam molitum, duobus iuue-  
 nibus uiam quandam ostendisse, ac iussisse noctu per illam  
 incederent, cūq; qui primus occurrisset, interimerent ac se-  
 pelirent.

pelirent: postq; illos quatuor alios misisse, qui eos necarent ac sepulturae traderent. Rursus contra eos misisse plures, itidemq; ut facerent imperasse, atq; ita ipsum primus obuium, occisum esse. Enimvero Corinthij cenotaphium illius uersibus illustrarunt.

Πλοετε γηι σοφιας πρετανη πατρος Κοινοερθος  
Κολωνοις αγχιαλοις γηι Πρειανδροφ ιχει. hoc est,  
Et sophia ετη nummis Periandrum terra Corinthus  
Clarym, littoreo continet alma sinu.

Exeat et nostrum in eundem,

Μη τοτε λυπησοι τι το μησι τυχην τιδος, αλλα  
Τερπησ πασιν δημοσιοι διδωσι θεος.

Και γηρ αθνεισας ο σοφος Πρειανδροφ απεσθη  
Οινηιη γηι ιτυχηη προσηι φηι ιθελη. hoc est,

Ne tibilam doleat si non optata sequaris,

Sed inuit i d superi quod tribuere Dei.

Nam sapiens slygia Periander ceſſit ad umbras

Extinctus, quod non que uoluit ualuit.

Huius illud est, Nihil pecuniarum gratia agendum. Oportere enim alias modo qui honestus non sit, lucrari. Scripsit et twobinas ad duo milia uersuu. Dicebat his qui tutoregnare uellent, summa ope nitendum, ut benevolentia, non armis stiparentur. Rogatus aliquando, cur in tyrannide persisteret, quia, inquit, et sponte et iniuitum cedere aque periculosa est. Dixit et hec, Bona res est quies, ac periculosa temeritas. Turpe lucrum. Populi administratio tyranide prestantior est. Voluptates corruptibiles sunt, honores immortales. Inter secundas res esto moderatus, inter aduersas prudens. Amicis et felicibus et infelicibus eundem te prebe. Quodcumq; pollicitus fueris, serua. Inter loquendum caue ne secretu pronunties. Non peccantes  
modo

modo, ureum & peccare gestieutes punito. Primus hic erat matis circumseptus incessit, magistratumque ad tyrannidem transstulit, neque in urbe uiuere quosuis permittebat, ut Ephorus & Aristoteles tradunt. Claruit autem circa trigesimi octauam olympiadem, exerceuitque tyrannidem annos x. Porro Sotion atque Heraclides & Pamphila in v. Comment. duos ait fuisse Periandros, tyrannum alterum, alterum uero sapientem, eumque Ambrociotem. Quin eos Nicanthes quoque Cyzicenus ait patruelis sibi inuicem fuisse. Porro Aristoteles Corinthium assertum fuisse sapientem, Plato negat. Ipsius & hoc est: Exercitatio potest omnia, nam & Isthmum quoque potuit perfodere. Ipsius aliquot sturture epistole, cuiusmodi haec est.

## PERIANDER SAPIENTIBVS.

GRATIAS immortales ago Pythio Apollini, quod in unum coactos epistole meae repererunt, ipsaque Corinthum, ut confido, perducent. Expecto itaque uos. Certi ipsi uidebitis quam ciuiliter uos excipiā. Sicut igitur anno preterito Sardis in Lydiā uenisti, ita nunc oro ne pigeat ad me quoque proficisci Corinthi tyrannū. Videbunt enim uos non sine gratulatione Corinthij Periandri domum adeuntes.

## PERIANDER PROCLEO.

NOBIS quidem non ex sententia fuit uxoris scelus. Tu autem sponte filio ingrato si quid egeris, peccat. Aut igitur immanitatem in filium compesce, aut ego illi operaram. Nam & ipse satis diu poenas dedit.

## TRASYBLVS - PERIANDRO.

PRAECONI quidem tuo nihil disimulaui, sed ipsum in segetem inducens, eminentiores spicas bacillo fricens decutiebam, subsequente illo, tibiique, si interrogares, referret quicquid uel uiderit uel audierit a me. Tu ergo sic

sic facito, si quidem tyrannidem tutò tenere cupis, atq; in ea constabili, ciuitatis principes tolle, siue illi amici, siue inimici uideantur. Quippe tyranno amici quoque sepe suspecti sunt.

## ANACHARSIS SCYTHA.

**A**Nacharsis Scytha Gnuri quidem filius, Caduidæ uero  
Scytharum regis frater, matre Græca fuit, quamob-  
rem & utriusq; linguae peritus erat. Scripsit autem & de  
Scytharum legibus, & de his quæ apud Gracos legitima  
& solennia sunt, ad frugaliorem ac uiliorē uictum, itemq;  
de re bellica ad nongentos uersus. Praestitit prouerbij oc-  
casionem, eò quod esset andax & constans in dicendo, ut  
qui eius constantiam imitaretur, \*Scythicū dicendi genus <sup>\*της ἀνω σημ  
σύν προώ, ho  
eft. Scytharun  
orationem, e  
autem prouer-  
bij nice mitu  
Lucianus C  
Aelianus C  
epistola.</sup>  
diceretur initatus. Eum Sosicrates Athenas concessisse  
x l. & v 11. olympiade, sub Euerate principe tradi-  
dit. Porro Hermippus Solonis iussisse domum, & cuidā ex fa-  
milia iussisse nuntiaret ei Anacharsim adesse pro foribus, ut  
illius conspectu & hospitio, si fieri posset, frucretur, puerū  
intus hæc nuntiasse Soloni, eiusq; iussu hæc illi renuntiasse,  
in proprijs regionibus hospites fieri. Ad hæc introgressum  
dixisse Anacharsim, modo se esse in patria, atq; ad se per-  
tinere hospites facere. Eam uiri dexteritatem admiratu So-  
lonem, continuo illum admisisse, & arctissimis amicitiae uin-  
culis sibi devinxisse. Post aliquantulū temporis regressum  
in Scythiam, cum patrias leges immutare uellet, Græcasq;  
toto conatu niteretur inducere, inuenatu à fratre sagitta  
percussum interisse, dicentem, Sermonis & discipline gra-  
tias ex Gracia seruatum, per inuidiam in domo & pa-  
tria perisse. Quidam Græco ritu sacrificantem occisum  
tradunt. Est autem nostrum in illum epigramma,

Ἐς Σκυθίου Ανάχαρσιος ὁ τὸν λύγει τοῦ Λαρνακαίου γόνος

Πάρτας ἵπειθι βίουν κέντεσιρ Ελλαδινοῖς.

Τέρδ' ἵτι μῦθορ ἀκραῖορ ἐνὶ σεμαῖταιρι ἐχόντα

Πτυρδὸς λε ἀδαράτος πρόπαστον ὅκα θύρα. hocq;  
In Scythiam patrias rediens Anacharsis ad oras

Orabat Græco uiuere more suos.

Vix ea cum summo infelix uersaret in ore

Verba, senem superis dira sagitta dedit.

Huius illud dictum memoratur: Vitam uinas tres ferre, pri  
mam noluptatis; secundam ebrietatis, tertiam macoris. Min  
ri se dixit, quomodo apud Græcos artifices certarentur, is  
dicarentq; qui artifices non essent. Rogatus quo puto  
quis abstemius fieret, si turpes, inquit, ebriosorum motus si  
bi ante oculos ponat. Mirari item se dicebat, quinā fieret,  
ut Græci aduersus eos qui iniurij lacessunt legem scrib  
entes, athletas, cum se iuuicē feriunt, honorant. Cum didicis  
set quatuor digitos nauis esse erastitudinem, tantū, inquit,  
morte absunt qui nauigant. Oleum uesaniæ pharmacum  
dixit, quod eo uncti athletæ, contra se mutuo magis inse  
niren. Qui fit, inquit, ut qui mentiri uelant, in carpo  
num tabernis aperte mentiantur? Mirari se dixit, cur Græci  
initio conuiuij paruis poculis uerentur, ubi uero saturati  
essent, maioribus. Inscribitur autem ipsius imaginibus, sin  
guia, uentre, pudēdis continendū est. Rogatus an in Scythia  
sint tibiæ, ne uites quidē inquit. Percontanti quæ nam esse  
securissimæ nauis, ea, inquit, quæ in portum uenerit. Istud  
quoq; se apud Græcos mirabile uidisse refrebat, quod fa  
num in montibus relinquerent, ligna in urbē conueherent.  
Interroganti, utrū plures sint uiui quam mortui, nauigan  
tes, inquit, ultra in patre constituis! Exprobranti sibi Atti  
co, quod Scytha esset, at mihi, ait, de decori est patria, sed  
patriæ tu. Rogatus, quid nam esset hominibus bonum ac ma  
lum, linqua inquit. Melius aiebat, est anxiū unū cgregium,

quam gregarios multos possidere. Forū ad fallendum innicem, atq; ad dandas auaritiae manus destinatum locum dicebat. Ab adolescente in conniuio passus cōtumeliam, adolescentis, inquit, si modo cūm iūtenis es uinum non feres, quando senueris aquam feres. Inuenit, ut quidam uolunt, ad uitā usum ancoram & figuli rotam. Scripsit & hanc epistolam.

## ANACHARSIS CROESO.

E GO, Lydorum rex, in Græciam adueni, Græcorum mores & studia & instituta percepturus. Auro autem nihil egeo; satiūq; mihi est, ut ad Scythas redeam melior atq; doctior. Veniam tamen ad te Sardis, plurimi faciens tibi familiarem & amicum fieri.

## M Y S O N.

MYSON Strymonis filius, ut ait Sosocrates, Cheneus genere, Hermippo autore traditur, à uico Octaeo sive Laconico sic dictus, numeraturq; inter septem sapientes. Aiunt eius patrem tyrannū fuisse. Pertur à quodā Pythianu, cūm ab Anacharside quereretur, quis uam se esset sapientior, respondisse, ut de Chilone prædiximus in Thalietis uita, Octaeum quendam Mysonem Cheneum se sapientiorem esse. hoc illum oraculo solicitatum, ad uicum peruenisse, cumq; reperiisse estate, stiua aratro aptantem, ac dixisse, Atqui o Myson, non aratro uacandi nunc tempus est, illumiq; respondisse, Imo satis tempestuum ad illud parandum. Alij oraculum illud non Octaeum, sed Eteon dixisse autem ant, inquiruntq; quid sit Eteus. Parmenides quidem pagum esse Laconie unde fuerit Myson, Sosicrates uero in successionibus patre Eteum, matre Cheneum fuisse tradit. Eutypbron Heraclidis Pontici filius Cretem afferit, esse cuim in Creta oppidum Etean. Anaxilaus Arca dem tradit. Menenius ipsius & Hippoanax dicens, Et Myso.

Eteon Aut  
ce oppidum. P  
nium, et irge r  
coince simplic  
nus per ipsi  
scribunt, non  
diphthongum.

quemuirorum omnium sapientissimum Apollo prediceuit. Aristoxenus in uaria historia, hunc ab Apemanti & Timonis moribus non multum absuisse testis est, quippe qui honum osor fuerit, quiq; deprehensus Lacedæmoniæ lus in solitudine riserit. Cum ab eo rogaretur qui cum à improviso deprehenderat, cur nemine presente rideret. At ob hoc ipsum rideo, dixisse. Ex hoc habitu ignobilē, q; ne exurbe, sed ex uico, eoq; obscuro natus esset, obq; eam ignibilitatē, que ipsum sunt à plerisq; Pisistrato tyranno atti-  
bui, idē Aristox. autor est, præter Plat. philosophum. Non meminit illius in Protagora, illū pro Periandro constitutus. Dicebat autem, Non ex uerbis res, sed ex rebus uerba esse inquirenda, neq; propter uerba res perfici, sed rerū gratia uerba consummari. Defunctus est autē etatis anno xcvi.

## E P I M E N I D E S.

**E**PIMENIDES, ut ait Theopompus, alijq; complures, p. trem habuit Phæstium, alij Dosiadem, alij Agesarcum tradunt. Cretensis genere, Gnoſo oriundus, ubi ex uicinatu a effigiem mutasse perhibetur. Missus enim aliquando patre ouem rure deferret, meridiano tempore diuertit ex itinere, atq; in spelunca, l v i 1. annos perpetuos obde-  
muit. Dehinc sonno excitatus quærebatur ouem, putib; enim se parum obdormisse. Quam cùm non inuenisset, in agrum reuertitur. Cùm uerò rerum omnium faciem immu-  
tata cerneret, agrumq; in alterius ius concessisse, stupor attonitus, & dubius rediit in oppidum. Ibicùm domū suam uellet ingredi, quisnam esset interrogatus, uixq; agnitus à inniore fratre iam uetulo omnē ex illo didicit rei ueritati. Porro illius fama per Graciā uolāte, Deo esse charissimus existimatus est. Unde ex Athenienses cùm aliquando pesti laborarent, responso à Pythia accepto, urbem expieri  
opor

oportere, Niciam Nicerati filium nauimisere, Epaminondamq; ex Creta aduocarunt. Profectus autem olympiade xxvii. lustravit urbem, pestemq; compescuit, hoc modo. Sumpsit oues nigro & candido uellere, duxitq; in Arium pagum, atq; inde quod uellent abire permisit, his qui illas sequebantur mandans, ubicunq; illæ accubuisserint, singulas mactarent peculiari cuiquam Deo, atq; in hunc modum quicuit lues. Ex eo iam hodieq; per Atheniensium pagos, aras sine nomine inueniri certum est, in eius quæ tunc facta est expiationis memoriam. Alij causam dixisse pestis Cylonium\* scelus, liberationemq; significasse, atq; ideo mortuos duos adolescentes Cratinum & Ctesibium, atq; ita cladem quieuisse. Athenenses ea pernicie liberi, homini talentum decernunt, & nauim quæ illum in Cretam reueberet. Verum ille pecunia repudiata, amicitiam & societatem Atheniensium & Gnostiorum impetravit, reuersusq; domum, paruo post tempore migravit èuita, etatis sue anno centesimo quinquagesimo septimo, ut ait Phasgo in libro de longevis: sicut autem Cretenses tradunt, ducentesimo nonagesimo nono. Xenophanes uero Colophonius audisse se dixit, centesimo quinquagesimoquarto. Scripsit autem Curetum & Corybantum generationem, & theogoniam ad quinq; millia uersum. Argus quoq; nauis apparatum & structuram, & Iasonis in Colchon navigationem, ad sex millia & quingentos uersus. Scripsit & prosa oratione de sacrificijs, & Repub. Cretensium, ac præterea de Minoë & Radamantho, ad quatuor millia uersuum. Construxit & apud Athenenses phanum\* uerendorum Deorum, ut ait Lobon Argivus in libro de Poëtis. Fertur etiam primus domus atq; agros expiassc, delubraq; crexiisse. Sunt qui illum non ob-

\* Ἀγρίπι  
lum à Cylo  
quem extra  
ex avaropē  
rum aijo p  
cles interfei

\* οὐαῦρον δι  
castrarum &  
merandarū d  
rum. sic e  
appellansur  
pud. & the  
fer furiā.

dormisse, sed ad tempus expatiatum assuerent, intentum uidelicet radicibus secandis: Extat ipsius ad Solonem conditorem legum epistola de ea Rep. quam Minos Cretensibus tradidit. Sed Demetrius Magnesius in libro de Poëticis, ac scriptoribus equiuocis, epistolam ut recentem neq; Cretensi, sed Attica locutione, ipsaq; nō satis antiqua scriptam, arguere nititur. sit illa sane recens, ut uult ipse. Ego & aliam ipsius epistolam reperi in hunc modum.

B P T M E N I D E S S O L O N I .

C O N F I D E ò amice. Si enim uel scruire assuetis, uel non bene institutis Atheniensibus Pisistratus inimiceret, imperium profectò diuturnum habuisse: ceterum uiros haud sane malos, aut ignauos scruire compulit, sed qui monitorum Solonis memorcs præ pudore ingemiscant, scriuire tyrannidi diutius haudquaquam ferent. Verum etsi Pisistratus ciuitatem occuparit, non tamen ad illius liberos imperium spero deducendum. Est enim per difficile hominibus liberis præclarisq; institutis legibus sub scrutute durare. Tu autem noli quæso uagus agi, sed in Cretam uenire ad nos matura, ubi tyrannus nullus cuiquam molestus est. Si uero illius amici forte, ut fit, in itinere iuiderint, metuo ne quid sinistri tibi cueniat. Hæc ille.

Quidam Demetrio autore tradunt accipere solitum à nymphis cibum, cumq; intra bouis ungulā conditū sernare, paulatimq; inde sumere, nullaq; exinde cgestione indigere, neq; uisum unquam edere. Menuit huius & Timeus in secunda. Sunt item qui dicant, Cretenses illi sacrificia offerre, ut Deo. Aliunt et divinationis fuisse peritiissimum. Siquidem cum apud Athenienses μετριχαῖ uidiisset, ignorare eos dixisse quantarū cladi causa locus ille futurus esset, quod si seirēt, dentibus illū discepturos. Hæc autē prædixit multis annis

ante temporibus. Fertur et primus se Acadum dixisse, Lacedemonijsq; prædixisse captivitatem, quam passuri erant ab Arcadibus, ac seipsum reuiniscere sæpe simulasse. Theopompus autem in mirabilibus resert, cum nympharum templum ex ædificaret, uocem è cœlo lapsam, Epimenides, non nymphis, sed Ioui dedicato. Cretesibus ite pronuntiasse bellum exitum, quod inter Arcades & Lacedæmonios agebatur, cum quem prædictimus. Quo in bello deserti ab Orchomenijs in ius hostium concessere. Seuuisse illum intra tot dies, quot obdormisset annos, non desunt qui asseuerat. hoc enim Theopopus ait: Huc à Cretesibus Curete appellari solitu, Myronianus in similibus autor est. Corpus eius apud se Lacedæmonijs seruat responso quodā admoniti, ut resert Sosib. Lacedæmon. Fuerunt alij duo Epimenides, genealogie scriptores, & tertius qui Dorice Rhodi historiam scripsit. -

## P H E R B C Y D E S .

**P**Herecydes Badis filius, Syrius, ut in successionibus Alexander tradit, Pittaci auditor fuit. Eum Theopompus asserit primum omnium de natura, & de Diis scripsisse. Plurima de illo & stupenda memorantur. Deambulantem enim secus littus<sup>\*</sup> Psamnum, cum intuitus fuisset nauem plenis uelis currentem, post paulum mergendā prædixisse, atq; ut dixerat se inspectante contigisse. Haustam rursus aquam ex puto cum biberet, post dictum tertium terræ motum futurum prædicasse, atq; ita factum esse. Cum denuo Messanan ascendisset in Olympiam, Perilao hospiti consuluisse, cum tota familia inde migrare maturaret, neglexisse illum, Menassamq; paulò post captam ab hostibus fuisse. Lacedæmonijs solitum dicere, Neq; aurum, neq; argentum honorandum, ut Theopompus in mirabilibus scribit. Præcepisse hoc sibi in somnis Herculem, quem & eadem nocte Regibus

\* τὰ φάρα  
scriptum crat  
Græco codic  
hand scio ar  
mendosè,

bus, Pherecydi ut obtemperarent, iussisse. Sunt qui Pythagorae ista ascribant. Tradit Hermippus illum, cum inter Ephesios atque Magnesios uigeret bellum, cuperetque Ephesios uincere, quendam ex prætereuntibus interrogasse unde esset, et cum se ille Ephesium dixisset, adiecisse, Trahe me per crura, et in agro Magnesio pone, ciuibusque tuis renuntia, ut pars uictoria me in eo loco sepeliant, addicuisse esse esse Pherecydem. Hæc ubi ille ciuibus renuntiauit, magna eos uictorie incensit spes. Postridie uero commissariis prelio, Magnesios fundunt, uictoresque Pherecydem ex uimigrasse compertiuunt, quem etiam sepelientes magnifici honorauerunt. Quidam profectum Delphos è monte Corycio seipsum deieciisse diunt, denique sepultum esse. Alij pediculis consumptum, obliisse diem tradunt. Aristoxenus uero cum de Pythagora eiusque familiaribus scriberet, refert illum cum à Pythagora qui uisitandi gratia adueniret, ut sese haberet interrogatus esset, digitum immisisse

\* Χρήσιμα δίδαξε, per ianuam ac dixisse, \* Aperte inspice: unde ea vox latuus legitur. postea à Philosophis in malam partem accipi solita.

<sup>προσδιδάσκει, ex ut appareat.</sup> Qui autem ea in meliorem partem utuntur, peccant. Dicitur balque Deos mensam θυσιαρην vocare. Porro Andron Ephesus duos tradit fuisse Pherecydes Syros. Astrologum alterum, alterum theologum, Badis filium, cuius Pythagora studiosus fuerit. Eratosthenes unum tantum Syrium, alterum Athenensem genealogum fuisse assertus. Scrutatur adhuc Pherecydis Syri, quem scripsit, libellus de rerum principio, cuius initium est: Iupiter quidem atque tempus idem, et Tellus erant semper. Terrene autem nomen fuit Telluri, postquam ipsi Iupiter primum dedit. Scrutatur et heliotropium in Syria insula. Refert autem Duris in secundo sacrorum, inscriptum eius tumulo hoc epigramma.

τῆς σοφίας πάσους ἡμὶ τέλης, οὐδὲ μίτι πλεῖον.  
Πυθαγόρη οὐδὲ μᾶλις τέλος θτι πρῶτος ἀπάντων.  
Εἴτις δὲ Εὐλάσθα γῆμε καὶ θύμωνα φάσι ἀγοράνων.

Hoc est,

Desinit in me omnis sapientia prima quod autem  
Pythagorae nostro tribuatur palma, fatebor  
Id, sed ob hoc quia primus erat in gente Pelasga.

Ion autem Chius de ipso sic scribit,

Ως δὲ μὲν ἀνορέτης κεκασμένος, καὶ εἰ καὶ αὐτοῖς

Καὶ φθίμενος τὸ χειρόποδόν τοι βίστοι,

Διατερπός Πυθαγόρης ἐτίμως δὲ σοφὸς περὶ πάντων

Ανθρώπων γνώμας εἶδε καὶ ἐξίματην. hoc est,

Virtutum ornatus insignibus atque pudore

Hic animo uiuit suauiter exanimis.

Atque, ut Pythagorae sapientia summa uirorum

Multorum mores uidit et edidicit.

Est et nostrum sic se habens, carmine Pherecratio.

Τὸν καλφύρῳ Φερε τύπον

Οὐ τίκτει τῷσι Σέρος

Ἐτ φθίμεται λόγος ἐτίμη,

Αλλάξαι τὸ περὶ εἴδος,

Θεῖναιτο διδὺ κελάνηρος

Μαγνήτων, ἵνανίνων

Δοῖς τοῖς Εφίσοιο

Γενναῖοις πολιάταις

Ημὶ χρησμὸς δη καὶ δόξη

Μένος τέτο κελάνηρος,

Καὶ θνάσικη πάρει κείνοις

Αρχὴ τῆτος ἀράλιδες

Ημὶ εἴτις σοφὸς δύσιος,

Καὶ γῶρι ἐγίμη δύνασις

X̄ταρη μηδίπινάρχη.  
 Insignis Pherecydes  
 Syros quem parit olim,  
 Turpes in pedicillos  
 Permutasse priorem  
 Formam dicitur, atq;  
 Magnetum in regionem  
 Se iussisse trahi, quo  
 Donaret generosis  
 Palmam illustrem Ephesinis.  
 Oraculum fuerat, quod  
 Solus nouerat ipse.  
 Hoc mandans moriturq;  
 Latus sic apud illos.  
 Verum est hoc igitur, quod  
 Si uerè est sapiens quis  
 Viuus utilis usq;  
 Extinctusq; iuuabit.

hoc est,

Aliorum etiam in eum scruntur epigrammata. Fuit autem circa sexagesimam nonam olympiadem. Est eius quoq; ad Thaletem huiusmodi epistola.

## P H E R E C Y D E S · T H A L E T I .


BENE moriaris, cùm tibi fatulis dies superuenerit.  
 Morbus me inuaserat cùm tuas accepi literas, pediculis ope-  
 riebar, et febri quatiebar totus. Mandauit itaq; quibusdam  
 ex familiaribus, ut cùm me sepelierint, ad te perfruant que  
 scripsi. Tu autem siquidem ea probaueris cum sapientibus  
 reliquis, ita legenda deum trades: sin autem improbaueris,  
 nolito edere. Mihi certè neandum satis placebat. Est ibi qui-  
 dem nō certa rerum fides. Neq; enim id recepi, neq; quid sit  
 uerum me scire professus sum. forte quedam de Theologis  
 reser-

reservauit, cætera intelligere oportet. Omnia quippe indico potius, quam aperio. Morbo autem diebus singulis inualecenti, neq; medicorum quempiam, neq; amicorum penitus amitto. Ceterum aſſistentibus pro foribus, et interrogantibus quo in statu sim, digito per ostij clauſtra dimiſſo, quam pestilenti malo teneat, ostendi: admouuiq; ut poſtridie conueniant ad ſolennes Phæreydis inferias. Vale.

Atq; hi ſunt qui appellati ſunt sapientes, quibus pleriq; Pisistratum etiam tyrannum aſcribunt. Venientium uero iam ad Philosophos, ac primò inchoandum ab Ionica Philosophia, cuius principem Thaletem ſuisse memorauimus, Anaximandri praeceptorem.

## DIOGENIS LATERII DE PHILOSOPHORUM uita Liber secundus.

ANAXIMANDER.



NAXIMANDRO Mileſio Praxiades pater fuit. Hūa eſt illud, Principiū elemen-  
tum immensum hoc, & infinitum eſſe, non  
tamen definiens aera, & aquam, aut aliud  
quippiā. Partes quidem eius immutari, to-  
tum uero immutabile. Durere medio loco terram centri in-  
star constitutam globosamq; eſſe, et rotundam. Luua falsa  
lucere lumine, ſplendoremiq; a Sole mutuari. Solem terræ  
ēquare magnitudinē, et eſſe puriſimū ignem. Primus autē  
gnomonē inuenit, ipsumq; Lacedæmonem in loco captandæ  
umbræ idoneo ſtatuit, quod, ut ait Phæorinus in omnimoda  
historia, conuerſiones Solis, et ēquinoccia notaret. ἀρχαιο-  
πεια quoq; fabricatus eſt, ac priuus terræ, mariq; \*circuitus  
deser

descripsit, et sphaeram insuper construxit. Quæ uero accomoda sibi uisa sunt, summatis, prout memorie occurrebat, exposuit. Apollodorus Atheniensis illum in Chronicis at secundo anno LVIII. olympiadis, annū egisse etatis sexagesimum quartum, ac paulo post obiisse diem. Floruisse autem maximè sub Polycrate Samiorum tyranno. Aliunt cum canentem à pueris irritum, coq; comperto dixisse, canendum ergo puerorum causa modulatius. Fuit & alius Anaximander historicus, & ipse Milesius Ionicus scriptor.

## ΑΝΑΧΙΜΕΝΟΣ.

**A**NAXIMENES Eurystrati filius, Milesius Anaximandri auditor fuit. Quidam et Parmenidem audisse assertunt. Hic initium dixit aëra, & infinitum. Moueris sydera non sunt pra terram, sed circa terram. Vsus est autem Ionica locutione simplici & minimè fucata. Sexagesima tertia olympiade natum esse, atq; eo anno quo Sardis capta sit, obiisse diem, Apollodorus tradit. Fuerunt & alijs duo Lampsaceni eius nominis, orator unus, alter historicus, qui oratoris nepos Alexandri gesta conscripsit. Extat Philosophi Anaximenis epistolahuiusmodi.

## ΑΝΑΧΙΜΕΝΟΣ ΠΥΤΗΑΓΟΡΑΣ.

THALES ab etatis flore ad senectutē per studia uitutis humanitatisq; peruetus, inclita morte defungitur. Ita cùm, ut consueverat, una cum ancillula sydera inspecturus, atrio domus matutinus exisset, immemor ut se se loci situs haberet, dum aethera securus explorat, in subiectam foueam cedit. Milesij syderum obseruatoris hunc finem tradunt. Ceterum nos qui literarum amore tenemur tanti uiri ingenter meminimus, atq; in illius maxime doctrina acquiescimus, initiumq; sermonis nostri Thaletem semper instituimus. Rursum alia ad eundem.

## ANAXIMENES PYTHAGORAE.

CONSULTIVS nobis egisti ut quietus uiueres,  
qui ex Samo Crotonem commigrasti. Nam Aeacide<sup>e</sup> cū  
alijs infestis sunt, tum Milesij<sup>s</sup> tyranni dominantur. Me-  
dorum itē rex nobis acriter i<sup>m</sup>minet, n̄iſ uelimus eſſe tri-  
butarij, quanquā uidentur Iones pro libertate omnium  
cum Medis dimicare. Ita enim illi nos undiq; urgent, ut  
nulla nobis ſpes ſalutis fit. Quonam igitur animo poſit  
Anaximenes coeli ſecreta rimari, cuius iugis aut mortis  
aut ſeruitutis incumbit metus? Atqui tu Crotoniatis atq;  
Italis ceteris gratus atq; in pretio eis, quem accedunt &  
ex Sicilia ſtudioſi quiq;.

## ANAGORAS.

**A**NAXAGORAS Hegesibulo ſive Eubulo patre, Clazo-  
menius, Anaximenis fuit in primis ſtudioſus. Primus  
hic matrice, quam θάλη appellant, mentē adiecit, in prin-  
cipio operis ſui ſic ſcribens: Omnia ſimul erāt, deinde ac- \* r̄si cognomi-  
ceſſit mens, eaq; compoſuit, quamobrem & \* mens ſive natu eſt *Ana-*  
*ximus* dicitur. Timon hoc ipsum de Anaxagora ſatetur,  
in Sillis, dixiſſe ſciliect mentem, confuſis primo rebus ac-  
ceſſiſſe, omniaq; compregiſſe ſimul, atq; ordinatſe. Timonis  
carmen ita habet,

Kαὶ πᾶς Ἀναξαγόρης φαεὶς ἐμεραὶ ἀλκιμορ οὐρα  
Νοῦρ, ὅτι δὴ τὸ οὐρανότωπον ἡ ξαπίνης ἐπαγείρεται  
Γάλασσυνεσφίκιωσεν διατήσασθαι πρέσβετην. hoc eſt.  
Nunc ubi Anaxagoras Mens eſt fortissimus heros,  
Qui mentem ſubito, nam mens non defuit illi,  
Compoſuiffe putat, fuerant que incondita quondam.  
Hic non modo generis gloria & opibus, uerū animi quo-  
que magnitudine clarissimus fuit. Quippe qui uniuersum  
patrimonium ſuis ſponte conceſſit quo cum ab eis inſtru-  
earet

\* λιγχενόται  
ſenum lingua  
uiolentia & cō-  
ſimilatioſi.

laretur negligētie, quid ergo, inquit, non' ne uos ista cu-  
 ratis? Demū ab eis profectus, ad speculandam rerū naturā  
 se cōtulit, rei & publicæ & priuatæ omnino negligens:  
 adeo ut ciudam se ita cōpellinti, Nulla' ne tibi patriæ cu-  
 ra est, dixerit, Mihi uero patriæ cura & quidem summa  
 est, digitū in cœlum intēdens. Fertur in Xcrxis transitu  
 annū etatis uicesimū egisse, uixisseq; annos Lxii. A pol-  
 lodus in chronicis floruisse cū Lxii olympiade, septu-  
 gesimæq; octauæ primo anno defecisse refert. Philosopha-  
 ri Athenis cœperat sub Callia, uicesimo etatis anno, ut  
 Demetrius phalereus in descriptione \* principium refert.  
 ubi & triginta annos conmoratum tradunt. Dicbat So-  
 lem candens ferrum esse, ac penitus ignitum, & Pelopon-  
 neso maiorem. Alij hoc ad Tantulum referrunt. Lunam ha-  
 bitacula in se babere & colles & ualles. Initia rerum simi-  
 litudines habere partium. Ut enim ex minutissimis, que  
 uocantur, ramentis, aurum constat, ita & ex paruis simili-  
 lum partium corporibus, hoc totum esse cōpositum, men-  
 teniq; in illamq; motas. Et grauis corpora inferiorem lo-  
 cum, ut terrā, levia superiorem obtinuisse, ut ignem, me-  
 dium aéri atq; humoris distributum. Ita enim super terra  
 latitudinem mare subsistere, humoribus à sole in uaporem  
 conuersis. Sydera principio quidem turbato & confuso  
 motu ferrisolita, in secundū terræ uerticem, cum qui sem-  
 per apparet polum uersari, postea uero inclinationē acce-  
 pisse. Lacuum orbem reflexum esse solaris luminis nō in-  
 termicantibus astris. Cometas errantium stellarū esse con-  
 cursum flammæ ex se emittentium, eosq; ueluti scintillas  
 ab aëre uibrari. Ventos fieri, cū aëris à sole tenuatur. Tonitru-  
 trius nubium esse collisionē, coruscationes confricationem  
 \* Tantum. idem nubium, terræ motus successionem aëris in terram.

Anūnantes prīmō ex humore & calore, terraq; manasse, postea ex iuicem natas esse, mares à dextris, sāminasq; à sinistris. Aiant illū prædixisse cum qui circa Aegos fluuiū contigit lapidis lapsū, quem ex sole casurū dixerit, eaq; ratione inductum Euripidem ipsius discipulum, solem in Phaētonte fabula auream glebam appellasse. Profectum quoq; in Olympiam sereno & lucente cœlo sedisse pelli- cea indutum ueste, quasi breui eruptura pluvia, sicq; con- tigisse. Percontanti, an Lampsaceni montes mare essent aliquando futuri, dixisse ferunt, Ita sanè, nisi tempus def- cerit. Rogatus cuius rei causa natus esset, inspiciendi, in- quīt, cœli, & solis & lunæ. Dicenti cūdam, Atheniēsibus priuatis es, Nō ego illis, ait, sed illi me. Cūm uidisset Mak- soli sepulcrum, Monumentum, inquit, pretiosum, & lapi- dibus ornatum, diuitiarū imago. Indignati cūdam ac mo- lestè screnti, quod in alieno solo moreretur, Bono, inquit, esto animo. Idem enim undique in infernum descensus est. Videtur autem, ut Phauorinus in omnimoda historia te- statur, primus Homeri poēma de uirtute & iusūtia com- positum esse dixisse, multumq; Metrodorū Lapsacenum fauiliarem suum ad eam opinionem cōtulisse. Quem in his etiam quæ ad naturæ historiam attinent, constat poētae fuisse in primis studiosum. Primus autem Anaxagoras li- brum à se scriptū edidit. Enimvero sub principe Dimylo cecidiſe de cœlo lapidem, Anaxagoramq; tum dixisse, cœ- lum omne ex lapidibus esse cōpositum, ac uebementi cir- circuitu constare, alias continuò summa ui impetus lapsurū, Silenus in primo historiarum autor est. Varia de huius damnatione referuntur. Nam in successione philosophorū tradit Socion à Cleone impietatis accusatum, quod solem \*candentem dixerit Lanūnam, ac penitus ignitā defensum \*uid̄ p̄p.

autem à Pericle discipulo, quinq; talentis multatum, exilioq; damnatū fuisse. Porro Satyrus in uitis à Thucydide accusatum, quod contraria Pericli in Reip. administratio-  
ne sentiret, neq; impietatis modo, uerū et proditione,  
absentemq; morti addictū. Et cum illi renunciata esset, et  
damnatio sua et filiorum mors, ad alterum dixisse, Iam  
pridem aduersum illos atq; se ex aequo naturā tulisse sen-  
tentiam, ad alterū, Sciebam me genuisse mortales. Alij hoc  
ad Solonem referunt, alij ad Xenophōtem. Hunc autē ma-  
nibus etiā proprijs sepelisse liberos Demetrius Phalerem  
in libro de senectute testatur. Hermippus in uitis, carecte  
inclusum, addictūq; morti tradidit. Periclem uero percō-  
tatum, in alijs uitam in aliquo criminaretur, cùm nullum  
ei crimen impingi cōperisset, dixisse, Atqui ego discipu-  
lus istius sum. Nolite igitur iniquis calumnijs inducti illum  
perdere, uerū mihi potius obtemperare, liberumq; abire  
permittite, sicq; factū esse. Hanc tamen illum iniuria a grie-  
tulisse, ac spōte inde discessisse. Verū Hieronymus in se-  
cundo cōmentariorum Periclem assert illum adduxisse in  
iudicium, incertis gressibus nutantem, et præ nimia aegritu-  
dine confestū macie, nūscordiaq; iudicum potius, quām  
quod innocens fuit inuentus, dirissimum esse. Tam uaria  
de ipsius damnatione inter autores minime obscuros ba-  
betur opinio. Nec defuerit qui existimarent illum Demo-  
crito infestū fuisse, quod ab illo non fuerit admīsus in col-  
loquium. Lampsacū postea profectus illie diem suum obiit.  
ubi rogatibus cum principibus ciuitatis, nunquid fieri nū-  
daret, iussisse ferunt, ut pueri quotannis quo mense defe-  
cisset, ludere permitteretur, seruariq; et hodie consuetu-  
dinem. Defuncto igitur Lampsacē honorifice iusta per-  
soluerunt, iusq; tumulum epigrammate illustraverunt.

Ἐρθάδε πλέιστος ἀλυθέας ἐπὶ τέρμα περισταῖ,

Οὐρανίς κόσμος κατὰ Αναξαγόρας.

id est,

Hic situs ille, cui rerum patuere recessit,

Atq; arcana poli magnus Anaxagoras.

Est et nostrum in eundem:

Ηλίου Πυρόντα μέσην πόλις φάσκει υπάρχειν

Καὶ διὸ τότε θανάτῳ μεταλλεύ Αναξαγόρας.

Αλλ' ὁ φίλος Περικλῆς μὲν ἐρρέσατο τότου, οὐδὲν ἀντόφ

Εξάγαγεν βίβτῳ μελτακή σοφίαν.

id est,

Candentem ferri massam Phaethona putauit

Quondam, ex ob id morti addictus Anaxagoras.

Hunc tamen incolumem Pericles seruauit, at ille

Rursus ob inuisam perdidit inficitiam.

Fuerunt tres et alij eodem nomine, in quorum nullo fuere  
omnia. primus orator ex Socratis discipulis. statuarius al-  
ter, cuius meminit Antigonus. tertius grammaticus Zeno-  
doti discipulus.

### A R C H E L A V S.

**A**rchelaus Atheniensis, sive Milesius, patrem habuit  
Apollodorum, sive ut quidam scripsere, Mydonem,  
Anaxagoraeque discipulus, et Socratis magister fuit. Pri-  
mus hic ex Ionia physicam philosophiam Athenas inuexit,  
et appellatus est physicus, quod in eum philosophia de sie-  
rit naturalis, Socrate ethicae introducente. Quanquam ne  
hic quidem ethicae rudis fuisse videatur, namque de legibus  
philosophatus est, et de honesto et aequo. Porro Socra-  
tes, quod haec ab illo sumpta propagauerit, inuenisse pu-  
tatus est. Duas esse generationis causas assertebat, calidum  
et frigidum. Animalia de limo natu. Iustumque et turpe non  
natura constare, sed lege. Haec autem ratione nitiebatur.  
Liquentem calore aquam, ubi ignis inflammatur ardore,

terram efficeret, ubi uero circumfluit, acrem gignere, atque ideo illam quidem ab aere, hunc autem ab ignis, cui facilis motu contineri. Gigni uero animalia ex terrae calore, quem limum lacti similitudinem ad escam eliquazuerit, sic et homines natos. Primus uocem aeris percutsum diffiniuit. Mare in concavis per humum ueluti colatum consistere dixit, maximusque syderum solem, et omne hoc infinitum appellauit. Fuerunt et tres alii eiusdem nominis. Primus Chorographus, qui omnem ab Alexandro peragratam terram descripsit. Alius qui quae naturae sunt propria, uersu prodidit. Tertius orator, qui et artem orationis scripsit.

## SOCRATES.

**S**ocrates Sophronisco patre lapidario, matre Phaedreti obstetricie natus, quemadmodum Plato in Theatetorum meminit, Atheniensis patria, pago Alopeccensis fuit. Non defuerunt qui illum iuuasse Euripidem existimarent. Vnde Mnesilochus ait: Phrygibus nouo Euripidis poemati et Socratem sarmentum ministrasse. Ac rursus Euripides Socratis, ut socij et adjutoris meminit. Aristophanes quoque hoc ipsum in Nubibus tradit, hunc asserte Euripidem fuisse, qui tragedias scripsit eloquentiae sapientiaeque plenissimas. Cum igitur Anaxagorae, secundum quosdani auditor fuisse, et Damonis, ut Alexander in successionibus ait, post eius damnationem, ad Archelaum se physicum contulit, cui in delicijs fuisse scribit Aristoxenus. Porro Duris, seruisse illum ait, et sculpsisse lapides. Opus illius esse gratias, quae sunt in arte uestitus plenig; assertum. Vnde illum et Timon in Sillis, ita depingit his uersibus:

Eνδέ αρετῶν απίκλινε λιθοῖς ἐνρυμόλεσχος

Επάνωψι πανιδός, ἀκεισθόχος ἀποφίνεις

Μυῆς, φύτορθυκίσος, ὑπατήνδες λιώνειτος. hoc est,

Fluxit ab his legumque loquax, lapidumque politor

Grecorum uates, impostureq; magister,

Doris, rhetorq; subatticus, & simulator.

Erat quippe in oratoria, sicut etiam Idomeneus refert, promptus atq; acer, sed cum tyranni triginta dicendi artem, ut ait Xenophon docere uetererunt.\* Agitur & ab Aristophane, ut qui dextiore rationem meliore faceret. Primus quippe, ut Phaenomenus in omnimoda scribit historiam, cum Aeschine discipulo oratoriæ campos aperuit. Idomeneo id ipsum in libris quos de Socratis scripsit asserente, primusq; de uitæ ratione disseruit, ac primus philosophorū damnatus moritur. Ait autem Aristoxenus Spintri filius, pecunias illū ex ministerio suo ad necessarium socratiū uictum congregare solitus, ceterum Critonē cū ab enē-Stephanus, dicanda quotidiana stipe atq; ab officinæ subduxisse ministerio, gratiam animu ipsius admiratū, etq; se in disciplinam dedisse Demetrius Bizantius autor est. Ad nimaduer- tens autem naturalis speculationis fructum utilium esse, eamq; ad officia uite nihil esse necessariā, innexit prius ethicus, deq; illū & in officinis, & in publico quotidie philosophans, ea potius inquirenda hortabatur, que mores instruerent, & quorum usus nobis domi esset necessa- riū. Hic enim Homeri testimonio, nobis

- Kanōt' ἀγαθότε τέτυκται. hoc est,

- Agitur prauumq; protumq;.

Sepe uero inter loquendum, agente id orationis uehementia, iactare digitos solebat, & crines uellere, ita ut à ple-  
risq; rideatur, habereturq; respectui, quæ tamē omnia fr-  
ebat aequo animo. Vnde & cū fuisset à quodā calce per-  
cussus, admiratibus illius toleratiā dixit: Quid enim si nō  
asinus calce impetisset, num illi diē dixisse? Hac Demet-  
rius. Peregrinatione uero illi opus non fuit, quædammodum

plurimis, nisi inquantū militauit, sed semper eodē in loco manens, cōtentus cū familiaribus, ac studiosis disputabat. Nitebatq; summo ingenij acumine, nō tā illos ex sententiā refellere, quād ipse quid uerū esset, inuenire. Fertur cū Euripides cī legendū Heracliti opusculum dedisset, rogaretq; quid sibi uideretur, dixisse, ea quidem quae intellexi,

*garrula. gene-*

*reſa O p̄e-*

*clara.*

\* fortia sunt puto, itē & quae non intellexi, uerum Delio quopiā natatore indigent. Cura illi uehemens fuit corporis exercitationis, eratq; praeclari habitus. Deniq; in Amphipolim armatus militiā secutus est, atq; prælio cōmisso circa Deliū, lapsum equo Xenophontē apprehendit, atq; seruauit. Confugientibus Atheniēsibus cæteris ipse lento passuabibat, sepe clām retrospiciens, & ulcisci cupiens si quisense incautos inuadere tentasset. Militauit & in Potidaea per mare. Nā pedibus minimè licebat, obſtētē bello, quo tēpore nocte tota in uno habitu permāſſe tradūt. Et cūm in ea expeditione fortissime pugnasset ac uicisset, uictoriā Alcibiadi, sponte cōceſſisse, quē à Socrate aniatū, Aristippus in quarto de antiquis delitijs testatur. Ion autē

Chius iuuē cū Archelao in Samum p̄eſtegrinatū uenisse

*\* modādi. ad*

*Pythōnē apol-*

*lōis ciuitates.*

*que est in Pho-*

*eide, cuius in-*

*cole Delphi ap-*

*tibetibus qui cū*

*Critia erant nobilibus,*

*Leontem Salami-*

*pellantur.*

tradit. Aristoteles & Pythonē proſectū ait. Isthmū quoq; Phaorinus in priuio cōmentariorū adiūſſe refert. Erat autē cōſtantis animi, iniuiſt&eq; ſentētia, & in primis popularis rei studiosus, quod cū ex alijs cōſtat, tū ex eo maximē quod nūi illustrē & opulentū uirum ad ſc deduci perimendum, haudquaquam ceſſit, ſoluſq; aduersus decē potētiſſimos duces ſentētias ferre ausus eſt, & cum liberē que uellet abire careerē licet, noluit, & plorātes ſeuere increpauit, pulcherrimosq; sermones illos uinētus prosecutus eſt. Frugi itē erat & cōtinēs. Refert Paphila in v i l. cōment. cū Al-

cib

eibiades grande illā arcā ad cōstruendā domū largiretur,  
 dixisse, An uero si calciamētis mihi opus eſſet, coriū dareſ  
 ut calceos mihi ipſe cōſicerē? at qui ridiculus eſſem si acci-  
 perē. Sēpe cū corū quæ publicē uendebātur multitudinē  
 intueretur, ſecū iſta uoluebat, quā multis ipſe nō egro. Ac  
 ſemper habebat in ore iābos illos, quibus argenteū et pier-  
 pura, & cetera id genus tragœdijs potius quā uſui uitæ  
 neceſſaria docētur. Archelaum p̄r eterea Macedonem &  
 Scopam Crannoniū, Eurylochumq; Larissēū aspernatus  
 eſt magno animo, cūm neq; ab eis miſſas pecunias accepit,  
 neq; ad eos ipſe proficiſci uoluit. Adeò autē parcer ac tēpe-  
 ratē mixit, ut cū Athenas pestis ſepenumero uastaret, ſo-  
 lus ipſe nunquā egrotauerit. Dux illum uxores duxiſſe,  
 priorē Xanthippē, ex qua Lāproclē genuerat: alteram  
 Myrtonē Aristidis illius iuſti filiā, quam ex ſine dote ac-  
 ceperit, queq; ſibi Sophroniſcū, Menexenūq; peperit,  
 Aristoteles autor eſt. Alij Myrtonē prius duxiſſe, pleriq;  
 utraſq; ſimul habuiſe tradūt, ex quibus ex Satyrus eſt et  
 Hieronymus Rhodius. Nam Atheniēſes cūm bellis ac luc-  
 ciuib; exhaustā ciuitatem reparare, ſobolemq; propaganda  
 uellent, decreuifſe reſtrūt, uti urbanā quidē unā uxorē  
 ciues ducerēt, licet autē & ex altera procreare liberos.  
 Idq; tum & Socratem feciſſe. Magni uero animi ſublimi-  
 tate carpentes ſe atq; obiurgantes contenebat. In facilita-  
 te uictus maxime gloriabatur, mercedemq; à nullo exige-  
 bat. Dicbat autem qui ſuauiſſimē conederet, cum minime  
 obſonio egere: & qui cū uoluptate biberet, cū quod pre-  
 ſens nō ſit, poculū nō querere, nec expellare. Eumq; dijs  
 maxime propinquū, qui minimiſ egeat. Hoc ſi quis uelit, à  
 Comicis doceri poterit. Qui profectō, illū dū uituperare  
 conātur, laudat. Aristophanes enim ſic illū comedij agit:

Ω τῆς μεγάλης σοφίας ἐπιθυμήσας ἀνθρώπῳ  
Ως ἐνδέμμων ἐψ Ἀθηναῖοις καὶ τοῖς Ἑλλησι γενέσι  
Εἰ μηδέμων εἴ καὶ φροντίζεις, καὶ τὸ ταλαιπωδοῦ ἔντελλο  
Ἐν τῇ Φυλᾷ, καὶ μὲν τάρπονες μετ' ἑταῖροις μάκτε βασιλεὺς  
Μάκτε διγόρος ἀχθός λίαρος μάκτε γ' ἀριστᾶρος ἐπιθυμῶν  
Οἰκτρὸς ἀπέχει καὶ γυμνασίων, καὶ τῶν ἀλλων ἀρούτων.

Hoc est,

O preclaræ sapientiæ amator homo  
Quam felix Athenis, et inter Grecos eris,  
Si memori es, et curis plenus, et crumna inest  
Animo, neq; fatigaris aut stans, aut sedes, aut ambulans;  
Sed ne algens quidē multū doles, neq; prandere cupis,  
Et uino abstines, et exercitamētis, et id genus stolidis.  
Porro Amphiæ palliatū illum inducens, sic ait: Socratis  
pancorū optimè uirorū, multorumq; uanissimè, et ipse ad  
nos tandem uenit, patiensq; es? Vnde tibi pallium hybernū?  
Hoc incōmodum per coriarij cōtigit malignitatē. Hic tam  
et si euriens assentari nunquam suscitavit. Ceterū eius rō  
quā semper inimicus fuerit, quanquam magno et alto  
animo sedam istam adulatioñem contempserit, Aristophanes idem testatur in hanc sententiam:

Δέρθετ' ἐψ πάσιν δόλοῖς, καὶ τῷ δρθαλμῷ παραβάλλει  
Καὶ τυριδεῖτος κακὰ τολλά ἀρέχει, καὶ φ' ἄκρα σεμερε  
προσωπῆ. id est,  
Elatus fālū nias terit, oculisq; innuit,  
Et discalciatus mala multa tolerat, et inter nos uultu  
grauitatem p̄r̄ se fert.

Cumq; hoc uite instituto degeret, interdum tamen tem  
pori seruiens, uenustiore habitu amiciebatur, ut in Plato  
nus Symposio ad Agathonē profectus. Acqua illi et bor  
tandi et deborundi facultas fuit. Deniq; Thæatetum cùm  
de

de disciplina differeret, ut ait Plato, mirificè immutatum  
 diuinumq; sermè remisit. Eutypheona qui patri diem di-  
 xerat, quædam de iustitia & pietate loquens, ab instituto  
 reuocauit. Lysidem autē hortando maximè moralem fec-  
 rat. Erat enim illi ingenium ad eliciendos ex rebus sermo-  
 nes accommodatum. Lamproclem filiū in matrem immitem  
 ac ferū, ut ait Xenophon, suadēdo ad reverentiā reduxit,  
 Glauconem præterea Platonis fratre ad Rem. accedere  
 uolentē, proposito retraxit, quod is rudis esset, ignarusq;  
 rerum. Item ut refert Xenophon, Charuidem cōtrā, quia  
 esset maximè idonus, ad capessendam incitauit. Iphicratē  
 quoq; duci animos adiecit, cum ostendisset ei gallos galli-  
 naceos tensoris Mide, aduersus eos qui erant Callie, pen-  
 nis ac rostro dimicātes. Ipsū Glauconides ciuitati appli-  
 care optabat, nō secus ac fasianū auem, aut pauonē. Dic-  
 bat autem facile cuius esse que habet aliquis nūra prolo-  
 qui, ambo os autē quos possidat nominare difficillimū, tan-  
 tum in eis obseruādis inesse negligentia. Euclidem uero cū  
 uideret forensiū causarum in primis studiosum: O, inquit,  
 Euclide, sophistis quidem uti poteris, hominibus nō poten-  
 ris. Inutile enim arbitrabatur ac turpe, hisce dare operā,  
 sicut & Plato in Euthydemō testatur. Dederat illi Char-  
 nudes domesticos pueros, ut ab eis donū deduceretur, sed  
 noluit ipse suscipere. Sunt qui dicāt illū Alcibiadis eximiā  
 formā aspernatū. Ociū, ut possessionū omniū pulcherrimā  
 laudabat, ut in Symposio testatur Xenophon. Dicebat &  
 unicū esse bonū, scientiā: malū contrā unicū, inscitiā. Opes  
 ac nobilitates nō solū nihil in se habere honestatis, uerū  
 & omne malū ex eis oboriri. Deniq; cū dixisset ei quidā,  
 Antisthenē matre esse Threiciā, Tu ne, inquit, arbitrab-  
 ris ex duobus Atheniēsib[us] adeò insignē uitū natū? Phæ-  
 donem

donem quoq; captiuitatis necessitate quæstui turpi exposi-  
tū, Critoni redimēdum præcepit, spēctū tumq; philosophū  
fecit. Sed & fidibus canere aedicit cūm uacaret, minime im-  
probū, seu pudendū dicens, quod quisq; nesciat discere. Se-  
pius item saltabat, eam exercitationē plurimū ad tuendam  
bonā ualitudinē cōducere existimās, sicut & Xenophon  
in symposio testatur. Asserebat & dæmonium sibi futurā  
predicere: ac beuc incipere paruum nō esse, sed maximē  
& scire se nihil præter hoc ipsum quodd nihil sciret. Eos  
item qui præconia magno emerent, iefficerare aiebat se ad  
maturitatē tempus peruenturos. Rogatus aliquando, que  
nā sit iuueniū uirtus, Nihil nimis inquit. Geometriae consi-  
dandam operā monebat, quoad quisq; possit terrā mēsura  
accipere & dare. Euripide uero de uirtute ita differente,  
ut diceret præclarum esse temere hanc dimittere, surgens  
egressus est ridiculum esse dicens, mancipiū si nō inuenia-  
tur, dignū inquisitione iudicare, uirtutē uero pessum peti-  
re permittere. Interrogatus utrū melius esset, uxore du-  
cere, nec' ne: utrūus horū, inquit, egeris, poenitentia duce-  
ris. Mirari se dicebat cur bi, qui lapidea signa sculperent,  
summa ope niterētur, ut lapis homini quam similimus era-  
dat, scipios curare negligeret, ne similes lapidibus & ui-  
deantur & sint. Hortabatur & iuuenes, ut se iugiter in  
speculo intuerētur, ut si quidē formosi essent, digni ea spe-  
cieſſerent, ſin autē deformes, eam deformitatem cruditione  
tegerent. Cūm uocasset ad cœnā diuites, & Xanthippen  
modici puderet apparatus, Bono, inquit, cito animo. Nam  
ſi quidē modesti erunt, frugiq;, meifam baudquaquam appeti-  
nabuntur: ſin autē intemperates, nulla nobis de hisce cura  
fuerit. Aiebat alios homines uiuere ut ederēt, ſe ideo ede-  
rent uincet. Ad hæc uulgas ignobile & imperitā multi-

tudinem idem ferme facere dicebat, ac si quis <sup>\*τιτζάδης</sup> singulos <sup>\*τιτζάδης</sup>  
numinos reprobaret, congestum ex hisce cumulum ut pro- <sup>χωρ.</sup>  
babilem susciperet. Cum illi dixisset Aeschines, pauper  
sum, et aliud habeo nihil, me ipsum autem tibi do: An uero  
tu, inquit, non animaduertis quam mihi maxima tradas?  
Indignantि cuidam quod despiceretur, cum summa rerum  
trigintatyranni sibi uendicasset, Ergo ne, inquit, peccati-  
tet te? Referenti quod illum Athenienses mori decreuerint,  
Et natura illos, inquit. Hoc alij ad Anaxagoram referunt.  
Dicente ei uxore, iniuste morieris, An tu, inquit, iuste mal-  
les? Cum in somnis quendam sibi ista dicentem audisset:

Hæc inquit Pirata τῷ Φίλῳ ἐρθελόν ικοιο. hoc est,

At te frugiferæ sicut lux tertia Phœbiæ:

Ait ad Aeschinem: post diem tertium se moriturū. Dic qua-  
cicutam bibiturus erat, Apollodorus et pallium preciosum  
obtulit, ut in illo moreretur: et ille, Quid, inquit, num pal-  
lium meum uiuenti conuenit, uita funesta non conueniet?  
Nuncianti quendam se maledictis incessere, Bene, inquit,  
loqui non didicit. Cum disruptam pallij sui partem uer-  
tisset Antisthenes, et inspectandam omnibus dedisset,  
Afficio, inquit, per scissuram pallij tuā uanitatem. Dicenti  
cuidam, nou'ne tibi ille maledicit? Non, inquit, Mibi enim  
ista non adsunt. Dicebat expedire, ut se ex industria co-  
micis expoueret. Nam si quidē ea dixerint, que in nobis  
corrighenda sint, emendabunt; si alias, nihil ad nos. Xan-  
thippe cum in eum prius cōuicia et maledicta ingessisset,  
post uero et sordidis aquis perfudiisset, Non ne, inquit, di- <sup>\*τριγγανάτ. εἰ-</sup>  
cebam Xantippem tonantem quandoq; pluiturā! Dicenti <sup>αὐτέ τριγγανά</sup>  
Alcibiadi non esse tolerabilem Xanthippen adeo moro- <sup>Pollux, rote ge-</sup>  
sam, At qui, ait, ego ita hisce iam pridem assuetus sum, ac si <sup>τούς, qui αὐτόν</sup>  
ingiter sonum trolearū audiam. An uero tu non toleras <sup>επειδή</sup> <sup>την</sup>

clam

clamore perstrepentes anseres? illo dicente, At mihi eum  
pullosq; paruit. & mihi ait Xanthippe filios gignit. Cum  
pallium illa sibi in platea sustulisset, monerentq; familiares,  
in iuria manu ulcisceretur, Praeclare, inquit, ut nobis cor-  
rixantibus quisq; uerstru acclamat. Eia Socrates, eia Xan-  
thippe. Asperioris ingenij uxori ita congregendum mo-  
nebat, ut equis animosissimis equites. Nam sicut illi cum eos se-  
mel subegerint, reliquis facile utuntur, ita & mihi post  
Xanthippes usum, reliquoru mortalium facilis toleratio  
obueniet. Ista & huiusmodi gerens quotidie & dicens,  
Pythiae testimonio laudatus est, que Chærephonii id or-  
culum edidit, quod in omnium ore est, nimirum hoc:

*Ἄριστος ἀπάντως Σωκράτης σοφότατός τοι.*      hoc est,  
Mortalium unus Socrates uerè sapit.

Ex quo magna in illū inuidia cōfata est, prætereaq; quod  
eos qui scipios magi facerent & estimarent, ut stolidos  
& insensatos arguisset. Eorū ex numero Anitus est, sicut  
in Meinnone Plato ait: Is enim à Socrate rideri se non fi-  
rens, primum quidē Aristophanem aduersus illum inuexit,  
atq; in eum maledicta pronunciauit. Post uero Melitum  
etiam induxit, ut illi crimen impietatis adolescentiumq; cor-  
ruptiones obiceret. Et Melitus quidem apud iudices illū  
accusauit, sententiam uero Polyeuctus dixit, ut ait Phaeo-  
rinus in omnimoda historia orationē Polycratis sophista  
scripsit, ut Hermippus refert, siue ut quidā uolunt Anitus,  
præparauit autē omnia Lycon orator. Porro Antisthenes  
in philosophorum successionibus, & in Apologia Plato  
tres illū accusasse tradūt, Anitū, Lyconē ac Melitū. Ani-  
tum quidē opificū ciuiliumq; partes tuerit. Liconem ora-  
torum, Melitum uero poëtarum, quod eos omnes carperet  
Socrates. Phaeorinus in i. commentar. ueram non esse Poly-  
cratis

eratis in Socratem orationem tradit, quod in ea facta sit  
 mentio murorum a Conone instauratorum. Id uero factum con-  
 stat vi. anno post mortem Socratis, atque ita se habet. Enim  
 uero cause ipsius coniuratio hoc modo gesta est. Serua-  
 tur enim hactenus, inquit Phaenomenus in Metroo: Accusa-  
 uit Melitus Meliti filius Pitheensis Socrate Sophronisci  
 filium Alopecensem de hisce criminibus. Iura violat Socrates,  
 quos ex maiorum instituto suscepit ciuitas, deos esse ne-  
 gans, alia uero noua dæmonia inducens. Contra ius et fas  
 iuvences corrupit. Poena illi mors. Philosophus uero cum illi  
 Lysias quam pro eo scripscrat, apologia recitasset: Bona, in-  
 quid, et preclara est oratio Lysiae, mihi tamen minus con-  
 gruit. Erat enim illa iudiciali instituto uicinior, quam ut  
 philosopho coenire uideretur. Percontanti Lysiae, cur si  
 bona esset, non sibi congrueret oratio: Non ne, inquit, et in-  
 dumenta et calciamenta speciosa esse possent, neque tamquam  
 mihi conueiret? Cum uero iudicium ageretur, ascendiisse Platonem  
 in suggestum refert Iustus Tyberiensis in stimate, ac dixisse:  
 Minimus natu cum sim, uiri Athenienses, his omnibus  
 qui tribunal ascenderunt, interpellatumque a iudicibus re-  
 clamatis, descendere. Damnatus igitur est iudicium ducentis  
 octoginta et una sententijs, supra eas quibus absoluatur.  
 Tractantibusque inter se iudicibus, quid illum potius co-  
 eniret pati, an pedere xxv. drachmas solaturum se dixit.  
 Quanquam Eubulides centum esse pollicitum dixerit. Verum  
 tumultuariis iudicibus, Eorum, inquit, gratia, quae a  
 me gesta sunt, censeo me in Prytaneo publice ali debere.  
 Tu illi adiectis alijs lxxv. sententijs mox illum damnant,  
 et continuo coniectus in vincula, post paucos dies circu-  
 tam bibit, multa prius de immortalitate animorum, ac precla-  
 ra disserens, quae in Phædone Plato digessit. Poena quoque  
 illius

illum scriptisse pleriq; autumant, cuius est initium, Dele Apollo salut, & Diana pueri gloriosi. Porro Dionysolus pæana illius non esse memorat. fecit & Aesopiam, bulam non multum composite, cuius initium est,

Aἰσωπὸς τοτὲ ἐλέξει Καρύβιος ἀξὺ νέμεσοι

Μὴ κρίνειν ἀρετὰν λαοδίκην φορίν. hoc est,  
Cuiibus Aesopus dixit quis culta Corinthus

Ne virtutem in ius iudice plebe uocent.

Atq; in hunc modū Socrates excessit è uita. Atheniensibus  
cuius facti tantum poenitentiae incessit, mox ut palestra  
& gymnasia clauderent, & alios quidem exilio, Melis  
uerò morte damnaret. Socratē ærea imagine publicè bo-

nora uere, quam à Lysippo perfectam in urbis \* celebri-  
mo loco statuerunt. Anitum ipsa die dum peregre esset,  
Heracleote exterminarunt. Huiusmodi designarūt Ath-  
enienses nō modo in Socrate, uerū & in alijs urbis illustri-  
bus permultis. Namq; ut ait Heraclides, Homerum uelui  
insanientē drachmis quinquaginta multarūt. Tyrtaeus  
mentis impotē dixerūt, & Astidamantē primum ex lato  
Aeschylis apientissimum ærea imagine honorauerūt. En-  
Euripides quoq; id exprobrat in Palamede, doctam Phe-  
lomelam innocuamq; musam insectatos clamans. Qua-  
quā Philochorus Euripidem ante Socratē obijisse tradat  
Nascitur Socrates, ut ait Apollodorus in chronicis, sub  
Apsephione, septuagesime & septimae olympiadis ann-

Quarto, Thargelionis mensis sextæ, quo die lustrat Ath-  
enienses ciuitatem, Dianaq; natam Delij tradunt. Mori-  
tur primo anno nonagesime quintæ olympiadis, septua-  
gesimo etatis anno. Eadē ferme Demetrius Phalereus ait.  
Sunt qui sexagenariū obijisse referat. Vterq; uerò So-  
crates & Euripides Anaxagoræ auditores fuere. Porro Eu-  
ripi

supradictu me  
sis dictus ab eo  
quod terrā cal-  
faciat, Cratī  
auspicarijū-  
mūs.

ripides primo anno septuagesima olympiadis sub Callias  
de ortus est. Videtur autem nubi Socrates & de naturalibus  
differuisse, quandoquidem & de prouidentia plerumque diffu-  
tus, ut Xenophon ait, tametsi de rebus quae ad bonos mores  
faciunt, tantum uerba cum fecisse assueret. Sed & Plato, in  
apologia mentionem Anaxagorae faciens, aliorumque physi-  
corum, quae Socrates negat, de his dicere ipse comproba-  
tur, & quidem cum sua omnia Socrati semper attribuat.  
Refert Aristoteles magnum quendam ex Syria profectum  
Athenas, Socratem pluribus in rebus reprehendiisse, uiolen-  
tamque illi mortem futuram praedixisse. Est nostrum in illum  
adscriptum epigramma.

Πλένεντες ἐπὶ δίδος ὑπὸ Σάκαρτες, οὐτε γῆ ὄντως

Καὶ στρφόμενοι θέος, καὶ θεος οὐ σοφίη.

Πρόδε γά τιθεσιν πλευραῖς απλάνε μέλος εἰλίξω.

Αὐτολόλις φίλοι τῶν τε φύσεων φύσει. hoc est,

Νῦν bibe apud superos bone Socrates. ipse enim Apollo

Te sapere haud leuiter dixit, & is sapiens,

Cinibus ingratissimis tibi erat porrecta cicuta.

Ast idem hancrunt protinus ore tuo.

Fuit ei, ut refert Aristoteles tertio de poëtica, cum Antio-  
cho Lemnio, & Antiphone prodigiorum interprete con-  
tentio, quemadmodum & Pythagorae cum Cydone & Ono-  
ta, uiuentique Homero cum Sagari, uita functo cum Xeno-  
phane Colophonio. Hesiodo item cum Cercope, quo de-  
functo cum Xenophane, cuius iam supradictum meminimus. Pin-  
daroo cum Amphimene Coo, Thaleti cum Pherecyde, Bi-  
antiique cum Salaro Prienaeo, Pittaco cum Antimeneide, &  
Alcæo, Anaxagorae cum Sofibio, Simonidaeque cum Timo-  
creconte. Verum ex his qui successere Socrati, appellantur So-  
cratici, nobilissimi sunt, Plato, Xenophon, & Antisthenes.

Ex his uero qui decem dicuntur, clarissimum fucrū quatuor, Aeschines, Phædon, Euclides, & Aristippus. Primo igitur dicendum de Xenophonte, deinceps de Antisthenæ intercessoribus, tum de Socratis, atq; ita demum de Platone, qui et decem sectarū princeps est, primusq; Academiā ipse constituit. Hic ergo successionis est modus. Fuit et alius Socrates historicus qui Argos diligenter descripsit. alius itē pateticus Bithynus. atq; alius poeta epigrammatū. et aliis Coss qui deorum precatioṇes invocationesq; conscripsit.

## X E N O P H O N.

**X**enophon Grylli filius Atheniensis, pago Archium fuit, uereturq; admodum, et ultra quam dici possit speciosus. Aiuit eum cum Socratem in angiporto quadam habuisse obuium, porrecto baculo transire prohibitū. percontans uero, ubi nam uenirent quae humeris usibus sunt necessaria, cum ille respondisset. rursus, ubi nām boni et probi homines fierent, haerente illo dixisse Socrate sequenti igitur et disse. ex eo tempore Socratis auditor factus. Primus omnium quae dicebantur notis excepta in publicis edicis, \*commentaria inscribens, primusq; philosophorū scriptor. que et hodie extant ad tres libros.

dit, \*commentaria inscribens, primusq; philosophorū scriptor. psit historiam. Huc adamasse Cliniā Aristippū in quarto de Antiq. delit. meminit, atq; ad eum hæc dixisse, At nunc ego Cliniā libenter intueror, quam cætera omnia quæ sunt inter homines speciosa, cæciuq; male ad cætera fieri, dum hinc Clinię cōspectu fruenter. Angor noctu et in somni, quod tūlum nō video, dici ac soli gratias ago, quod Clinię nūhi facie reuelant. In Cyri amicitia hoc modo uenit. Erat illi familiaris quidam Proxenus nomine, Boeotius genere discipulus Gorgie Leontini, Cyro notus et charus. Is apud Cyrum Sardis morabatur. Scripsit autem Xenophonti epistolā Athenam, accessens illū, et Cyro amicum fieri suadet.

Hanc

Hanc ille Socrati ostendit, consiliumq; petebat. Eum ille Delphos misit, in ea re Dei consilio usursum. Paruit Xeno-phon, profectusq; ad Dcū, rogat nū proficiisci ad Cyrum debeat nec' ne. Sed quanquā ea in re Socrates illum et si mo dicē simulabat, proficiisci tamen monuit. Vbi autem ad Cyrum uenerat, ita se illi insinuauit, ut non mirus illi amicus charusq; fuerit, quā Proxenus. Omnia igitur quae in ascēsu Cyri, ac descensu cōtingere, nobis ipse diligentissimè tradidit. Inimicitias autē aduersus Menonem Pharsaliū grauiſſimas exercuit, qui fuerat accensus tēpore peregrini militis ductor, cui inter cætera maledicta & illud obicebat, maiori bus illo se usum amasijs. Apollonidi item cuidam exprobrauit, quōd perforatis esset auribus. Post accensum uero & Ponticas clades foederaq; à Scutbo Odrysorū rege uiolata, sc in Asiam contulit ad Agesilaum Lacedæmoniorum regem, Cyriq; milites illi sub mercede prestitit, ac se illi totum deuonit, amicissimusq; fuit. Quo tempore quōd Laconicas partes tucri uideretur, exilio dānatus ab Atheniensibus est. profectus deinde Ephesum, dimidiū auri quod secū tulcerat, Megabyzo Diane sacerdoti seruandū tradit quoad reuertetur. Si nescius, statuam ex eo consecram deæ consecrare iubet. Ex dimidio reliquo donaria in Delphos misit. Inde cum Agesilaο in Græciam ad bellū contra Thebanos profectus est, Lacedæmonijs commeatū illi suppeditantibus. Hinc iani omisso Agesilaο in agrum Helee, Cillū tem uenit ab urbe haud procul distantem. Sequebatur autē illum & muliercula Philecia nomine, ut refert Demetrius \*Magnesius, & duo \*liberi, Gryllus ac Diodorus, ut ait Dinarchus in libro de Repudio aduersus Xenophontem, qui etiā \*gemini uocati sunt. A duueniente uero Megabyzo sub occasione publicæ festinitatis receptis pecunijs præ-

diam eruit, & deo consecravit, quod annis interfluit Seleucus, eiusdem nominis cum Ephesino. Hinc uero uenationibus usabat, amicis conuicia faciens, historiasque conscribit. Refert Dinarchus Lacedaemonios illi domum agrumque dedisse. Philopidanam præterea Spartiatam aiunt ad eum illud dono missum accepisse ex Dardania captiuam abductam, ipsius arbitrio suo illa disposuisse, quo tempore Helenenses in Scilicet Ionia cum exercitu profectos Lacedaemoniis remorantibus agrum cepisse. Tum uero Xenophontis filii cum pacis seruis clam se subducentes in Leptum concessere. Xenophon quoque ipse in Helim primo, postea in Leptum alios filios uenit, atque inde cum illis Corinthum profectus, sed uisus uasit, ubi etiam postea habituit. Inter ea cum decreuissent Athenenses afflictis Lacedaemoniorum rebus opitulari, filios Athenas militatum Lacedaemoniis mittit. apud Spartanos quippe in statuti fuerant, ut refert Diocles in uita pectorum. Ex ea pugna Diodorus nullo præclaro facinore illustris seruatus est, eiusque filius ex fratri nomine fuit. Porro Gryllus inter equites fortissime dimicans (erat enim in pugna circa Mantinea) honesta morte defungitur, magistro equitum Cephalodoro, & imperatore exercitu Agesilao, ut ait Ephorus in v. & x. historiarum lib. In ea pugna & ipse Epaminundas Thebanorum dux co-

*Eadem fidei pugna fudit.* Fertur Xenophon tunc coronatus sacrificasse, & latus Atar. in cum filium corruiisse didicisset, coronam deposuisse: ubi in fine libri sexti. Porro acriter pugnantem oppetisse comperit, eam rur suscepiti imposuisse. Sunt qui illum ne lacrymatum quidem dicant, solumque dixisse: Sciebam me genuisse mortalem. Refert Ari stoteles Grylli laudes & epitaphia tunc innumeros scripsisse, partim ut eius uirtus celebris fieret, partim item ut patri gratificarentur. Socratem item Grylli laudes conscripsisse.

psisse, Hermippus testis est in libro, de vita Theophrasti.  
Tumoncum, ut solet, insectatur. Hæc uita Xenophontis  
fuit. Floruit maximè quarto anno, & c. & 111. olympia  
dis, ascenditq; cum Cyro sub principe Xeraneto, anno  
uno ante Socratis mortem. Obiit autem, ut ait Stesicrides  
Atheniensis in descriptione principum & olympionicum,  
anno primo, c. v. olympiadis, sub principe Callidemede,  
sub quo & Philippus Amyntæ filius Macedonibus impe-  
rabat. Obiit Corinthi, ut ait Demetrius<sup>\*</sup> Magnesius, ad ma-  
turam iam prouectus senectutem, uir profecto cum in cæ-  
teris prestans ac bonus, tum eorum uenationisq;, ac di-  
sciplina militaris in primis studiosus, ut ex libris eius intel-  
ligi potest. Religiosus præterea & sacrificijs intentus,  
quires sacras non mediocriter teneret, & Socratem ad un-  
guem imitatus. Scripsit autem quadraginta libros alijs alii  
ter eos dividentibus. A se sensum Cyri, cuius per singulos li-  
bros, non autē totius operis procœdiū fecit. Cyri<sup>\*</sup> institu-  
tionem. Græcorum res gestas, & commentaria, sympo-  
siumq; & œconomicum. Dere equestri, & de uenatione.  
ιππαρχιον δὲ πρæterea, & Socratis apologiam, & de semi-  
nibus. Hieronem siue tyrannicum, Agesilaum, & Athe-  
niensium ac Lacedemoniorū remp. quā non esse Xenophō-  
nis Demetrius Magnesius testatur. Fertur & Thucydī-  
dis libros etenim latentes cum subducere posset, ipse pri-  
mus in eius uiri gloriam in luce dedisse. Appellabatur autē  
musa Attica præ dulcedine eloquentiæ, & incredibili faci-  
litate. Vnde illi cum Platone non omnino conueniebat, ut  
suo loco cum ad Platonem uenerimus, dicemus. Sunt autem  
& in hunc nostra epigrammata sic se habentia,

Οὐ μόνος οὐδὲ Πίπσας ἀλλὰ Ξενοφῶν διὰ Κύρου

Ἄλλος ἀροδούς γέντος οὐδὲς, οὐδὲ τί ἄγοι.

Παιδίον γῳ ἦν Ἐλληνικὴ πράγματα οἶδεν

Ως καλὸς ἡ σοφία μενίσατο Σωκράτε<sup>ς</sup>. hoc est,  
Non tantum ad Persas Cyrus Xenophontem vocauit

Quādū mīrtus, qua itur limina ad alta lōuis.

Ipsē suum ostendit, Græcorum gest: recensens  
Nobile & egregij Socratis ingenium.

Item aliud de eius morte.

Εἰ καὶ οὐ Ξενοφῶν ηρωας νίκηροποιη πολῖται,

Φίλησιν κατέγνωρ τη φίλη χάρην Κύρον,

Αλλὰ Κόρηθος ἴδεικτο φιλόξενον ἢ σὺ φιλοθάρη

Οὐτως αἴτοκει, καῖθι καὶ μένειν ἔγνως. hoc est,

Sis quanquam ingratis Xenophon cieclus Athenis

In te ob fuorem Cyri amici regium,

Te tamen excepit fugituum grati Corinthius,

In qua hospes urbe nosti letus uiuere.

Irmeni alibi claruisse illum circa octogesimam & nonam  
olympiadēm undā cum Socratis ceteris. Istrus autem assicū-  
illum ex decreto Enbuli exulasse, eiusdemq; postea senten-  
tia redisse. Septem uero fuere Xenophontes. Primus ille  
ipse. secundus Atheniensis Pythostrati illius frater, qui  
Theseidos poēma composuit, qui inter cetera Epaminon-  
de quoq; uitam conscripsit. ac Pelopida. tertius Cowi meda-  
cū. quartus qui Hannibalis historiam scripsit. quintus qui  
prodigia fabulosa commentus est. sextus Parius sculptor  
egregius. septimus antiquæ comœdiae poëta.

### A E S C H I N E S.

<sup>\*Εἰλλαϊστης.</sup> <sup>interprete legif-</sup> <sup>sc videtur & h-</sup> <sup>arreratūs.</sup> **A**eschines Charini lucidus uidentis, sine ut uolunt,  
Lysaniae filius Atheniensis à pueru nūrē in dolis, labo-  
rumq; patientissimus fuit. Quocirca & à Socrate nunquā  
discēbit, atque ideo Socrates de illo dicere solebat, Solu-  
nos colore nouit Aeschines. Hunc Idomenenus tradit, in

carcere fugam Socrati suadere tentasse, non Critonem, uerū Platonem, cùm magis faueret Aristippo, Critoni herba illa accommodasse. Vocatur in ius Aeschines, & in primis à Menedelmo Eretriense, quod Socratis nomine dialogos complures inuexerit, quos à Xanthippe se accepisse memorabat. ex qibus illi sunt, qui vocantur ἀκτιφαλοὶ nimis remissi. nec Socraticam constantiam aut copiam praestrentes. eos tamen Aeschinis non esse Pisistratus Ephesius assertit, sed bonam partem septē illis ascribi. Perseus refert Pasipontis Eretrici esse, atq; ab eo Aeschinis insertos libris. Antiphenes quoq; parutum Cyrum, & minorem Herculē, & Alcibiadē, ceterorumq; libros ab eo suiscriptos. Sunt autem Aeschinis dialogi, qui Socratum exprimunt morem septem isti. Primus Milciades. Ion quodammodo imbecilior est, deinde Callias, tum Axiochus, Aphaia, Alcibiades, Telaugetes, & Rhinon. A iunct ipsum inopia adactū, uenisse in Siciliam ad Dionysium, atq; à Platone despiciunt, ab Aristippo fuisse illi commendatum, ibiq; prolatis dialogis quibusdam accepisse munera, demum Athenas reuersum, ibiq; minimè docere philosophiā suā ausum, quod illuc Platonis & Aristippi esset clarissimum nomen. auditores sibi mercede quæsiuissent, deinde in defensionem innocentium se ad scribendas orationes iudiciales conuertiisse. atq; ideo Timonē de illo dixisse ferunt, quod in persuadendo potens fuerit. A iunct illi dixisse Socrate cū premeretur inopia, ut à se ipso usuras exigeret sibi subducendo cibaria. Huius dialogos Aristippus etiani suspectos habuit. Nam dum eos Megaris legeret, subsannatum ferunt, ac dixisse, Vnde tibi ista furcifer? Resert Polycritus Mendesius in primo, de Dionysio, uixisse illum cum tyranno quoad tyannide excederit, & usq; ad Dionis in Syracusas reditū,

cum illo afferens et Carcinum comicum fuisse. Fertur et eius ad Dionysium epistola. Erat autem in arte orationis exercitatus, ut ex ea oratione quam pro defensione patris Phaeacis magistri militum scripsit, et ex eo quod Gorgiam Leontinum imitatus est maximè constat. Scripsit autem et Lysias orationem contra illum, quam inscripsit, de calunnia, ex quibus projecto liquet orationem principum fuisse. Erat ei et familiaris quidam Aristoteles nomine, cognomento Mythus. Panætius omnium Socratis rerum aceris esse dialogos censet, Platonis, Xenophontis, Antisthenis, Aeschinoris, de Phædonis tantum et Euclidis ambigit, ceteros dicitur. Octo autem sicut runt hoc nomine. Primus hic de quo loquimur. Secundus qui artem orationis conscripsit. Tertius orator Demosthenis emulus. Quartus Arcadia projectus, Socratisque discipulus. Quintus Mityleneus, quem et flagellum oratorum vocabant. Sextus Neapolitanus Academicus philosophus, Melantij Rhodij discipulus, idemque in delicijs habitus. Septimus Milesius cuius scriptor. Octavus statuarius.

## ARISTIPPVS.

**A**RISTIPPUS genere Cyrenaicus fuit. projectum vero Athenas Socratis fama percitum Aeschines tradidit, ut ait Phanius peripateticus Eresius, primus Socratis mercedem exegit, et quæstus philosophatus est, preceptorique pecunias mittebat. Cui cum aliquando uiginti minas misisset, ille eas contineo remisit, afferens Deum Socratis id sibi non permittere. Displicebat id nimurum Socrati. Xenophon quoque aduersus cum infesto fuit animo. Quocirca et librum contra uoluptatem, in Aristippum scripsit assertorem uoluptatis, eamque Socrati disputationem assignauit. Theodorus quoque in libro de seculis, illum continet agit, et Plato in libro de anima, sicut in alijs memorauit.

Xenophon  
liber aduersus  
voluptatem.

*mus. Erat autem ei ingenium facile, ut se accommodaret loco tempori, personae. Nouerat omnem conuenientiae similitudinem rationem. Quamobrem et Dionysio plus ceteris probabatur, quia ad omne quod emergetur bene affectus instruitur; uideretur. Nam ut libenter percipiebat praesentium uoluptatem, ita ut absentibus frueretur, non laborabat. Unde et Diogenes ipsum regium appellabat canum, cumque Timon ut nimis delicatum acriter mordet, cum ait:*

Οἰάτ' Ἀριζίππη Φυφρη φύσις ἀμεφαφίστη<sup>Θ</sup>  
Ψάλλε.hoc est,

*Qualis Aristippi molliis natura sophista,*

*Quæ potuit tactu à falso discernere uerum.*

Aiunt illum aliquando iussisse perdicem quinquaginta drachmis emi. Tantū luxurie grauter ferenti cuidam respon-  
disse, tu istam obolo non emeress? Et cum annuisset ille, mihi  
uerò, inquit, quinquaginta drachmæ tantum ualent. Tres  
formosas meretrices ei in conspectum dari aliquando Dio-  
nysius iussit, cumq; quā ex illis uellet eligere. Tum ille tres  
simul abduxit, dicens, neq; Paridi tutum fuisse quod unam  
prætulerit ceteris. Eas igitur ad uestibulum usq; deduxit,  
ac dimisit. adeò erat et in eligendo, et in contemnendo fa-  
ciliis. Ideoq; Stratonem, siue, ut alijs uolunt, Platonem, ad  
eum dixisse tradunt, Tibi soli et cblamydem et pannum  
ferre datum est. Consputus à Dionysio æquo anno tulit.  
Eam iniuriam cum quidam ægre ferret, pescatores, inquit,  
ut gobium uenentur, mari patiuntur se aspergi, et ego ut  
balenam accipiam, non patiar excretione aspergi? Vræ-  
tereuentem quandoq; Diogenes olera abluiens obiurgauit et  
dixit, Ista tu si parare tibi didicisses tyrannorum aulas non  
ambires. Tu uero, ait ille, si quidem conuersari cum homi-  
nibus scires, olera profecto non lauisses. Interrogatus quid

nam sibi ex Philosophie studijs quæfisset, posse, inquit, omnibus fidenter loqui. Cum probro sibi daretur quod pretiosè & exquisitissimè uiueret, si uituperandum, ait, hoc est, in celebritatibus Deorum profectò non fieret. Rogauit aliquando quid habent eximium Philosophi, si omnes, inquit, leges intereant, & equabilitet uiuemus. Percoutanti Dionysio cuius rei gratia Philosophi diuitum limina terunt, Philosophorum uero diuites non ita, quod illi, inquit, sciunt quibus indigent, at hi nesciunt. Cum illi uitio uertisset Plato, quod tam laute uiueret, num, inquit, tibi uidetur bonum utr esse Dionysius? illo annuente: Atqui ille, ait, multò me laetus uiuit, unde nihil prohibet quempiam laute & bene uiuere. Interrogatus quo differant docti ab indoctis, quo, inquit, domiti equi ab indomitis. Ingressus aliquando metrericis cubiculum, cum erubesceret quidam ex his qui cum erant adolescentibus, non, inquit, ingredi turpe est, sed egredi non posse turpe est. Cum à quodam sibi propositum esset enigma, & ut solueret importunè ab eo ipso qui proposuerat urgeretur, quid, inquit, ô stolide uis ut soluam, quod etiam ligatum nobis exhibet negotium? Melius esse dicebat

\*iratim, &c. in mendicatum euadere, quām indoctum. Illic enim pecunij, ratiū p. Gra è incundius, quæsi dicas rogatorem quām arrogantem.

mendicatum euadere, quām indoctum. Illic enim pecunij, hic humanitate indigetur. Cum aliquando conuicti agentur, abibat insectatore uero prosequente ac dicente, cur fugis? quoniam, inquit, maledicendi tu potestatem habes, audiui ego non item. Indignantि cuidam ac dicenti, Philosophos cerneret obsidere diuitum forcs, & medici, inquit, lenguientium ianuas frequentavit, non tamen ideo quipiam eingrotare mallet, quām mederi. Corinthum nauigabat aliquando, & cùm tempestate iactaretur, turbari ceperat. In ea perturbatione cuidam insultanti ac dicenti: Nos impetrinon metuimus, uos Philosophi cur trepidatis? Non, inquit,

quit, de eadem anima utrisq; nostrum cura & metus incumbit. Glorianti cuiusdem, quod multa didicisset, ait, sicuti non bi plurima comedunt & exerceantur, melius ualent, quani qui sumunt necessaria, ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt studiosi habendi sunt, et eruditii. Oratori qui causam pro se dixerat et uicerat, sciscitanti, quid tibi profuit Socrates? hoc, inquit, ut oratio quam pro me habuisti uera sit. Are cum filiam preclaris monitis instituebat, exercens eam ut id quod nimium esset, contemneret. Rogatus à quodam, in quo melior evasurus esset filius, si erudiretur, et si nulla, inquit, alia in re, certe uel in theatro non sedebit lapis super Lapidem. Cum sibi quidam commendasset filium, quingentas postulauit drachmas, cui ille cum diceret, tapti emere mancipium possum, eme, inquit, & habebis duo. Pecuniam se ab amicis accipere dicebat, non ut ipse ueteretur, sed ut scirent illi quas ad res pecunias uti conueniat. Probro illi semel obijcentibus, quod in causa propria conduxit Rhetorem: Atqui, inquit, & eorum dum cœnam facio conduco. Cogenite aliquando Dionysio, ut aliquid ex Philosophia loqueretur: Ridiculum, ait, est, si quidem me ut loquar interrogas, & quando loqui oporteat ipse me doces. Ad hec uero indignantus Dionysius extremum omnium iussit accumbere. Sed ille, illustrem, inquit, hunc locum uoluisti. Gloriabatur quidam, ac sibi appludebat de natandi peritia, ad quem ille: Non erubescis, inquit, in his, quæ delphinis propria sunt gloriaris! Interrogatus quid differat sapiens ab insipiente, Mitte, ait, ambos nudos ad ignotos, & disces. Exultanti quidam quod multum bibens non ineibriaretur: hoc, inquit, etiam mulus facit. Adeum qui illi quod meretrici cohabitaret, exprobrabat: Dic age, inquit, num quid differat eam domum accipere quam multi aliquando inhabitauerint, aut quam nemo? Negante illo, quid, inquit: Nam differre pu-

tis et nani ferri in qua numeri sepe nauigauerint, anis  
qua nullus? Minime, inquit ille. Num ergo, inquit, differit,  
uti mulieri congregare, ei que nec multis fucrit exposi-  
ta, an ei que nullis? Culpatum, cur ex Socratis disciplina u-  
niens pecuniam acciperet, et merito, inquit. nam Socrates  
cuni sibi plerique nitterent triticum et uinum, paucis in suor  
rapuerat dispens usus reseruatis, renuntiebat reliqua. Habuit enim ille penus  
atores. Erant rios Atheniensium principes, ego autem Euthyphodrum em-  
plum ferum. Ut ebatur et Laide meretrice, ut refit  
Atheniensis, Sotion in 11. Successionum libro. Quia ex re cum sugillare  
mod fere Ro- tur a plurimis haberi se Laide respondit, non a Laide  
natis quatu- haberi. Nam continere se a uoluptatibus, neque eis manus da  
re preclarum esse, non earum sibi usum interdicere. Expro-  
brantem sibi lautiores et delicatores cibos, hac ratione  
compescuit: Tu, inquit, ista tribus obolis non emeres! Faten-  
te illo, non tam igitur, inquit, ego uoluptati studio, quam tu  
auaricie. Ostendebat ei Simus Dionysij questor magnifici  
instructas aedes, et pavimenta pretiosa. Erat autem Phryx.  
tum ille spuma quam maxime potuisse in facie coniecit. In-  
dignante illo, non habui, inquit, oportuniorem locum. Cha-  
rondae sine, ut quidam uolunt, Phaedoni interroganti, quis  
nam esset unguentis delibutus, ego, inquit, infelix, et me in-  
felicior Persarum Rex. Ceterum uide, ne ut ceterae animas  
tes propterea nihil sui amittunt, sic ne homo quidem. Mal-  
uerò male pereant cynædi, qui unguenta pretiosa nobis ex  
probrant. Interrogatus quomodo Socrates obiisset dictu-  
m, inquit, sic ego. Intravit ad illum aliquando sophista  
Polyxenus, intuituque mulieres compositas, et magnifici  
instructum conuiuum, accusare luxum eiusmodi coepit.  
Continuit se ille modice ac demum, Potes ne, inquit, hodie  
nobiscum esset. Et cum ille annuisset, cur ergo, inquit, que-

veris? Videris enim non delicatiorem mensam accusare, sed sumptum. Cestabat eius famulus in itinere pecuniam, & cum premeretur onere, effunde, ait, quod nimis est, et fer ea que potes. testatur id Bion. Cum aliquando nauigaret, dicensetq; nauem esse piraticam, acceptum aurum numerabat, deinde uelut imprudenti & invito lapsum e manibus, iactruit in mare, ingemuitq; grauiter. Sunt qui illū et hæc dixisse memorēt, melius est, ut hæc ab Aristippo, quam Aristippus propter ista pereat. Interroganti Dionysio ad quid uenisset, ut, inquit, quæ habeo impartiar, quæ non habeo accipiam. Alij sic cum respondisse referunt, quando sapientia egebam adij Socratem, nunc pecuniarum e gens ad te ueni. Argubat maxime homines, quod in auctionibus quidem uasa inspiccent, uitam uero non inspiceret. Hoc alijs Diogenis fuisse uolunt. Iusserat aliquando Dionysius in conviuio, ut singuli in ueste purpurea saltarent, id Plato renuit dicens:

Οὐκ ἀρ οὐδείμινθ δῆλον τὸ διδύμον τολμή

Ἄρδιν πεφυκάς, καὶ γόνον λέγεται. hoc est,

Efformata ueste non possum tegi,

Cum sim uir, & uirili natu stemmate.

*senary ex Eu-  
ripidis tragœ-  
dia quopiam.*

Sumptum uero Aristippus se induit, & cum saltare inciperet, propriè prompteque dixit:

-Καὶ γαρ τὸ βαυχεῖματι

Οὐδὲ οὐδεφραγμὸν διαφθαρόστασι. hoc est,

-Neq; in sacris Liberi

Patris pudica mens unquam corrumpitur.

Orabat aliquando pro amico Dionysium, & cum repelleatur, ad pedes eius corruit. Id factum cum argueret quispiam, non ego, inquit, in culpa sum, sed Dionysius, qui auress habet in pedibus. Morabatur in Asia, & cum ab Atapherne satrapa fuisse comprehensus, interrogatus à quodam,

dam, an ibi confideret, quasi uero, inquit, o stulte magistri  
quam fidens fuerim quam modò sum, allocutus Arisophei  
nem! Eos qui liberalibus imbuti disciplinis Philosophiam  
neglexissent, Penelopes aicbat procis esse simillimos. Illo;  
enim ex Melambo et Polydoram ancillas cunctaque pa-  
tius habere quam dominae ipsum nuptias sperare potuisse.  
Simile quiddam et Aristo dixisse fertur. vlyssin quippe  
cum descendisset ad inferos, mortuos ferre uidisse omnes, a-  
locutumque esse, reginam uero ipsam ne uidere quidem po-  
tuisse. Aristippus uero rogatus que nam iuvenes oporteat  
discere, ea, inquit, que uiris usui futura sunt. Exprobravit  
euidam quod à Socrate ad Dionysium se contulisset, alioquin  
inquit, ad Socratem disciplinae indigens profectus sum, si  
Dionysium autem pecunie egenus ueni. Multas iam pecu-  
nias consecuto cum diceret Socrates, unde tibi tam maluit  
Ille, inquit, unde et tibi pauca? Dicente scorto, ex te gra-  
uerum: Non, inquit, hoc magis nosti, quam si per spinas de-  
sisinas ambulans dicere posses, ista me pupugit. Causanti  
quodam quoddam filium quasi non ex se natum proiecseret, An  
uero, inquit, ignoramus et pituitam et pediculos ex nobis  
gigni, que tamen uelut inutilia quam longissime projici-  
mus! Cum à Dionysio pecuniam ipse, Plato librum accep-  
set, insimulante se quodam, ego, inquit, pecunijs indigo,  
Plato libris. Percontanti cuius rei gratia se Dionysium ar-  
gueret, cum, ait, cuius arguunt ceteri. Postulabat pecuniam  
à Dionysio, et ille dixisti, inquit, non egere sapientem. Deinde  
inquit, ille, et postea de his queramus, et cum dedisset, ja-  
des'ne ait, me no indigere! Dicente ad eum Dionysio: Qui  
ad tyrannum proficitur, illius est seruus, quamuis liber  
fuerit: Non est, inquit, seruus si liber uenit. Hoc Diocles re-  
fert libro de uita Philosophorum. Alij Platonem id dixisse  
tradidit.

tradunt. Iratus Aeschinus, Non ne mox credibimus ait in gratiam, neque delirare desistemus? Num expectabis quoad quam de nobis scurra loquatur ad pocula? Et ille grato, inquit, animo. Memento ergo, ait Aristippus, quod ad te cum maior essem natu prior accessi. Et Aeschines: Recte, inquit, per Iunonem dixisti, non me multò profectò melior es. Ego enī inimici arum, tu amicitiae princeps fui. Et ista quidem de illo referuntur. Fuerunt autē Aristippi quatuor. Primus iste de quo nobis sermo est. Secundus qui Arcadiæ histrio scripsit. Tertius qui quod à matre doctus esset, <sup>ex po-</sup> Alcibiades dicitur est, prioris nepos ex filia. Quartus ex noua Academia profectus. Huius autem Cyrenaici Philosophi libri isti memorantur, tres historicæ Libycæ libri ad Dionysium missi. Dialogi uiginti quinque. Alij quidem Attica, alijs uero Dorica locutione scripti. Sunt autē hi, Artabazus, ad <sup>\*d</sup>iamantypu naufragos, ad fugitiuos, ad mendicū, ad Laidem, ad Porū, ad Laidem de speculo, Hermias, somniū, ad eum qui praeerat poculo, Philomelius, ad domesticos, ad increpantes quod uetus uinum scortique possideret. Ad uituperates quod magnificè instrueret mensam. Epistola ad Arete filiā, ad eum qui seipsum exercebat in Olympia, interrogatio, alia interrogatio, χρήσις, Necesitas ad Dionysium, alia de imagine, alia de Dionysij filia, ad cum qui arbitrabatur se contemptui et ignominiae haberet, ad eum qui cōsulere moliebatur. Plerique illum et dia<sup>c</sup>sis sex libros explicuisse asserunt, alijs prorsus scripsisse negant, ex quibus est Sosocrates Rhodius. Porro et Sotion in secundo, et Panetius hæc illum scripsisse referunt, uidelicet, De disciplina, de uirtute exhortatorius, Artabazus naufragij, fugitiui, diatribarū libri sex, \*necessitatū libri tres, ad Laidem, ad Porū, ad Socratē de fortuna. Finem uero definiuit lenem motum ad sensum emanantem. Age uero quoniam ipsius uitam descripsimus, nunc eos

qui ab illo fluxere, Cyrenaicos suo ordine prosequuntur. Ex his alij quidem ἕγκλιοις, ἄρριψις alij, alij Theodosios seipso appellauerunt. Sed et illos etiamnum qui à Phe donec manarunt, ex quibus Eretricos nobilissimos dixerunt. Sic autem illorum scriem recensemus. Aristippum audiuit Arete filia et Aethiops Ptolemaeus, et Cyrenaeus Antipater. Arete uero auditor fuit Aristippus Metrodoratu cognominatus, eius uero Theodorus qui primo ad eos deinceps Theos appellatus est. Antipatru Epitomedes Cyrenae audivit, eius Parabates auditor fuit. Parabatis Hegesias qui πατρίδαρος est dictus, et Anniceris, a quo Platone demptus est. At enim qui Aristippi instituta amplexi sunt, et ab illo Cyrenaici sunt appellati, hisce opinionibus nuntiatur. Duas perturbationes ponunt, dolorum et uoluptatem: uoluptatem lenem motum, dolorum uero asperum motum appellantes. Nihil differre a uoluptate uoluptatem, neque plu altera commune habere alteram, atque illam quidem cunctis animantes appetere, hunc autem aspernari. Voluptatem autem corporis intelligent, quam et finem esse dicunt, ut etiam Panactus in libro de Sectis tradit, non eam que in statu sit, et doloris priuatione consistit, et ueluti a turbatione omni quietem agit, quam suscepit Epicurus, finemque constituit. Videtur autem eis finis a beata vita differre: finem quippe esse particularem uoluptatem, beatam autem uitam siue felicitatem, uoluptatum particularium constare conuenit, quibus et praterite connumerantur et future. Particularem quoque uoluptatem propter se eligendam, felicitatem uero non propter seipsum, sed propter particulares uoluptates expetendam. Testimonio nobis esse finem habendam uoluptatem, quod à pueris hanc nobis natura conciliauerit etiam aequaliter iudicio rationis: et cum illa fru-

mur, nihil amplius inquirimus, quodq; nihil æquè ac dolorem naturaliter fugimus, uoluptatē præterea bonum esse, etiā si à turpissimis proueniat rebus, ut ait Hippobotus in lib. de sc̄tis. Si enim fœda sit affio, uoluptatē tamē per se ipsam eligēdā esse, bonūq; existimandan. Porro illa doloris amotio quam tuctur Epicurus, eis non uidetur uoluptas esse, neq; priuatio uoluptatis dolor. utraq; enim esse in motu cōstituta, cūm non sit motus doloris uoluptatisq; priuatio. Quippe doloris illa uacatio ueluti dormientis status est. Posse quosdā aiunt uoluptatē minimē appetere per animi peruersiōnē, non tamen omnes animi uoluptates ac dolores in corporeis uoluptatibus & doloribus fieri, quippe qualibet simplici ex patriæ prosperitate, sive priuata felicitate gaudiū gigni. Imo ne ex memoria quidē seu expellitione bonorū uoluptatē perfici dicūt, quod placet Epicuro, nā tē pore motū animi effluere, quin ne solo quidem uisu uel auditu uoluptates constare posse, quando & eos qui lamentationes imitantur, libēter audimus, ueras autē illibēter atq; iniucūdē. Porro priuationem huiusmodi aut uoluptatis, aut doloris medios status appellabāt. Longē tamē esse præstatores corporū q; animorū uoluptates, deterriores q; corporis quam animi affectiōes, quo circa & his peccātes magis cruciari. Durius quippe dolere, letari uero familiarius & gratius arbitrabātur. Quocirca & maior illis erat corporis cura quam animi. Vnde cū inde quoque cōstet eligendam uoluptatē, pleraq; tamen que sunt efficiētia quarūdā uoluptatū, cū sint molesta, saepe aduersari, ut difficilima eis uideatur uoluptatū congeries, qua beata uitam efficere nō possit. Placet pūt eis neq; sapientē semper in uoluptate uiuere, neq; rursus insipientem semper in dolore, uerum maiore ex parte sic utrumq; affici.

Satis autem esse, si quis uel per unā incidentē uoluptatem suauiter afficiatur. Prudentiam quidē bonum esse assertū, nō autē propter se ipsam appetēdam, sed corū gratia, que nobis ex illa proueniunt. Antīcū necessitatis causa amplecti dum. Nam & corporis partes quām diu adsunt, ad ambi- ri. Virtutes quādam imprudētibus & cōmunes esse. Cor- poris exercitationē cōferre ad uirtutē capēendā. Sapientem nunquā inuidia tentādum, neq; cupiditati, neq; super- stitioni unquā cōfūrū. Ista enim ex inani opinione cōti- gere, metu tamen et dolore pulsandum. Id quippe natura- liter fieri. Dicitas preterea uoluptates efficere, neq; pe- sc appetendas. Perturbationes item cōprehendi possē- cebant, non autem etiam ex quibus fiunt. Naturalium n- ruminquisitionem omittēbat, quod cōprehendi non posse manifeste colligerent. Logicen propter summū eius usus attingebant. tamen Meleagris sententia est in secundo de opinionibus, & Clitonuchi in primo de sectis, eos & p̄physicā & dialecticā acquè aspernari. Posse enim & spi- dicere, ac extra superstitionē esse, mortisq; metum effuge- re, qui rationem bonorum malorumq; didicerit. Nihilq; natura iustum esse, aut honestum uel turpe, sed consuetu- dine ac lege. Vir tamen bonus nihil agit perperam ob in- minentia danina, opinionesq; sinistras cuitandas. Esse autē sapientem profectum quendam in ihs quæ uel in p̄philoso- phia, uel in ceteris bonus & honestatis artibus non satis prouenerunt. A iunt & dolore affici alium alio magis, sen- susq; nō semper uera nūciare. Verū enim uero hi qui dicā tur Hegesiaci, e andein sane de uoluptate ac dolore habue- res sententiam, preterea neq; gratam esse aliquid, neq; be- neficentū, neq; amicitiā, quod ista nō per se ipsa appeti- mus, sed uetus ac neceſſitatis gratia, ac propter eos qui si abſint

absunt, illanc subsistere quidē, esse autē impossibile cum

- Latē cōtingere beatam uitā. Corpus quippe morbis multis passionibusq; affligi, animā uero simul cum corpore pati,
- et una turbari, cōplura item que speremus, à fortuna impediti, propter ista igitur atq; huiusmodi beatam uitā non posse obtineri. Vitā præterea ac mortē eligendam. Natura item suauē atq; insuauē nihil opinabātur, ceterū propter rerum uel raritatem, uel nouitatē, uel satietate letari alios, alios angi. Diuitias uel paupertatē nihil ad uoluptatis ualere rationem, neq; enim aliter ea uoluptate diuites quam pauperes affici. Scrutitūtē a quē atq; libertātē, nobilitatem atq; ignobilitatem, gloriā uel ignominiā nihil differre ad uoluptatis modū, atq; insipienti quidē expedire si uiuat, id uero sapienti indifferens esse. Sapientem suip̄ius gratia cuncta facturū. Aliū quippe neminē a quē ac se dignū arbitrari. Quanlibet enim ingentia uidetur ab eo cōscentus, nō tamen eorum quae ipse præstiterit merita æquare. Tollebant et sensus, quod certam non inferunt uotionē, quiq; sine delectu agere cuncta uiderēt. Eorū peccata ueniam dicebant promercri, neq; enim sponte peccare, sed aliqua perturbatione coactos. Non odio quenquam habiturū, sed potius cruditurū. Sapientem num adeo in bonorū eleccióne inhæsurum, ut in malorum fuga, finem constituendo, ut neq; in labore, neq; in dolore uiuatur. Idq; eos assequi qui circa uoluptatum materiā neutrā in partem inclinatores sunt. Porro Amicis in ceteris ab ipsis nō dissentunt. Relinquunt autē amicitiā in uita, et gratiam, honoremq; aduersus parentes, et pro patria præclarū aliquod facinus. Quocirca quamuis molestias sapiens, ac uegocia subeat, nihilominus beatē uicturū, et si minimū uoluptalis illi suppetierit. Amici felicitatem non per se appetendam, neq; ei

proximi patere sensui, neq; satis esse in ratione momenti, ut confidere possimus, & multorum opinione celsiores evadere, oportere uero in optimis quibusq; assuefieri, propter inolitam & insicam nobis affectionem uitiosam. Amicum non propter usum, ac necessitatem solum suscipiendum, que profecto si deserit, non erit ille auersandus, utrum etiam propter insitam bencuolentiā, cuius gratia do-lores quoque esse subeundos. Quanuis enim finem in uoluptate cōstituant, doleantq; si illa priuari cōtingat, spente tamen sustinendos labores uolunt pro summo in amici studio, affectuq; singulari.

Qui autem Theodori sunt appellati, à Theodoro quem prediximus traxere cognomen, eiusq; decretis usi sunt. Porro Theodorus ipse omnes de diis opiniones sustulit. Deniq; librum ipsius de diis inscriptum offendimus nō cōtemnendum, ex quo & Epicurum cōplura sumpsisse esse vunt. Audiuit autē Anniceridem, Dionysiumq; dialectici, ut ait Antisthenes in philosophorum successionibus. Fīrm opinatus est gaudium & mærorē. Alterū cōstare prudentia, alterum uero imprudentia. Bona esse prudentiam atq; iustitiam, mala uero contrarios habitus, media uoluptatem & dolorē. Sustulit & amicitiā, quod ea neq; insipientibus adsit, neq; sapientibus. In illis enim sublato usu amicitiam quoq; euānescere. Sapientes uero cum sibi ipsi sufficiant, amicis non indigere. Probabile dicebat prudentem virum non seipsum pro patria periculis exponere, neque enim pro insipientium cōmodis anūttendam esse prudenter, esseq; patriā mundum. Furto quoq; & adulterio, & sacrilegio cum tempestuum erit daturum operam sapientem. Nihil quippe horum turpe natura esse: sed auferatur de hisce vulgaris opinio, que ē stultorum imperitorum.

plebecula conflata est. Sapientem publicè absq; ullo pudore  
 ac suspicione scortis cōgrediurum. Aiebatq; istiusmodi ar-  
 gutiss. Nonne mulier literis instructa utilis erit, quia lite-  
 rata est? Et puer itidem & adolescens utilis erit, quia li-  
 terataram callet? Ita sane. Et mulier igitur utilis est, quia  
 pulchra erit. Et puer & adolescens utilis erit, quia formo-  
 sus est? Ita sane. Puer igitur & adolescens pulcher, & ad  
 hoc erit profectò utilis ad quod formosus natus est. Assen-  
 tiebatur. Est autem utilis ut ei congrediatur. Quidam con-  
 cessis inferebat, Si quis ita utatur eiusmodi congreßione  
 quando id utile est, non peccabit. Neq; igitur si utatur pul-  
 chritudine dum id utile est, peccat. His igitur atq; huius-  
 modi interrogatiunculis auditores capiebat. Videtur au-  
 tem idcirco appellatus deus, quod cum illum Stilpo percō-  
 tatus esset, Putas ne Theodore te id esse quod diceris? atq;  
 ille fateretur, Deus, ergo, inquit, es. Id cum ille grātē acce-  
 pisset, subridēs ait, at qui infelix, inquit, ea ratione & cor-  
 nicem te esse fatereris, & alia huiusmodi innumera. Cum  
 assideret aliquando Theodorus Euryclidi Hicrophantē,  
 Dic mihi, ait Euriclides, qui nam sunt qui circa mysteria  
 impij sunt? cum respondisset ille, eos eius criminis reos te-  
 neri, qui ea ne cum initiatis aperirent. Et tu ergo, inquit,  
 impius es, qui ista nondum initiatis enarrares. Parum autem  
 absuit, quin periclitaretur ne traheretur in Arium pagū,  
 nisi cum Demetrius Phalereus eruisset. Amphicrates uero,  
 in libro de uiris illustribus, ait illum damnatū, uenenumq;  
 bibisse. Cum uero apud Ptolemaeum Lagi filium morare-  
 tur, legatus aliquando ad Lysimachum ab illo missus est.  
 magna uero fiducia uteti, ait Lysimachus, Dic mihi Theo-  
 dore, non ne tu Athenis excidisti? Et ille, recte iudicas, in-  
 quirit, Nam me Atheniensiu ciuitas ferre non ualens, non secus

at Semele Dionysium expulit. Rursus dicēti Lysimachus,  
 Caue ne ulterius ad nos proficisciare. Non, inquit, rever-  
 tar, nisi me mittat Ptolemaeus. Aderat Mythrus Lysimachi  
 dispensator. Is cum diceret, nideris non solum deos, gr-  
 rum & reges ignorare: quo pacto, inquit, illos ignore,  
 quandoquidem te dijus inimicum puto? Ferriur cum aliquando  
 Corinthum uenisset, magna discipulorum turba comitatum, ex  
 Metrocles Cynicus quādixas (id enim est sylvestre olim)  
 abluens ei diceret, At tu sophista nequaquam multis disci-  
 palis egeres, si olera dilueres. dixisse, Et tu si cum homini-  
 bus conuersari didicisses, profecto istis oleribus non uti-  
 vere. Simile quiddam, ut suo loco diximus de Diogene &  
 Aristippo memoratur. Huiusmodi Theodori fuisse uitia ac  
 doctrinam competrimus. Denum uero Cyrenem profectum  
 apud Marium in pretio diu uixit, ubi cum primū ejec-  
 tur, non illepidum quiddam dixisse fertur. Malè, inquit, faci-  
 tis uiri Cyrenaici qui me ex Lybia in Græciā exulē agi-  
 tis. Fuerunt autē Theodori uiginti. Primus Samius Rhœmi  
 filius, qui consuluit carbones fundamētis Ephesini templi  
 subiecti. Nam cum humidus esset locus, carbones ait reiecta  
 ligni natura soliditatē accipere humoru inuiolabilem. Se-  
 cundus Cyrenaicus geometra, cuius & Plato auditor fuit.  
 Tertius hic ipse philosophus. Quartus, cuius fertur libellus de uocis exercitatione. Quintus qui de legislatori-  
 bus scripsit à Terpandro initium sumens. Sextus Stoicus.  
 Septimus qui Romanas res eōscripsit. Octauus Syracuse-  
 nus, qui de re militari scripsit. Nonus Byzantius in causis  
 ciuilibus clarus. Decimus similiter, cuius & Aristoteles in  
 oratorum epitome mentionē facit. Undecimus Thebanus  
 sculptor. Duodecimus pictor, cuius & Polemon meminit.  
 Decimustertius Atheniensis pictor, de quo Menodotus scri-  
 bit.

bit. *Decimus quartus Ephesius pictor, cuius Theophanes in libro de pictura meminit.* *Decimus quintus epigrammatum poëta.* *Decimus sextus qui de poëtis scripsit.* *Decimus septimus medicus Athenæi discipulus.* *Decimus octauus Chius philosophus Stoicus.* *Decimus nonius Milesius, & ipse philosophus Stoicus.* *Vicesimus tragediarū scriptor.*

## P H A E D O N.

**P**HEDON Eliensis nobili familiæ, unde cum patria captus coactus est intra cellulam insanuæ quæsui addicere. Adieco tamen ostiolo Socratis contubernio præceptoreq; fruebatur, quoad ipsum Alcibiades seu Crito, Socrate monente redimeret. ex quo liberaliter philosophie operam dedit. Hunc Hieronymus in libro<sup>\*</sup> de assensu retinendo seruum fuisse asseuerat. Scripsit autem dialogos, de quibus nihil dubitatur, Zopyrum & Simonem. De Nicia controvèrsia est. Medum quæ Aeschiniſ esse pleriq; tradunt, alij uero Polymeni. Antimachum siue Senes. & de hoc ambiguntur. Scythicos sermones etiam quidā Aeschiniſ esse asseuerant. Successor autem eius fuit Plistanus Eliensis, & ab eo tertius Menedemus Eretricus, Asclepiadesq; Phliusius à Stilpone profecti, atq; usq; ad eos Eliaci sunt appellati: à Menedemo autem Eretrici, de quo postea dicemus, idcirco quod ipse sc̄tæ princeps atq; autor fuerit.

## E V C L I D E S.

**E**vclides Megaricis oppido, quod Isthmo adiacet, siue Eiuxta quosdā Gelous, ut in successionibus tradit Alexander, Parmenidis librorum in primis studiosus fuit. Ab eo Megarici denominati sunt, qui postea ieiunio, postremo dialectici sunt. Quos ita primus Dionysius

Carthaginensis idcirco appellauit quod interrogando  
respondendo sermones librosque cōponerent. Ad hunc autem  
Hermodus, post Socratis mortem, uenisse Platōnē, ac phi-  
losophos reliquos metu atrocitatis tyrannorum cōpusos.  
Hic bonū esse unum definiuit multis nominibus celebre.  
Aliquādo enim hoc dici prudentiā, quandoque deum, aliis  
mentē appellari, et huiusmodi cetera. Quae bono adver-  
sa uiderentur sustulit, ea ne esse quidem dicens. Ut ebat  
probationibus, non his que per assumptiones, sed que per  
conclusiones fuit. Disputationē itē quae fit per similitudī-  
nem sustulit, dicens illam sane aut ex similibus consistere,  
aut ex dissimilibus. Et si ex similibus consistit, circa ipsi  
potius quād quibus sunt similia uersari rationem debere.  
Sin autē ex dissimilibus, superuacancā esse cōparationem.  
Idcirco et Timon illum unā cū ceteris Socratis mor-  
det, nullius sibi horum curā esse dicens, non Phædonis, non  
alterius cuiuspiam, neque Euclidis qui Megarenibus con-  
tentio[n]is rabiē inuexit. Dialogos autē cōscripsit sex, Læ-  
priam, Aeschinem, Phœnicem, Critonē, Alcibiadem, Am-  
atoriū. Porro ex Euclidis successione est et Eubulides Mi-  
lesius, qui et plurimos in dialectica modos, rationesque  
interrogandi tradidit, mētientem et fallentem, electram,

\* ouph̄τηρ. sic conuelatam, \*acerualem, corneam, et item caluā. Et istam  
enim uenit Po non defuit ex Comicis qui carperet.

litianus tam  
hunc locum.

Οὐ βρισκούσθε Εὐβυλίδης καραΐστρας ἐρωτῶν  
Χαὶ φευδόσθαι αἰτήσθαι λόγοις τοὺς δικτοράς καλέοντες  
Ἄτελθ' ἔχειν Δημοσθένεα τὸν προβωζομελίθραν. id est  
Contumeliosus Eubulides ceratinas interrogans  
Et mendacibus fastuosisque uerbis rhetores uersans  
Abitj Demosthenis habens uolubilitatem.  
Videtur Demosthenes hunc audiuisse, et cum g litteram  
pron-

pronunciare uix posset, emendasse iugis exercitio. Neque item obscurū est Eubulidem aduersus Aristotelem inimico animo fuisse, cumq; in plurimis reprehēdiffe. Inter ceteros uero qui ex Eubulidis ludo manauerant Alexinus Eliensis fuit, uir acer, & cōtentionis uiribus ac neruis claus, unde & Alexinus cognominatus est. Maximè autem Zenoni infestus erat. Hunc ait Hermippus ex Elide in Olympiam profectum, ibi q; philosophatum. Discipulis autem rogantibus, cur illic moraretur, dixisse, uelle se etiam instituere, quam Olympiacam uocaret. Illos uero cum rerum omnium penuria, & preterea insalubri loco affligerentur, ab eo recepsisse, iamq; Alexinum solum ac desertū uno tantū famulo comite ibi remoratus. Postea dum nataret in Alpheo flumine arundinis acumine læsum, uita excessisse. Et est in ipsum nostruū epigrāma sic se habens,

Οὐν ἄρα μῦθος ἡρῷον τὸν ἐμάτιον

Ωστετυχός τις ὁ πόδα κολυμβῶν περιτείρετο

Ἡλεψ, καὶ τὸ δικαιοράτην πέριπον Αλφειοῦ

Ποτὲ ἐκπειρᾶν ἀλεξίνος ἔθαρεπ τοῦ χθεῖος καλάμῳ. id est

At non inanis hercule erat illa fama,

Cuidam uantanti mūsero transfixum pedem

Clauo nam Alexinus prius flumen Alpheum

Quām transfretasset, canna fixus occidit.

Scripsit non solum ad Zenonem, uerum & alios cōplures libros, et ad Ephorū historicū. Ex Eubulidis disciplina et Euphātius fuit Olynthius, qui tēporis sui cōscripsit historiā. Scripsit et tragœdias plurimas, quibus in certaminibus maximè probatur. Fuit & præceptor Antigoni regis, ad quē etiā librum de regno scripsit perutilē atq; laudatissimum. Vitā uero senectute finiuit. Fucrūt & alij cōplures auditores Eubulidis, inter quos & Apollonius Cronus.

## D I O D O R V S.

**D**iodorus Amenij filius Iasenus, & ipse cognominatus Cronus, quem Callimachus in epigrammatis mor-  
daciſimè inſectatur, ac parvib⁹ inſcribit illud, Cronus  
eſt ſapiens. Erat & iſte dialeſticus, p̄im⁹ q̄; inueniſſe à  
quibusdam exiſtimatus eſt inuolutum & cornutum diſſe-  
rendi genit⁹. Hic apud Ptolemæum Soterem conuorans,  
cūm à Stilpone ſermones quoſdam dialeſticos interrogata-  
tus extemplò nequiuiſſet ſoluere, à rege increpit⁹, Cro-  
nusq; in iurgio uocatus conuiuium deferruit, egressuq; li-  
brum de ea propositione conſcripſit, uitamq; maxore fi-  
niuit. Eſt in ipſum noſtrum epigramma in hunc modum,

Κρόνε Διόδορε τίς σε δαιμόνων κακῷ

Ἄλευμένη ξυλίφυσιν

Ἴγ' αὐτὸς αὐτὸν ἱμβαλῆς ἀε τάρταρον

Στιλπών & λότρας ἀνιγματίσσει ἔτω;

Tοὶ γὰρ οἱ φίλοι Κρόνος ἐξεθεὶ τῷ φῶ κάππα τε. hoc eſt,

Crone Diodore quis te dæmonum mala

Affectiōne compulit,

Vt tu te in atrum mitteres in tartarum,

Quod non ſolitis Stilponis enigmatis

Victus fuisti iure ergo deprhenderis

Cronus remotis r, & cappa literis.

Fluxit ab Euclide Ichthyas Metalli filius, uir illuſtris, ad  
quē Diogenes Cynicus dialogum ſcripſit. Clinomachus  
item Thurius, qui primus de proloquijs & prædicatiōnib⁹  
& ceteris huicmodi ſcripſit. Et Stilpo Megarensis cla-  
riſimus philofophus, de quo nunc dicendum eſt.

## S T I L P O : M E G A R E N S I S .

**S**tilpo Megarensis eius oppidi quod in Græcia eſt, au-  
dīnit quoſdā ex Euclidis familia. Alij ex ipſius Eucli-  
dis

dis auditorem tradunt. Thrasymachi etiā Corinthijs illius qui Ichthy & familiaris erat, ut ait Heraclides. Instantū uero ex inuentione ex eloquentia praecepsit alios, ut parum abfuerit quin omnis Græcia in illum intenta \* in Megara \* Myaglorum transisse diceretur. De eo Philippus Megaricus ita ferme retulit. A' Thcophraſto quidē Metrodorus illum ſpeculationis ſtudiosum, ex Timagorā Gelou auulſit, ab Aristotele uero Cyrenaico Clitarchū & Simmiā. Porrò à dialeſticis Paonium quidē ab Aristide, Diphilum uero Bosphorianū Euphāti, & Myrmecem Exeneti filiū, qui ad ſe arguendū uenerant, utroq; ſui ſtudiosos habuit. Preter hos autē Phrasidemū peripateticum physicumq; peritiſſimum ad ſe attraxit, Alcimūq; oratorē omniū qui in Græcia tum florebant eminentiſſimū. Cratē insuper, & cōplures alios in ſuā retia induxit, Phoenicēq; Zenonē unā cum illis abſtulit. Erat preterea maximē ciuilis, ac preter uxorē quā duxerat, Micarete etiā pellice utebatur, ut Hopetor ait, ſi liamq; parū pudicā genuit, quā duxit Simmias Syracusanus cuius neceſſarius. Hæc dum laſciuus uiueret, Stilponiq; à quodā renūciatum eſſet eam ſibi probro eſſe, nō, inquit, iſta maiori mihi probro eſt, quam ego illi ornamēto. Suscepit hunc honorificè, ut aiunt, & Ptolemæus Soter, cū Megara ipſius urbem uitior obtinuiffet, ac tradita ſibi pecunia oraret, ut in Aegyptū ſecum nauigaret. Tum ille pecunie modicū admisit, eam profectionē renuēs, in Aeginā contendit, quoad ille remearet. Demetrius quoq; Antigoni filius cū cepiſſet Megara, domum illi reſervari, cunctāq; direptam ſubſtantia restitui curauit. Ubi cum ea que amitterat, ut ſcriptis ſibi traderet moneret, nihil ille ſuum ſe perdiſſe reſpondit. quippe doctrinā & eruditioñē ſibi ademifſe neminem, reliquamq; ſibi eſſe & eloquentiam & diſcip

disciplinam, atque illum mortales beneficentie admonevit  
tanta orationis uia, ut rex illius iam studiosus, prorsus audi-  
tor fieret. Aliunt illum ita quendam de Phidiae Minerva  
huius. Graciu-  
s et nō unquam  
niam Latinis,  
hunc de ueroque  
ca.

compellasse, Num, inquit, Minerva Iouis filia \* deus est?  
Cū uero annuisset ille, dixisse, At ista non Iouis, sed Phi-  
die est: concedebat. Non ergo, inquit, ipsa deus. Quae ex re  
cū in Arium pagum pertractus fuisset, nihil inficiatum  
ferunt, imò recte se locutū assertuissent. Non enim deum esse,  
sed deam: deos quippe mares esse. Areopagitas tamen ni-  
bilo placatores factos, iussisse continuò ipsum urbe exce-  
dere, quo' etiam tempore Theodorum cognomento deum  
iurgio dixisse, unde hoc nouerat Stilpo? Num amota pal-  
la ipsam inspicerat? Erat iste profectò audacissimus, ue-  
rum Stilpo uir cōpositissimus, & maximè facetus. Deniq;  
cū rogasset illum Crates adij precationibus ac diuinis  
honoribus gaudeant, Noli me, inquit, fatue in uia de hisce  
rogare, sed solum ac seorsum. Hoc ipsum & Bionem in-  
terrogatum, an sint dij, dixisse tradunt.

Οὐκ ἀπὸ μηδεὶς οὐδὲ τοιοῦτος ἔχει ταλαντύπια πρέσβυτος, οὐδὲ τι.

Tu ne senex turbam à nobis propellere curas?  
Fuit & Stilponi ingenium simplex, neq; illa simulatione  
fucatum, ita ut imperite quoq; concioni se accommodare  
nullo negotio posset. Cratere denique Cinico semel ad id  
quod fuerat interrogatus non respondente, sed crepitum  
uentris emittente, Sciebam, inquit, te omnia potius quam  
que deceret locuturam. Caricam illi aliquādo interrogatiūculamq;  
proposuerat. Eam uero ille statim comedit, &  
\*ixida cūm diceret illi Stilpo, Hercole \* caricam perdidi, non so-  
lum, inquit, caricā, sed & interrogatiūculam, cuius arra-  
bēc fuit carica. Rursus cūm uidisset bycme Cratem ad-  
\*quatis uariis. uslum, O Crates, inquit, uideris mihi \* nouo indigere pal-  
lio,

lio, quasi diceret ueste & mente: ad hanc eius uocem rubore suffusum ita in illum lusisse Cratem:

Kai μῆν καὶ Στίλπων ἵστελλε πάλιν ἔχοντα  
Ἐγενέρων. οὐδὲ φασι. Τυφώεος ἐμμενεῖ ἐννέας.

Alludit ad la-  
cum. sicut ad a-

Ἐρθάδη ἵριζεσκεν, πολλοὶ δὲ ἀμφὶ αὐτῷ ἐταῖροι  
Τὸν δὲ ἀρτίλιον παρὰ γράμμα δίωνον Θ καὶ τερεβού.  
Atqui ego Stilponem Megaris mala multa ferentem  
Vidi ubi monstro si esse ferunt habitaclia Typhoëi.  
Hic contendebat iuuenum conutante ceteris,  
Nil sani misera quād de uirtute docebat.

Fertur Athenus hominū ita in se studia vertisse, ut ex officiis ad eum confluenter uisendum. Vbi cum quidam diceret, admirantur te, o Stilpo, ueluti belluam, nūnquam, inquit ille, sed uelut hominem uerum. Cæterum cum esset disputator accerrimus, species quoque tollebat, dicebatque qui hominem diceret neminem esse, neque hunc aut hunc dicere. Quid enim hunc magis quād hunc? nō igitur hunc. Rursusque olus quod ostenditur non est. olus enim ante mille annos fuit, nō est igitur hoc olus. Fertur cum Crati colloqueretur, inter loquendum festinasse ut pisces emeret. cum eum ille retinere uellet, ac diceret, sermonem relinquis? nūnquam, inquit, sed sermonem habeo, & te derelingo. Sermo quippe manet, cibus autem ueniam dabitur nisi festina uero. Feruntur ipsius dialogi nouem non satis gratiae habentes. Moschus, Aristippus sine Callias, Ptolemæus, Chæreocrates, Metrocles, Anaximenes, Epigenes, Ad filium suam, Aristoteles. Huius auditorem fuisse Zenonem Stoicorum principem Heraclides refert. Senem uero defecisse Hermippus testis est, hausto prius mero ut citius moreretur. Reprehensus est à Sophilo comico in comedie que inscribitur γάμος. Est autem in hunc Stilponem nostrum epigramma.

Tot

Τὸν Μεγαρία τὸν Στήλωνα γυνάκιος ἀλλοι  
Γῆρας ἐπέτα νόσος οὐδὲν μαχούσιον  
Ἄλλον εἶναι τῷρε αλλούσιον συναρπάζει.

Φίρτερον καλοχορ.      *hoc est,*

*Stilpona nosti Megarensi illum forsitan,  
Quem cum senectus cepit morbus improbus,  
Inquamque triste, unum bigae pessimae  
Inuenit aurigam illico longè optimum.*

### CRITO ATHENIENSIS.

*Crito Atheniensis, unus omnium maximè exinquo quodam amore Socrati affectus est, atque eius ita curam egit, ut nunquam aliquid ex his quæ sunt ad usum necessaria illi deesse pateretur. Ipsius liberi Socratis auditores fuere, Critobulus, Hermogenes, Ctesippus, Epigenes. Crito igitur dialogos decem & septem scripsit, qui uno continentur codice, ita inscriptos, Non ex disciplinis costare probitatem. Quid sit abundare. Quid id neutrum siue civile. de honesto, de deo, quid sit maleficere, de \* fertilitate, de lege, de artibus, de congressu, de sapientia, Protagoras, siue civilis, de literis, de poetica, de honesto, de disciplina, de scientia, quid sit scire.*

### SIMON ATHENIENSIS.

*Simon Atheniensis coriarius. Quoties ad eius officinā perrexisset Socrates, atq; differeret omnia quæ meminiisse poterat, notabat. Unde & ipsius dialogos σκυψιαῖς appellant, quod inter huiusmodi opifices sint habiti. Sunt autem numero xxiiii, qui uno itidem codice comprehendantur. De diis, de bono, de honesto, quid sit pulchrum et honestum, de iusto duo, de uirtute quod doceri non posuit, de fortitudine siue uirilitate tres, de lege, de popularitate, de honore, de poesi, de bona ualitudine, de amore, de philosophia*

*lo sophia, de scientia, de musica, quid sit pulchrum, de disciplina, de differendo, de iudicio, de eo quod est, de numero, de diligentia, de operando, de auaro, de iactantia, de honesto. Alij autem, de consulendo, deratione sue aptitudine, de maleficentia. Fertur hic primus omnium Sacraticos sermones differuisse. Cum autem Pericles polliceretur si ad se ueniret, cum etiam illi necessaria exhibiturum, libertatem, inquit, uendere consiliis non fuerit. Fuit et alius Simon, qui scripsit artem rhetorican. alias item medicus Seleuci et Nicanoris necessarius, atque alias quidam sculptor.*

### GLAUCON ATHENIENSIS.

**G**laucōn Atheniēnsis, nouē itidem in codice uno scripsit dialogos. Phaedylum, Euripidem, Amyntichū, Euthiam, Lysitedem, Aristophanem, Cephalum, Anaxiphentum, Menexenum. Feruntur eius et alij triginta duo, sed suspecti et supposititi.

### SIMIAS THEBANVS:

**S**imias Thebanus fuit. Et huius feruntur dialogi triginta tres uno volumine, de sapientia, de ueritate, de musica, de ueribus, de fortitudine, de philosophia, dera-tiocinatione, de literis, de doctrina, de arte, de regimine, de decoro, quid eligendam, quid ne fugiendum sit, de amico, de scientia, de anima, de bene uiuendo, de pos-sibili, de pecunij, de uita, quid sit honestum, de diligenti, de amore.

### CEBES THEBANVS.

**C**ebes et ipse Thebanus, scripsit dialogos tres, qui inscribuntur Tabula, Septimia, Phrynicus.

\*alraq que et  
hodie extat.

### MENEDEMVS.

**M**enedemus Phaeonis Clithenis filij, ex familia Thcop

Theopropidarum filius fuit, niri sanè nobilis, sed opificis,  
ac pauperis. Alij tabernaculorum sutorum fuisse tradunt,  
et utrumque didicisse Menedemum. Quocirca, cum decreu  
quoddam tulisset, reprehesum ab Alcynio quodam, quod sci-  
licet non coeniret sapienti, neque tabernaculum, neque decretum  
scribere. Missus autem ab Eretricenis in Megarā presi-  
dio futurus, cotendit ad Platonem in Academiam, inquit; illius  
retia non inuitus incidit, destruitque militiam. Ceterū Ascle-  
piade Phliasio ad se illum pertrahente, Megaris apud Stil-  
ponem egit, eiusque ambo auditores fucre. inde nauigantes  
Eliden Anchipylo et Moscho Phaedouis discipulis con-  
greſſi sunt, atque tum adhuc, ut supra cum de Phaedone lo-  
queremur dictum est, αλφακοι appellabantur. Postea vero  
ab eius patria, de quo nunc sermo est, Eretrici vocati sunt.  
Constat Menedemum honestate ac grauitate fuisse cele-  
brem, qua ex re Cratē quoque sic in illum iocatum:

Φλιάσιον τὸ Ασκληπιακὸν τῶν ρωμαίων Ερετρίαν. hoc est,  
Phliasiūque Asclepiadem, taurumque Eretrensem.  
Timon item elato supercilio cum dicturus assurgeret,  
fuisse illum notat, his uerbis:

Λόγος ἀναγνώστας ὄρευόμενος ἡ προσιθύμεαξ. hoc est,  
Dicturus fastosus erat, xudibrisque cachinnus.

Ad eo autem ea grauitate insignis fuit, ut cum Eurylochus  
Cassandra ab Antigone accessiretur una cum Cleippide  
Cyziceno adolescente abnuerit, metuere enim ne id Me-  
nedemus persentiat. Erat enim symmæ in obiurgando gra-  
uitatis atque præcipue autoritatis. Denique cum adolescentis  
in illo motu temerario ferretur, dixit quidem nihil, cate-  
gorum sumpta festuca pingebat in pavimento traiecti figu-  
ram, dum interim spectantibus omnibus adolescentis insigni  
cōtumelia notari se intelligens abscessit. Hierocles in Pireo

de Amphiarao illum obtundebat, & cum plurima de Ercitiae loqueretur excidio, nihil aliud locutus est, tantum rogavit quid in eum Antigonis traxit. Audacter exultavit adultero, ignoras, inquit, non modo brachice succum inesse incundum, sed & raphano? Clamanti adolescentulo & uociffranti, vide, inquit, ne quid retro dum nescis, habeas. Consultanti Antigono an \* luxuriosum adiret conuiuum, \* nūp. hoc illi solum renuntiari iussit, Memento regis te esse filium. Stupidum quendam, nescio quid nibil ad rem dicentem, interrogauit an uillam haberet, & cum ille multa se habere predia dixisset, perge, inquit, & illorum curam gere, ne & illa negligenter curando perdere contingat, & amittere simplicem urbanitatem. Sciscitanti cuidam an uxor esset ducenda sapienti, non ego, inquit, tibi sapiens uideor? Et cum annuisset ille, at ego ait, duxi. Dicente quodam complura esse bona, rogat quot numero, & an putet plura esse quam centum. Sapientis dolebat quod luxuriosa conuiua, magnificumque apparatum nequiret ferre. Vocatus uero senex ad coenam, intuensque lautiissimis cibis diuitem mensam, nihil locutus est, sed tacitus eam luxuriam coarguit, dum solas oleas in cibum sumpsit. Huius denique libertatis causa parum absuit quin in Cypro apud Nicocreontem periclitaretur cum Asclepiade amico. Nam cum eos rex ad menstruam celebritatem euocasset, sicut & philosophos ceteros, Menedemum dixisse ferunt, si quidem honesta est buiusmodi uitiorum congregatio, quotidie sunt festa celebranda: siu alias, superflue quoque modo celebrat. Ad haec tyrannus cum ita occurisset, hanc diem habere se celebrem, ut negotiis omisis philosophis congregandi licet, ille seuerius adhuc in sententia persistit, ostendens ex sacrificio oportere nunquam non philosophos audiendos. Quid plura? nisi a tibicine admoniti fu-

h issent,

isſent, forſitam perijſſent. Vnde cūm in nauī iactarentur ſuātibus, Asclepiadem dixiſſe ferunt, Tibicinis peritam modulationem ſeſe feruafſe, Menedemī uero confidentiam perdiſſe. Erat autem, ut feretur, & ſimplici in docendo apparetu, neq; in ſchola ullum circa illum, ut fieri ſolet, ordinē uidiffes. Non ſubſellia erant per gyrum diſpoſita, non aliud grifpiam, ſed ut ſingulis aut ſedere, aut ſtare, aut ambulare contingit, ita illum audiabant. Aliás tamen glorie audiūm, ignominiaeq; metuentem fuiffe traduuit. Adeo ut cūm prius opifici ſuā ipfe atq; Asclepiades nauaret operam, & Asclepiades ſuper teſta lutum ferre cernereetur nudus, iſi quem aſpicret prætereuntem occularetur. Postea uero quād ad rem p. accēſſit, ita erat anxius atq; ſolicitus, ut cūm aliquando tura poneret, extra turribulum miſerit. Circumſteuerat illum Crates aliquando, & quod ciuilia negotia ſuiffiſſe probro dabat. Tum ille quibusdam p. cecepit ut illum carceri includerent. Ille nihilominus prætereunter obſcurabat, reſpiciensq; Agamennonium & ἄγνοιῶν apuocabat. Erat autem neſcio quid in eo religionis, & in ſuperſtitionem pronior. Deniq; manducauerat aliquādo per ignorantiam in taberna mēritoria proiectas carnes cum Asclepiade. Id cūm animaduertifſet, nauſea palloreq; turbabatur, donec illum Asclepiades ſeucrius obiurgans, non carnes diccret eiusce mutationis cauſam eſſe, ſed preſumtam de illis fatuam opinionem. aliás magnanimus fuit uir, & planē liberalis. Corporis in eo iam ſenis habitus, & ſtatim durabat qui erat in iuuenie, athleta inſtar firmus, ualidus atq; aduifa facie, obefus item & attritus fuit, mediocrisq; proceritatis, ut ex ea conſtat imagine quaē Eretrea in ueteri ſtadio cernitur. Eſt enim ueluti ex induſtria ita ſculpta, ut cunctam ſerē nuditatē corporis preſerat. Erat.

pre

preterea in <sup>\*</sup>suscipiendis amicis omni officio deditus, & <sup>\*πανωιδρκα</sup>  
quia parum salubris erat, Eretria conuisia sape inter po-  
etas musicosq; celebrabat. Amabat Aratum & Lycophro-  
num Tragicum poëtum, Antagoramq; Rhodium, sed maxi-  
mè omnium studebat Homero. Deinde etiam Lyricis, dein  
ceps Sophocli, atq; Achæo inter Satyros ueluti secundas  
partes Aeschilo autem primas semper dabat. Vnde &  
aduersus eos qui contrâ in repub. sentirent, ita firebatur:

Hλωνετ' ἄρα οὐ πόδες ἀσθενεῖ ταχὺς  
Καὶ πόδες χαλώνες ἀετοί βραχῖα χρόνῳ. hoc est,  
Deprensus olim est ab impotenti celer,  
Et tarda cepit testudo regem alitam.

Hec autem Achæi sunt ex Omphale sotyrica. Falluntur  
igitur qui illam nihil præter Euripidis Medeam legisse di-  
cunt, quām inter Sicyonij Neopronis poëmata legunt.  
Magistros Platouem & Xenocratem, prætereaq; Par-  
batem Cyrenaicum aspernabatur. Stilponem solum admira-  
batur. De quo dum aliquando interrogaretur, nihil aliud  
dixit, nisi liberalis est. Erat illi ingenium uarium & callē-  
dam, atq; in componendo ita orationem accommodabat, ut  
neq; quam uelle emergere prospicretur, atq; ideo illi dif-  
ficile occurreretur. Versabat omnia, infinitamq; orationis  
copiam fundebat. Accerrimus item in concionibus erat, ut in  
successionibus tradit Antisthenes, atq; hūi smodirogatiū-  
culis cōpellare solebat. Num aliud ab alio differt? ita sanè.  
Aliud est autem prodeſſe, quām bonum. conceſſebatur. Non  
igitur prodeſſe bonum est. Tollebat & proloquia negati-  
ua, affirmativa uero ponebat. Simplicia, ex his maxime pro-  
bens, que simplicia non sunt, auferrebat, ea & cōiuncta &  
complexa dicens. Scribit Heractides, decretis quidem cum  
fuisse Platonicum, dialecticem autem cum fuisse aspernatū.

Deniq; sciscitanti Alexino an adbuc patrem cædere desis-  
 set, dixisse neq; cecidi, neq; desij. Addente illo oportere am-  
 biguitatem solui, ita vel non dicendo, Ridiculum, inquit,  
 est uestras leges sequi, cùm licet in portis reluctari, & cō-  
 tra niti. Cùm Eion diuinos studios ē ac diligenter insecta-  
 retur, mortuos illum ingulare dixit. A liorūsus dicente, ma-  
 ximum esse bonum omnibus quæ quisq; cupiat frui, multò  
 inquit, maius est ea solūm quæ deceat cupere. Refert Anti-  
 gonus Carystius, cum nihil scripsisse neq; compoñisse, ita  
 ne dogma quidem ullum asseruisse. Porro in questionibus,  
 inquit, ita pugnax erat, ut non prius discederet, quam in  
 cius oculis\* ardenter spiritus indicia deprehenderentur. Ve-  
 rum enim cùm in uerbis esset talis, factis tamen erat placi-  
 dissum. Deniq; cùm Alexino plurimum illuderet & obu-  
 garet grauite, fuit tamen illum beneficijs. Nam ipsius con-  
 iugem ex Delphis Chalcidenuſq; deduxit, itineris farta, la-  
 trociniaq; metueat. Amicitias pīe sancte q; tuebatur, ut  
 ex ea quæ illi cum Asclepiade fuit coniunctione constat,  
 que profectio adeò insignis erat, ut nihil à Pyladis distaret  
 benevolentia. Uerū major uatu erat Asclepiades, ita ut  
 poëta ipse, Menedemus uero histrio diceretur. Fertur Ar-  
 chepolis tria nullia illis designasse, & cùm orbi esset ami-  
 ea contentio uer secundo loco acciperet, neutrūm accepis-  
 se. Uxores quoq; ambos duxisse fama est, Menedemum ma-  
 trem, Asclepiadēm filiam: & cùm defuncta esset uxor As-  
 clepiadis, Menedemi cepisse coniugem, illumq; quod reip.  
 praecepsit, diu duxisse nobilem & locupletem, nihilominus  
 quoniam communis eis erat domus, rei familiaris admini-  
 strationē priori uxori permisisse. Igitur Asclepiades antic  
 illum uita excessit Eretriæ iam longe uus, cùm una diu me-  
 morabili benevolentie suauitate uixisset. Fertur post ali-  
 quantum

quantum temporis cum Asclepiadi amasius ad conuicium  
venisset, & carentem illum ianuis adolescentes, Menedemum  
iussisse introduci, ac dixisse, Asclepiades etiam sepultus ei  
ianuas aperit. Erant autem qui ambos fuerent Hippo-  
nici Macedo et Agetor Lamieus. Ex his alter utriq; xx.  
mnas Largitus. Hipponicus uero Menedemo duo millia  
dragmatum in filiorum dotem. Duxerat autem, ut ait He-  
raclides ex Oropia uxores treis. Porro conuicia in hunc  
modum faciebat. Prius ipse cum duobus aut tribus prande-  
bat, dum dies in uesperam uergeret. Tum uero vocabat  
qui plam eos qui aduenierant & ipsos iam coenatos. Itaq;  
si qui citius uenissent percontabantur exeuntes, quid esset  
appositum, ac recens id esset nec ne, & si quidem uel olu-  
sculum uel \*fatiu sculum quipplam audissent, recedebant,  
sin uero carnes, ingrediebantur. Lectulis aestate φιάθες, hy-  
cine ueruecum pelles superponebant. Porro puluinar sibi  
afferri oportebat. Poculum quo d circumagebatur \*çotula  
maiis non erat. Bellaria illis fabæ ac lupini. Interdum uero  
& pyra uel mala punica & huiusmodi, cum matura, tum <sup>\*μετόπες, pocu-</sup>  
præcoccia, sepe & carice. Ea omnia memorat Lycophron <sup>quidam hemi-</sup>  
in satyra quam inscripsit Menedemum, philosophi cōscri- <sup>nā esse putant.</sup>  
bens laudes, quorum quædam huiusmodi quoq; sunt,

Ως ἐκ βραχίας διατὸς ἡ Βασίλειξ

Αὐτοίςκυκλῶτοι πρὸς μέτρον, τραγύκμα;

Οσσα φρονιζεῖ τοῖς φιλικοῖς λογός. hoc est,

vt ex pusillo poculum conuicio

Versatur illis ad mensuram, sed mera

Sermò eruditus studiosis sunt bellaria.

Primo igitur contemptui haberit cepit, canisq; ab Ere-  
tricensibus ac delirus appellari. Postea uero in summa ad-  
miratione omnium fuit, adeo ut ciuitatis quoq; gubernacu-

la sibi tradicerentur, legationibusq; crebris ad Ptolemeum  
et Lysimachum, praeterea ad Demetrium functus, ubiq;  
honoratus est. Cumq; illi ciuitas ducenta quotannis calices  
persolveret, quinquaginta renasit. Apud quem accusatum  
quod traderet Ptolemaeo ciuitatem, se per epistolam purga-  
uit, cuius hoc initium est:

## M B N E D E M V S D E M E T R I O R E G I S.

A V D I O tibi de nobis plurima fuisse narrata, &c. Per  
eam illum admonet caneret unum ex his qui sibi essent in-  
feusi Aeschylum nomine. Constat illum ad Demetrium pro  
Oropo grauiissime legatione functum, ut Euphanthus quoq;  
in historijs meminit. Erat eius in primis studiosus Antigo-  
nus, seq; ipsius discipulam esse predicabat, & cum Barba-  
ros fudiisset, circa Lysimachiam, decretum ei scripsit sum-  
plex atq; ab assentatione alienum, cuius initium est: Duxes

<sup>\*wpiptw</sup>  
<sup>quod mox sine</sup>  
<sup>eis principem</sup>  
<sup>ueret.</sup>

& consilij primores dixerunt, quoniam Antigonus rex  
prælio domitis Barbaris aduenit in Eliam, eiq; prosperè  
cuncta succeedunt, uisum est senatu ac plebi. Horum igitur  
gratia, & praeterea propter sumnam cum illo anticitiam,  
quod illi ciuitatem proderet, suspectus habitus, insimulante  
Aristodemo, clam exiit, atq; Oropi moratus est in Am-  
phiaraï fano. Ibi cum perissent auric calices, ut Hermippus  
dit, communis Bacotiorum decreto loco migrare iussus est.  
Inde profectus moerens & patriam clanculum ingressus  
uxorem ac filios sumens, sc ad Antigonum contulit, ibiç;  
uitam moerore terminauit. Refert Heraclides his omnino  
contraria. Nam illum senatus principem Eretriam à tyran-  
nis sape liberasse Demetrij uiribus fratum. Non igitur An-  
tigono prodiisse ciuitatem, sed falsam subiisse calumniam,  
profectumq; ad Antigonum, cum ut patriam è seruitute eri-  
peret, illum inducere non posset, septem dies totos cibo ab-

*fluisse, atq; ex animi dolore uita excessisse. His similia et  
Antigonus Carystius resert. Soli autem Persaeo inexordi-  
bile indixit bellum. Haud enim obscurum erat Antigonum  
cum Menedemii gratia, Eretriensibus remp. uoluisset resti-  
tuere, ab eo fuisse prohibitum. Quocirca in coniuicio Mene-  
denus in illum acriter inuestitus, inter cetera sic ait, At qui  
iste quidem philosophus es, sed uir omnium qui sunt aut  
suerunt uel futuri sunt, profecto nequissimus. Moritur autem,  
ut ait Heraclides, septuagesimum tertium agens etatis an-  
num. In eius autem laudem nos quoq; ita scripsimus:*

Ἐκλυού μετίσκει τέορ μόρον, ὡς

Ἐκῶμ ἀπίστεις ἐμ οὐαίροσιν ἐπίτι

Μαλέων ἐργίων κατ' ἐργούς ἔρξας ἐρετρικόμ

ÅM' emas ær arðrop. ær u xín yv hýrnuma

Еще. беседа

*Adiutor nobis Menoedione mors est tua,*

*Ohi sponte ad septem dies nihil sibi scriptum*

Ciborum, opus quidem aggregatum Eretricum,

*Sed non virile, hasit nam impotentia.*

Hoc omittit.

*Et hi quidem Socrati ci & qui ab eis profecti sunt. Transcundum autem est ad Platonem, qui instituit Academiam, & ad eos qui ab ipso quoiquot fuerunt, eloquentes.*

D I O G E N I S L A-  
ERTII DE PHILOSOPHO-  
rum uita Liber Tertius.

P L A T O.



L A T O Aristoue patre & matre Peri-  
ctiona, sive Potona Athenis natus est. Ma-  
ter à Solone genus duxit. Solonis quippe  
frater Dropides, Critiam genuit, cuius fi-  
lius Calescrus Critiae filius, qui unus fuit  
extinginta, Glanconisq; pater ab eo Charnides &  
Perictione geniti sunt, atq; ex ea & Aristone Plato sextus à  
Solone nascitur. Porro Solon ad Nelicum & Neptunum  
genusrefert. Aristonem quoq; patrem à Codro Melantbi  
filio originem ducere tradunt, qui à Neptuno itidem san-  
guinem trabere Thrasyllo teste memorantur. Enimvero  
Pseusippus in lib. qui Platonis de\* coena inscribitur, et Cle-  
archus in laudatione Platonis, & Anaxillides in i.l.de phi-  
losop.lib. asserunt Athenis famam esse Aristonē Perictione  
cum esset speciosissima, uim instrire constum esse, uerū  
fuisse illius conatus irritos, midisseq; in somnis Apollinem,  
atq; ab eo mundā à iugali copula quoad pareret, uxorem  
seruasse. Nascitur autem Plato, ut Apollodorus testatur in  
Chronicis, L x x x v i i i . olymp. Thargilionis septima, qua  
die natū Apollinē Delij autumant. Moritur autē, ut Her-  
mippus tradit, primo anno centesima octauae olymp. in  
nuptijs discubens, octogesimum & primū & tatis agens an-  
num. Neanthes octoginta quatuor annos natum desciisse  
scribit. Est igitur Isocrate minor natu annis sex. Ille quip-  
pe sub Lysimacho, Plato sub Amnia natus est, sub quo &  
interpret. Pericles diem obiit. Erat autē familia Collyteus, ut refert  
Ant

Ante Ieo in secundo de temporibus. Natus est secundum quosdam in Aegina in Phidiade domo, cuius qui Thalensis filius fuit, ut Phaorium ait in omnimoda historia, patre ipsius cum ceteris missis, in agrum sortiretur, Atheniasq; reuerso, cum à Lacedæmonijs qui Aeginensibus opem tulerant, expulsi sunt. Iudos quoq; magnificos Athenis exhibuit, Dionne sumptus suppeditate, ut ait Athenodorus in octavo ministrorum libro. Fratres habuit Adimanthum et Glauconem, sororemq; Potonam, de qua Speusippus nascitur, literasq; apud Dionysium didicit, cuius e in Anterasti meminit. Exercitatuq; est apud Aristonem Argum palestritam, à quo e Plato propter egregium corporis habitum cognominatus est, cum prius Aristocles ex aui u nomine uocatus esset, ut in successionibus tradit Alexander. Sunt qui ob orationis ubertatem e miram latitudinem sic appellationum putent, sine quod ampla fuerit fronte, ut Neanthes scribit. Nec desunt qui in\* Isthmo palestra, se exercuisse uelint, sicut \*istudi. e Dicxarchus in primo de Vitis. Picturæ quoq; fuisse studiosum ac poëmata scripsisse, primò quidem dithyrambos, deinde melos ac tragœdias. Vox illi gracilis fuit, ut ait Timotheus Atheniensis in libro de Vitis. Pertur et Socrates uidisse per somnium oloris pullum sibi in gremio plumescere, qui continuò exortis alis in altum aduolans suauissimos cantus ediderit. \* Postridie cum Plato sibi à patre commendatus esset, hunc cygnum quem uiderat dixisse. Philosophari caput primum in Academia, inde se in hortum qui iuxta colonum est contulit, ut Alexander in Successionibus scripsit, Heraclitum adducens testem. Demum cum tragicum certamen esset initurus, ante Dionysiacum theatrum audito Socrate igni poëmata exusit, dicens:

Ηραγε πρόμολ' ὠδή, Πλάτων γέτι σῶο χαρίζει. hoc est,

h 3 Huc

Huc ades ô Vulcane, Plato nam te eget in hac re.

Hinc annum uicesimum etatis agens Socratem audiuit. Illo  
decedente Cratylu Heracliti discipulo & Hermogeni Par-  
menidis Philosophiam tuentis operam dedit. Deinde cum  
esset annorum duodecimtriginta, ut ait Hermodorus, Megara  
se ad Euclidem cum alijs aliquot Socratis contulit. Hic  
Cyrenem profectus Theodorū mathematicū audiuit, atq;  
inde in Italiā ad Pythagoricos Philolaum atq; Eurytum  
cooperit. Ab his se in Aegyptum ad prophetas sacerdotesq;  
recepit, quō et Euripidem aīunt unā secum profectum esse,  
atq; ibi morbo comprehensum, à sacerdotibus marina cura-  
tione fuisse absolutum, qua ex re poslea dixerit:

Οὐλαττα κλόψι πάτητα τὸ θράπατον κακά. hoc est,  
Mare universa prolnit hominum mala.

Quia cū dixisse iuxta Homerum Aegyptios omnes medi-  
cos esse. Decreuerat Plato magis etiam congregari, utrum  
propter Asie bella proposito destituit. Regressus utrō Athē-  
nas in Academia commorabatur. Est autem locus in subur-  
banō nemorosis, à quodam heroē Academio nomine appell-  
atus, sicut & Eupolis in Astarteūis memorat dicens:

Ἐπ ὀντωτοῖς σφρέμοισι πανδίξεις. hoc est,  
In ambulactis Academi umbrosis Dci.

Sed & Timon in Platonem loquens, inquit:

Ταῦ πάτητον ἡγάτο πλατύτατος, ἀλλὰ οὐρανίος  
Ηδυεπίς τεττήσιμης ἴσχυρά φέρει, εἰδὼς ἐκαθίκητο

Δέσμοις ἵπεισθεντοι ὅπα λέγεισταραπ λύσι. hoc est,

Hos inter dux ille Platocelissimus ibat.

Cuius ab ore melos manabat, quale Hecademi  
Arbustis lepida modulantur noce cicade.

Antea enim per tentacū scribebatur Academia. Hic igitur  
Philosophus, Isocrate amico utebatur. Enimvero Praxi-  
phan

phantes quandam conscripsit inter eos habitam de Poëtis  
 scholam, cùm in rure Platonis hospitio fueretur Isocrates.  
 Ter illum militasse Aristoxenus auctor est. primò in Tan-  
 gram, secundò in Corinthus, tertio in Delum, ubi et ui-  
 toria potius sit. Misericordia Heracliteorū Pythagoreorumq;  
 ac Socraticorum rationes, atq; in his quidem quæ sensibus  
 subiaceant, Heracliti partes tuebatur. Porrò in his quæ ad lumen templum  
 intelligentiā pertinent, Pythagore acquiescebat. In rebus  
 autem ciuilibus Socratis suam maximè amplectebatur. at-  
 que ita in unum corpus triplicem Philosophie compeditra-  
 tionem. Ait autem quidam, ex quibus Satyrus est, Dionis illum  
 scripsisse in Siciliam, uti tres libros Pythagoricos sibi eme-  
 ret, à Philolao centum minis. Erat enim satis opulentus, ac-  
 ceptis à Dionysio plusquam octoginta talentis. Sicutenim  
 Honetor scribit in libro cuius est titulus: An pecuniosum  
 oporteat esse sapientem. Multum illi Epicharmus contu-  
 lit comicus, cuius et plurima transcripsit, ut Alcimus in eis  
 libris quos ad Amyntam scripsit, quatuor numero, meminit.  
 Eorum in primo ita loquitur: Constat autem et Platonem  
 complura sibi de Epicharmi libris assumere. Id ita inspicien-  
 dum est. Sensibile afferit Plato, quod aut in qualitate aut in  
 quantitate nunquam persistat, sed diffuat semper, atq; in-  
 mutetur. Veluti si numerū ex ijs tuleris, quæ neq; equalia,  
 neq; aliqua, neq; quanta, neq; qualia sunt. Porrò ista sunt  
 quorum semper generatio est, nunquam uero substantia. In-  
 telligibile uero cui nihil uel accedit, uel decedit. Hoc autem  
 sempiternorum natura est, quam similem atq; eadem semper  
 esse contingit. Atqui Epicharmus de sensibilius atq; intelli-  
 gibilibus in hanc sententiā expresse loquitur. addidit præ-  
 terea Alcimus. Ait autem sapientes animam, alia quidem  
 sentire per corpus, puta uidendo atq; audiendo, alia uero  
 ipsam

ipsam per seipsum animaduertire, nullo corporis officio posse tem. Quocirca eorum quae sunt, alia sensibus percipi, alia intelligentie ratione comprehendi. Quare Plato quoque optere dicebat eos qui cuperent rerum initia colligere, ipsas primas species, quas Ideas vocat, secundum se ipsas distribuere, puta similitudinem et monadem, multitudinem atque magnitudinem, statumque et motum. Secundum ipsum per seipsum, honestum ac bonum, iustum, atque huiusmodi cetera subiectare. Tertio conspice que sibi mutuo coherent Ideas, puta scientiam aut magnitudinem sine dominationem, simul et illud cogitare, ea que sunt apud nos ex illorum participatione eis aequi vocari. Exempli causa, dico iusta esse quae iusto communicaant, honesta quae honesto. Est autem unaqueque species alter-

dis, iuxta-

na, ac praeterea intelligentia omni perturbatione usqua. Quocirca ergo Ideas in natura auctor exemplaria dixit subsistere. Alia his esse similia quae maxime ad istarum similitudinem constant. Epicarmus igitur de bono atque ideas inferre differit. Num tibi arum cantus res aliqua est: ita sane homo igitur ipse cantus est. nihil minus. Age uideamus, Tibicen aliquis homo ne tibi uidetur nec ne homo profecto. Non ne igitur idem tibi uidetur de bono, aliud esse bonum, aliud uero rem si quidem secundum ipsum quisquis illud didicerit, iam bonus efficietur. quemadmodum quiclibet arum cantum didicerit, tibicen, qui saltare, saltator, qui complecti, complexor merito dicitur. atque in hunc modum de ceteris, quod qui ea didicerit, non ars ipsa, sed artifex vocatur. Plato in opinione de ideas ait: Si quidem est memoria, ideas in his quae sunt, existere, quod memoria quiete cuiusque rei acommodantis sit. Manere autem praeter ideas nihil. Quo enim, inquit, modo scrarentur animantes, nisi et ideam attigissent, et praeterea naturalem mentem accepissent? Meminit autem

autem similitudinis & pabuli cuiusmodi illis esse soleat, ostendes quod sit animalibus omnibus insita similitudinis intelligentia. Quocirca et quae sunt eiusdem generis sentiunt. Porro Epicarmus ita ferme ait. Sapientia non in uno tantum consistit, sed quae nivunt omnia, notionē quoq; habet. Nam <sup>\*γνῶμας</sup> gallina si aduertere uolueris, nou parit uiuentes pullos, sed <sup>sum.</sup> oua prius incubat, & calore gemit. Hac autem sapientia, ut sepe habeat, natura uonit sola. Ab ea quippe eruditur. Ac rursus, Nihil profectò mirum si ita loquar, & placere eas sibi et uideri præclarè uatas. Nam et canis cani uidetur esse pulcherrimus, & boui bos, et asinus asino, sus item sui uidetur uenustate præstare. Ista & huismodi quatuor libris prosequitur Alcimus, admonens quantum emolumenti Plato ex Epicharmo sibi cōparauerit. Quod autem neq; Epicharmus ipse hoc ignorauerit, ex ijs coniūcere licet, quae presagiens ac ueluti diuinans fore imitatoreū fai, sic sc̄re ait: Ut autem ego puto, immo pro comperto habeo, meorum adhuc erit memoria rerū, meorumq; sermonū, eisq; quāspīā acceptis, metro soluto, quo nunc constat, coloreq; adiecto purpuram uenustate uerborum componet, <sup>\*ιμιέτιαι</sup> ipse <sup>\*Ιονάθασι</sup> alios facile superabit. Videtur Plato Sophrōnis quoq; mimographi libros antea neglectos primus Athenas inuexisse, gestumq; ex eis duxisse, qui et sub eius capite fuerint reperti. Ter autem nauigauit in Siciliam, primò quidem ut insulam crateresq; uideret, quo tempore Dionysius Hermocrat̄is filius tyrannus impulit, ut secum loqueretur. ubi cum ille de tyrannide differeret, dicēs no id præstare quod sibi soli esset utile, nisi et uirtute excelleret, offendit tyrannum & iratum dixisse aiunt, Verba tua <sup>\*ο</sup> ciōsorū senum sunt. et ille, et tua, inquit, tyrannidē sapiunt. Ad hanc indignatum tyrannū primò quidē necare illū uoluisse. deinde uero à Dio-

ne ex Aristomene exoratum, id quidem non fecisse, utrum Polidi Lacedaemonio qui per id temporis legatus ad se uenerat, cum tradidisset, ut ueniret. Eum ille in Aeginā adducit, ut uenididit. Quo tempore Charmander Charmandridis filius cum mortis rcum esse accusauit. Iuxta promulgatam enim apud eos legem capitile erat, si quis Ateniensiam eam insulā adiisset, atq; ipse eam legē tulerat, ut Phaenorus memorat in omnimoda hisloria. Ceterū cum à quodam fuisse dictum, \*disciplinæ gratia Philosophum cōascendisse, absolutum dimiserunt. Afferunt pleriq; illum et in concionem adductum, ubi cum obseruaretur, nihil penitus locutum fuisse, prompto aviro quicquid contingenteret, accipere paratum. Illos cum minime quidem occidendum, sed solum uendendum captivorum more decrueisse. Aderat fortè Aniceris Cyrenaicus: is cum uiginti minis, sive ut alij nolunt, triginta redemit, remisistiq; Athenas ad amicos. Illi exemplò pecuniam Aniceridi remiserunt. Sed banc ille omnino accipere noluit, afferens non eos solos dignos esse quibus Plato curæ esset. Alij Dionem eam misisse pecuniam dicunt, illumq; eam nulla ratione admisisse. Sed hortulum quoq; in Academia sibi comparasse. Polidem uero à Chabria superatum, ex postea in Helice fuisse submersum, fama est, demonio illi indicante ista illum Philosophi gratia perpeti ut Phaenorus in primo commentario meminit. Atqui non quicquid Dionysius ipse, uerū cùm didicisset que illi contigissent, scripsit Platoni, orans ne in se maledicta ingreditetur. Ad quem ille scripsit, non sibi tantum superesse atq; ut Dionysium meminisset. Secundò profectus est ad iuniorem Dionysium, postulans terram atq; homines qui huxta constitutam ab eo Remp. uiuerent. Id ille quanquam pollicitus, non præstitit. Nec abfuit secundum quosdam suspicio illum

magno sui periculo Dionis & Theotae persuadere tentasse, illorumque erexit animos ad liberandam insulam. Quo tempore Archytas Pythagoricus scripta ad Dionysium epistola purgauit illum à suspitione, atque exceptum Athenas remisit. Est autem epistola huiusmodi.

## ARCHYTAS DIONYSIO S.

MISIMVS omnes Platonis necessarij Laniscum & Photidam, utrum illum abs te recepturi inre antiquæ nostræ amicitia. Rectè igitur feceris, si memineris quantò à nobis studio effligitasti Platonis ad te aduentum, ut nos illum neatre hortaremur, facturum te spondens omnia: illumque libere accedere et abire permisurū. Memor esto igitur quanti illius aduentum feceris, quodque eo tempore plus ceteris amaueris. Quod si quia orta similitas est, humanius te agere conuenit, illumque nobis restituere illæsum. Hæc enim si facis, iustitiæ coles, ac nobis gratificaberis. Tertio accessit. Dionem reconciliaturus Dionysio: sed cum id obtinere nequisset, infecto negotio ad patriam rediit. Vbi ad Remp. accedere quidem noluit, quamvis maxime civilis esset, ut ex his constat que scripsit. Ratio autem cur abstinuerit à publicis negotijs, illa in primis fuit, quod plebs alij institutis & moribus assueverat. Refert Pamphila in uigesimo quinto commentariorū, Arcadas ac Thebanos condita ciuitate ingentis magnitudinis rogasse illum ut eam Remp.<sup>\*</sup> instrueret. quos cum ille didicisset aequalitatem sectari nolle, profectū <sup>\*raptus</sup> non esse. Fertur et Chabriā ducē reū mortis secutus, cum id ciuiū neco tcutare uoluisset, quādo et arcem cum Chabria ascendentī Crobyliū sy copianta conuiciatus dixit, alteri open laturus accedis, quasi uero nescias et te manere Socratis<sup>\*uencuum</sup>? Ad quem ille, quando pro patria militabam, <sup>\*nūrpp.</sup> pericula pertuli, et modò amici gratia ne desim officio, perlib

libenter me periculis expono. Primus hic, ut Phanorinus ait  
in octavo omnino modæ historiæ, dialogos introduxit, pri-  
musq; inquisitionis modum per resolutionem Leodamanti  
Thasio induxit, & primus in Philosophia nominauit "An-  
tipodæ & elementum et Dialecticam et Poëmati et pre-  
longum in numero. Extremorumq; planam superficiem, ac  
vixit. Dei prouidentiam. Primusq; Philosophorum orationi Ly-  
cei Cephali filij contradixit, ipsam ad uerbam expouens in  
Phædro, primusq; Grammaticæ uim speculator est. Cumq;  
primus omnibus ferè qui ante se fuerant, contradixerit, que-  
ri solet, cur Democriti mentionem non fecerit. Refert Ne-  
anthes Cyzicenus hunc cùm in Olympia aliquando de-  
scendisset Græcorum in se omniuim ora conuertisse, ac  
eodem tempore Dionis congressum, aduersus Dionysium  
bellare insituenti. Porro in primo commentariorum Pha-  
norini fertur, Mithridatem Persam Platonis statuam in  
Academia locasse, ita inscriptam, Mithridates Rhodobe-  
ti filius Perses, Musis imaginem Platonis diceauit, Silanio-  
nis opus. Tradit Heraclides iuuenem Platonem adeò fuisse  
uercundum, adeò compositum, ut nunquam risisse nisi  
modicè, deprehensus sit. Cum tamen esset eiusmodi, ne sic  
quidem conicorum conuicia effugit. Theopemptus enim in  
Antochare sic ait:

Ἐπὶ γὰρ τῷ θεῷ εἰ.

Τὰ δὲ μόλις ἦν ἐγένετο φυσί Πλάτων. hoc est,

Vnum enim ne unum quidem est,

Sed uix duo sunt unum, narrat ut Plato.

Sed & Anaxandrides in Theseo,

Οτε τὰς μορφὰς ἔφευγε πάντας Πλάτων. hoc est,

Quando uorabat oleas noster ut Plato.

Timon quoq; ita illum agit;

Οἱ ἀνταλαστὶ Πλάτωνι πεπλασμέναι θάμψαται εἰδός. i.  
vt confusa Plato astutus miracula finxit.

*Et Alexis in Micropide,*

Ἐτις κρυπτὸν ἔκειτο. ὃς ἴγνως ἀπορημένος  
Ἄντε κατώ τε περιπάτος σ' ἀστερὸς Πλάτων  
Σφρός ἐδίψει εὑρέκει, ἀλλὰ κοστῖον τὰ σκέλη. *hoc est,*  
In tempore ipso tu uenisti, uerum ego  
Sursum ac deorsum tristis, ut Plato, seror  
Misera, labore frustra laßis cruribus.

*Etrursum in Acylione,*

Λύγεις περὶ ὧμον οἰσθα, συγχειῶς βέβαιος  
Πλάτωνι, καὶ γνῶση λίτρον ἢ πρόμακνον. *hoc est,*  
Ignoti nobis narras, plane cur sitans  
Platonis instar, ac nosce cepit et litron.

*Amphis in Amphicrate*

Τὸ δὲ ἀγαθὸν ὅτι περὶ ἐτίμη, καὶ σὺ τυγχάνεις  
Μίλλας διὰ ταυτῆς, ἡττοῦ οἴδα τὴν ἐγώ  
Διὰ διωτοῦ ἢ τὸ τοῦ Πλάτωνος ἀγαθὸν. *hoc est,*  
Atqui bonum illud quod nancisci cogitas  
Te posse, propter hanc certe id minus scio  
Platonis illud quam bellum bonum ὡθεῖ.

*In Dexidemide uero ait, ὡς Πλάτων*

Οἱ ἑδίηιοι οἰσθα πλατὺς συνθρωπάζεις μόνον  
Ωστερὸς κοχλας, σφυρὸς, εἰωκυάς τὰς ὁρθοῦς. *hoc est,*  
Aliud nil potes quam micrere mihi Plato,  
Et fronte semper corrugata, ut coclea.

*Cratinus in subdititio,*

Ἄνθρωπος εἶ φιλονότι, καὶ τὸ χάρη ἔχεις.  
Κατὰ μὲν Πλάτωνος δικαίοις, ὑπεροδῶδες ἔχεις. *hoc est,*  
Homo es profecto, mentemq; et sensus habes  
Iuxta Platonem, uix scio, uerum arbitror.

Alexis Olympiodoro,

Σᾶμα μὲν ἡμῶν τὸ θερτόν ἀνθρώπων λύτρον  
Τόσον ἀδιάνατον λέγεται πρὸς τὸν αἴρα.

Ταῦτ' οὐχὶ χολὴν Πλάτωνος.      hoc est,  
Homo fuit quidem mortale, in me quod fuit  
Mortale quod non fuit, in auranū evanuit.  
Num hæc ex Platonis schola?

Et in Parasiilo,

Ἐι μετὰ Πλάτωνος ἀδιάλειτον καῖσαμόντας.      hoc est,  
Aut cum Platone solitarium loqui.

Subsannat εἰς hominē Anaxilas in Botrylione εἰς \* Cer-  
co, εἰς πλαστούς. Aristippus in quarto de antiquis delicijs  
dit illū adolescentis cuiusdam Stelle nomine qui cum co-  
Astrologie dabat operam, amore captum, Dionis etiam  
cuius meminimus. Nonnulli εἰς Phædrum amasse putant.  
Indicium autem amoris fuisse epigrammati ab eo in illos  
conscripta.

Ἄσηρας ἐν Καθηρίᾳ ἀπὸν ἡμῶν, ἔθε γερούμενος  
Οὐρανὸς ὡς πολλοῖς ὅμμασιν, εἰς τὸ βλέπων.

Ἄσηρε πολὺ μὲν ἐλαυνων ἐν τῷ οὐρανῷ ἔωσι  
Νῦν ἡ φθειρὸν λάμπεις ἵστερος ἐν φθιμενοῖς.      hoc est,  
Οὐτιναὶ cœlum fierint cùm sydera cernis  
Mi Stella, ut multis in te oculis tuerer.

Iamduadū nimis lucebas lucifer, at nunc  
Extinctus lucebas Hesperus Elysij.

In Dionem uero in hunc modum,  
Δάκρυα μὲν Ἐκάθυ τι καὶ Λαζαροὶ γιαναῖ  
Μοίρας ἐπίκλασταν δίτασσε γερουλέντια.  
Σοὶ ἡ Δίωρη φέσαται καλόντι ἐπινίμονον ἐργον  
Δαιμονοῖς λυρίας ἐλαύοντας ἐστι χιαρη.  
Καὶ γαρ δὲ λερού χρέοφτον ταῦθι τίμιος ἀρρεν-

Ων ἡμέρη

Ω μετρικάς θυμόντος έρωτος Δίας. . . . . hoc est,  
Et lacrymas Hecubae, & Troianis fata puellis  
Decruere recentis ex genitrice satis.  
At tibi post partos preclaro Marte triumphos  
Spes reliqua est nullis clare Dionis superis.  
Te patria ampla sicut, cumulat te ciuis honore,  
Quo mihi nunc mentem perdis amore Dionis.

Hoc enim illius sepulcro inscriptum Syracusis tradunt.  
Quin et Alexim amasse fertur, et Phaedrum, quem admodum diximus, in quos scripsit in hunc modum,

Νῦν δέ τε μνησθε πλεξισ δύορυ μόνορυ εἴφεται καλός,  
Ω πλατ., καὶ πάρτη \* πᾶσι πλειστάπεται.

Οὐ μέτρι μνήμαις κυρίῳ δύτερος, εἴτε ἀνίστεις

Υγειορυ, νέχοντα Φαῖδρου ἀπωλεῖσαμεν; . . . . . hoc est,  
Nunc quoniā nihil est quoquid se uerterit omnis

Solum quod pulcher uisus Alexis ait:

Quid mihi anime os canibus prodis, mox inde molestus  
Detrectas, Phaedrum siccine perdidimus!

Archeanassa quoque Colophoniam usum esse, in quam sic scripsit,

Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ πολεμῶντος ἑταῖραν

Ηταὶ καὶ ἐπὶ βυτίσωντος ἤγετοι μέρυμβος ἔρωτος

Ἄλλοι, νεύτητοι ἀπαρτίσαντες ἐκέρνεις

Πρωτοπλόκον, διὸ δύος οὐλήτετε πυγμαῖς. . . . . hoc est,

Archeanassa mihi est incretrix Colophonias seris

Cuius et in rugis sedet acerbus amor.

Quas miseri flamas, per quanta incendia abiit;

Libati illa quibus prima iuuentu fuit.

In Agathonem item,

Τὴν φυχὴν ἀγάθωνα φιλῶντος ἐπὶ χάλιστρον ὕσχον.

Οὐλήτετος οὐλήμων ἡστοισιστομένη. . . . . hoc est,

\*alid., wā̄r̄w  
iwaſip̄ya.

*Sicut id dans Agathoni, an non ī ipſe in labra tenebam;  
Acgra etenim properans tanquam abitura fuit.*

*Item aliud,*

*Τῷ μάλῳ βάλλεσθε, οὐ δὲ ἐνέδοι φιλέστη με  
Δεξαμενὴ τὸ σῆς παρθενίης μετάλλος.*

*Εἰ δὲ ἀρρενοφύλακας, τοῦτον τὸν δὲ λαβέσσα  
Σκιταὶ τὸν ὄφαντα δηλιγοχόσθιος.*

*hoc est,*

*Malo ego te ferio. tu me si diligis, illud*

*Suscipe, ne impari erit uirginitate tua.*

*Hoc fieri si posse negas, hoc suscipe m. slum,*

*Quād periret paruo tempore forma nide.*

*Μᾶλον ἔγα, βάλλε με φιλῶν τὸν ἀλλ' ἐπίνευσον*

*Ζευσίππην, κατὰ καὶ σὺ μαρτύρισθα.*

*hoc est,*

*Malum ego, me iugulatur, amat qui te. annue queso*

*Xanthippe. tibi mox nam et mihi forma perit.*

*Aiunt et illud in Eretricenses insidijs exceptos ipsius esse,*

*Eubulus γίνεται μὲν Ἐρέτριος, αὐτὸς δὲ Σεύστων*

*Κάμειθα, φεῦ γαῖας τεασον. αφ' ἡμετέρης.*

*hoc est,*

*Euboeae suimus Eretrum genus. at prope Susas*

*Conditur, heu nostratam procul à patria.*

*Et illud,*

*Ἄκρητις μονσαρτικοράσια τὰν Ἀφροδίταν*

*Τιμέτ', οὐ τὸν Ἑροῦ ἔμψιμον ἐφοπλίσομαι.*

*Χ' αἱ Μέσται, ποτὶ Κύπριη ἄρει τὰς γαμένδας τῶντα*

*Ἄμινδ' οὐ πέταλον τέτοτε παιδάριον.*

*hoc est,*

*Hec Venus ad musas, Venerein exhorrescite nymphas,*

*In uos armatus aut Amor infiliet.*

*Cui contrari Musæ, lepidabac*et* ioca tolle precamur.*

*Aliger huc ad nos non uolat ille puer.*

*Item aliud,*

*Χρυσὸν ἀγνόειν φάνη θλιτερὸν βρόχον. αὐτάροις ὁ χρυσός*

*Ov*

· ὅπλίτερος καὶ χρήματος ἡ τέχνη ὥσπερ θρόκος. hoc est;  
Aurum qui reperit, laquum abiicit: alter amissio  
Anno, collo aptat quem reperit laquum.

At uero Molon hostili aduersus illū animo, non id ait esse  
mirandum; si Dionysius Corinthi, sed si Plato esset in Sici-  
lia. Videtur et Xenophon haudquaquam amico in illum  
fuisse animo. Nam ueluti contentionis studio similia scrip-  
re, Synposium, Socratis defensionē, cōmentaria mortalia. Ad  
hac ille de Rep. hic Cyri scripsit infantiā, quam in suis le-  
gibus Plato fictam dixit: neq; enim ciuiusmodi fuisse Cyrū.  
Tum ambo cum Socratem semper habeant in ore, nusquam  
reperies sui inuicem fecisse mentionē. Sententia tantum Xenoph-  
phon Platonis meminit in tertio commentariorum. Fertur  
et Antisthenes cum eorū quae scripserat quippiā recitare  
uellet, orasse illum ut adesset recitanti. Et cum rogauit cu-  
iusmodi id esset, libri eius titulum explicuisse, de eo inquit,  
quod nō sit cōtradicere. Tu ergo, ait ille, de hoc ipso quo-  
modo scribis? et cum doceret contra suā uenire senten-  
tiam, scripsit aduersus Platonē dialogum, Sathonem illum  
inscribens. Ex eo iam alienis animis in se inuicem fuere.  
Aiunt Socratem cum Platonis Lysidem audisset recitari,  
probabiliter immortales dixisse, quād multa de me mentitur  
adolescens. Scripsit quippe nō pauca uir ille, quae Socrates  
nō dixit. Fuit illi et aduersus Aristippū hanc obscurā si-  
multas. Nam in libro de anima illū insinuat, quod absu-  
rit moriēti Socrati, cum in Aegina uicino Atticē loco per-  
id tēporis moratus sit. Erat illi cum Aeschine quoq; ut fere-  
tur, Socratis auditore contentio, quippe cum à Dionysio  
magniceret, egensq; rerū omnium ad eum profectus esset, à  
Platone despexit, atq; ab Aristippo fuisse cōmendatum.  
Porro sermones quos Critonē fecit in carcere loquentem,

cùm Socrati cōsuleret fūgā, Ac schinis fluīsse tradit Idome-  
 neus, illi uero à Platone huius odio fūisse attributus. Bi-  
 uero nū quā in libris suis Plato mentionē fecisse deprehē-  
 ditur, preterquam in libro de immortalitate animæ, et in  
 Socratis defensione, idq; tenuiter. Enim uero styli ipsius ge-  
 nus, inter poēma et prosam orationē mediū ait Aristote-  
 les fluere. Hunc solum Platoni assedisse quodam loco Pb-  
 auorius ait, cùm librū de anima recitaret, reliquos omnes  
 surrexisse. Pleriq; autem Philippū Opuntiū ipsius le-  
 ges que erant in cera, transcripsisse, huius et Epinomida  
 esse alium. Euphorion ac Panætius initū librorū de Rep.  
 sepius inuentū inuenīsum atq; immutatū dixerūt. Eā ipsius  
 Rēmp. Aristoxenius totā fermē in Protagore cōtradictio-  
 nibus assertit scriptā. Phædrū primo illū scripsisse fama est,  
 Habet enī quæstio illi: nō nihil inuenire. Porro Dicēarchus  
 totū id scribēdi genus, ut graue ac molestū carpit. Platone  
 tradūt cùm uidisset quendā aleis ludentē increpāsse, et cū  
 ille, quām me in paruis reprobēdis diceret, respōdisse: At  
 est cōsuetudo nō parua res. Rogatus an ipsius monumenta  
 sicuti superiorū futura essent, primū, inq; t, cō parare ope-  
 ret nomen, tum multū promotū fuerit. Ingresso aliquando  
 Xenocrati, cæde, inquit, bunc puerū. Nā ipse quod iratus  
 sim, nequeco. Cuidam item scruorū, iam, inquit, uapulasses,  
 nisi iratus essem. Cūm equo insediasset, cōtinuò descēdit, di-  
 cens uereri se ne equi et ferocitate raperetur. Ebrijs cōsule-  
 re solitus erat, ut in speculo se studiorē intueretur, quoad  
 eiusmodi sauditate deterrentur. Potare usq; ad ebrietatē  
 nūquam decere monebat, preterquam in diebus festis dei  
 Lægitoris uini. Somnus item inmodicus illi displicebat. In  
 legibus siquidē ait, Dormiens autē nemo ullius precij est.  
 Veritatem suam iorem auditu omnibus qua diceretur. Alij,

nica loqui in cūdīni oībus dixisse putat. Sic autē et de ueritate dixit in legib. Praeclarū quiddā est ueritas, oī hospes, atq; durabile. Verū id p̄suadere nō facile uidetur. Optabat insup memorī sui, uel in amicis uel i libris relinqui. \*Lo-<sup>\*ifuridw q̄is</sup>  
cis et ipse utebatur plurimū. Moritur eo quo diximus mo-  
do, x 111. Philippī regis anno, ut Phauorinus in 111. com-  
mīt. refert, à quo et obiurgatū fuisse illū Theopompus au-  
tor est. Myronianus in similib. ait Philonē meminiſſe pro-  
uerbiſ de Platonis pediculis, quasi ſic ille defecerit. Sepul-  
tus est autē in Academia, ubi plurimū tēporis philosopha-  
tus fuerat. Vnde & que ab eo fluxit ſecta Academica est  
appellata. Corpus ei elatū honorificē, et ab his qui eō concen-  
nerat cōditū. Eiusmodi fuit ipſius teſtamētū. Hæc legavit  
Plato atq; reliquit. Hephaſtiadū fundū, cui ab aquilone  
uicina uia est, quæ dicit à tēplo Cephisiadū, ab auro He-  
raclē Hephaſtiadū, ab ortu ſolis Archestratus Prēdiuſ,  
ab occaſu Philippus Cholidēſis. Hūc autē nemini licitum  
ſit aut uēdere, aut alienare, ſed ſit Adimāti filij quātū fieri  
potest. \*Encreſtiadūq; fundū quē emi à Callimacho, cui ab <sup>\*14</sup> ḥp̄uad-  
aquilone uicinus est Eurymedō Myrrhinusius, ab auro <sup>dūp.</sup>  
Demoſtratus Xypetron, ab ortu Eurymedon Myrrhi-  
nusius, ab occaſu Cephissus. Argenti minas tres, argenteā  
phialam pendētem drachmas C L x v. Cymbiū ponderis  
drachmarū quadraginta quinq;. Anulum aureū, & inau-  
rem aureā, ambo drachmas quatuor & treis obols pen-  
dentis. Euclides lapicida mihi debet minas tres. Diana di-  
mitto liberā, famulos relinquo Tychonē, Bictam, Apollo-  
niadem, & Dionysium. Supellectile & uasa ſcripta, quo-  
rū habet exēplar Demetrius. Nulli autem quicquā debeo.  
Curatores erunt Soſthenes, Speuſippus, Demetrius, He-  
gias, Eurymedō, Callimachus atq; Thrasippus. Hoc teſta-

menti ipsius exemplar. Sepulcrum eius his illustratū est  
epigrammatibus, quorum illud primum est,

Σωρούνη προφέρον θυτῶμ οὐδε τε οἰκαίω  
Ἐνθάδε οὐκ εἴται διότι ἀριστολέντ,  
Εἰδε τις ἐκ πάντων σορίν μέγαρ ἔσχεται παντορ  
Οὐτος ἔχει πλῆρον, οὐ φθίνος οὐχ ιπεται. hoc est,  
Iustitia cunctis præstans, mitisq; modesta,  
Hoc situs in tumulo diuus Aristocles.  
Si quenquam ad magnos sapientias uexit honores,  
Hunc citra inuidiam uexit et ipse uirum.

Item alterum,

Γαῖα μὲν ἐμή πάλιν πρεπής, τόδε σῶμα Πλάτωνος  
Ψυχὴ δὲ ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων.  
Τιοῦ ἀριστορος, τῷ δὲ τὸν καὶ τηλότιον νόμον  
Τιμᾶ ἀνὴρ ἀγαθὸς θεοφιλότατος βίος. hoc est,  
Corpus habet gremio contextum terra Platonis,  
Mens sed habet superum tecla beata deum.  
Divinum quem iam ueneratur quisquis honestus,  
Et probus est, cuius uel procul est regio.

Et aliud recentius,

Αἰετὲ τίπει βίβηκας θυτὸς τάφος, οὐ τίρος, εἴται,  
Ἄστροι ταύτα θεῶν οἶκοι ἀπωσκοτίζεις;  
Ψυχῆς αὖτις Πλάτωνος ἀποταμένης οὐδενικών  
Εἰκὼν, σῶμα τὸ γνησίες ἀτθίς ἔχει. hoc est,  
Quid monumenta super uoluctum regine uolast?  
Tu mihi dic superum quam tucare domum?  
Dina ego sublati in cælum fror umbra Platonis,  
Terrenum at corpus Attica seruat humus.  
Est et nostrum in hanc sententiam,  
Καὶ πᾶς εἰ μὲν Φίδες ἢ Ἐλάσσα φύσει Πλάτων  
Ψυχὴς ἀνθρώπων γράμμασιν οὐκίσατο.

Kai

Kai γα ὁ τῦδε γέγονε ἀσκληπιός οὗτος ἴντης  
 Σώματος, ὃς οὐχίς ἀθανάτου Πλάτων. hoc est,  
 Ni doctum Græcis genuisses Phœbus Platonem,  
 Proorsus nemo animis qui medeatur erat.  
 Corporis est medicus satus ex te Asclepius ægri,  
 Aeternæ ut sapiens est animæ ipse Plato.

Et aliud de eius morte,

Φοῖος ἔφυτε βροτοῖς ἀσκληπιόμ, οὐδὲ Πλάτωνα  
 Τὸν μὲν ἵνα οὐχὶ τόνολ' ἵνα σῶμα σάσαι.  
 Δαισθύνετος δὲ γάμορ, πόλιμη κλυνθεμ, οὐ ποτὲ αὐλεσθετος  
 Εκτισι, καὶ θλαστιδῶν συνδέσατο. hoc est,  
 Produxit nobis Asclepion atq; Platonem  
 Phœbus, ut hic corpus curet, & ille animum.  
 Coniugium celebrare uolens, quam condidit olim  
 Vrbem adit ipse, Iouis quamq; solo posuit.

Atq; ita se habent epigrammata. - Discipuli uero fuere  
 Speusippus Atheniensis, Xenocrates Chalcedonius, Ari-  
 stoteles Stagirites, Philippus Opuntius, Hestiaus Perin-  
 thius, Dion Syracusanus, Amyclus Heracleotes, Erastus  
 & Cariscus Scopelij, Timolaus Cyzicenus, Euæon Lam-  
 psacenus, Pithon & Heraclides Aenij, Hippothales &  
 Calippus Atheniensis, Demetrius Amphilolites, Heraclides Ponticus, & cōplures alij. Cum his & mulieres duæ,  
 Laethenia Mantinea, & Axiothea Phliasia, quæ, ut Di-  
 cearchus autor est, uirili utebatur ueste. Theophrastū itē  
 illius fuisse auditorē quidā referunt, & Hyperidē orato-  
 rem, Chameleon & Lycurgū ait, Polemo & Demosthe-  
 nē scribit ipsius fuisse studiosum. Sabinus itē ait & Mne-  
 siestratū Thasium in quarto de meditatione libro, & est id  
 quidē uerissimile. Verum enim uero cum Platonis in primis  
 studioſa sis, idq; hanc sane iniuria. Philosophi summi  
 i s dog

dogmatis peculiari quodā amore ac studio præ ceteris in-dagare soleas, operæ pretiū existimauit & sermonū illius naturā, & dialogorum ordinē, & persuasionis aut induc-tiōis uini, pro uiribus, ueluti per elemēta capitiq; digere-re, uti neq; de illius uita quā collegimus, dogmata quoq; & decretia desiderētur, alias quippe iuxta prouerbium, noctuā Athenas, si ea quæ per species distribuuntur enarrare tibi oportebit. Dialogos itaq; primū Zenonē Eleatē scripsisse serunt. Aristoteles in 1. de poëtis, Alexamenū Styreum si-ne Teiū, sicut & Phauorinus in cōmentarijs tradit. Cate-riūm Plato, meo quidē iudicio id genus expoluit, adhuc & lioqui rude, atq; perfecit. Ita nō solū ornate & expolite orationis, uerū et ipsius invenientis dignissime sibi primū uēdicat. Est autē Dialogus ex interrogacione et respōsio-ne cōpositus, de ea re quæ uel philosophiā uel relig. partes attingat, cum decenti & cōgrua expressione personarum que assumuntur, accurataq; cōpositiōne uerborum. Diale-ctica est disputādi ars per quā aliquid aut probamus aut improbamus, ex interrogacione itidē, & respōsione dis-serētū. Enim uero Platonicæ orationis genuinus stylus est, utcrq; summus. Alter ex his qui instituit atq; imibuit, ap-pellatur ὀρθητικὸς, alter in inquirēdo versatur, dicitur ἡ γένητικός. Prior ille in duo distinguitur genera, alterū in speculatiōe cōsistit, alterū in actiōe. Primū in naturale de rationale, secundū in morale ac ciuile diuiditur. Porro secū-dus ille itidē in duas species scinditur, p̄rīa q̄ exercetur, nō caturq; gymnastica, secunda ī certanūibus est, et agonistica dicitur. Quin et gymnastice bipartita diuisio est, altera uelut in cunabula exercitationis sonet, uocaturq; Mæcentia: altera iam suis uiribus nititur, tētātq; qd posse, et Pirastica dicitur. Agonistica item est bipartita distinctione, alia de-

monstrationi inscruit, & Endictica vocatur. alia exhortatur, & Anatreptica dicitur. Neq; sane nos fugit plerosq; Platonis dialogos aliter ac nos distinguere. Dicunt enim ex his alios dramaticos, quod quasi poëma uideatur imitari, alios quod narrationi inscriuntur, dicgematicos, mixtos alios appellant. Sed ea sane distinctio dialogorum scenæ quæ philosophorū scholæ uidetur accommodatior. Sunt ex his quidā qui ad physicā pertinēt, ut Timæus, Logicus ut politicus, Cratylus, Parmenides & Sophista. Sunt qui ad morale, ut Apologia, Critō, Phædon, Phædrus, Sympoſiū, Menexenus, Clitophon, epistole, Philebus, Hipparchus & Anterastæ. Civilē uero Repub. leges, Minos, Epinomis, & Atlaticus. Maeuticā astruunt Alcibiades duo, Thæages, Lysis, Laches. Pirasticā, Eutiphron, Menō, Ion, Charmides, Thætetetus. Endicticam, Protagoras. Anatrepticam Entydemus, Hippiae duo, Gorgias. De dialogo quid nam sit, & quæ nam sint eius differentiae, hactenus. Quoniam uero infinita contentio est, alijs dicentibus ipsum dogma in ferre, alijs negantibus, age de his quoque uideamus. Dogmatistæ propriū est dogma afferre, sicut & legislatoris, leges instituere. Porro dogmata siue decreta \* indis- ferēter uocātur, & quæ opinamur, & opinio ipsa. Ex his autē quod opinamur propositio est. Opinio autē persuasio ipsa siue opinatio. Plato igitur \* quæ perceperat, ea exponit, quæ uero sunt falsa, coarguit. De rebus incertis non definit. Atq; de his quidem quæ ipse opinatur, quatuor inducit personas, Socratem, Timæum, Atheniensim hospitem, peregrinum Eleatem. Sunt autem \* peregrini non ut \* filii quidam opinantur, Plato & Parmenides, sed figmenta siue nomine sunt. Quando & Socratis atque Timæi uerba dum loquitur, pro decretis infert Plato. Qui men- dacij

dicij coarguitur inducit Traſymachū, Callidem, Polam,  
Georgiam, Prothagoram, Hippiam, atq; Eutydemum, &  
huiusmodi ceteros. At uero cum probationibus & argu-  
menti conclusionibus locus est, plurimū utitur inductione,  
caq; nō unica sed bipartita. Est enim <sup>+</sup> inductionis oratio ex  
ueris quibusdam simile fibi uerum propriè colligens atq;  
inferens. Eius sunt species due, ea quæ ex cōtrario fit, &  
quæ ex consequenti. Quæ igitur ex contrario fit ciuiusmodi  
est, ut interrogati circa omnem reſponſionē contrariū in-  
ſcratur. Ut exempli cauſa, Pater meus aut alius est quam  
pater tuus, aut idem. Si igitur alius est pater meus quam  
pater tuus, cùm sit alius quam pater, nō erit pater. Si idem  
est qui pater meus, idem ex iſtis qui pater meus, meus erit  
pater. Et rursus: Si animal homo est, lapis aut lignum erit.  
Non est autē lapis aut lignum, animatus quippe est, & ex  
ſcipio mouetur, animal igitur est. Si autē anima est, animal  
uerò & canis & bos, erit & homo animal & canis &  
bos. Hac igitur inductionis specie que per contrarium fit,  
ubi rixæ locus est utitur Plato, nō ad aſſerendum dogma,  
ſed ad refellendum quod falſum fuisset obiectū. Est & alia

<sup>Inductionis per</sup> ipsius species, quæ per cōſequēs: & ea duplex, altera qui-  
dem id quod in parte queritur per id quod est in parte de-  
monstrat: altera quod uniuerſaliter per id quod in parte  
est probat. Prior illa oratorū, sequēs diſlecticorū est. Que-  
ritur in prima an iſte occiderit. Argumentū est eo tēpore  
repertū eſſe cāde cruentū. Est autē, ut diximus, oratorum  
ea inductionis species. Quippe rhetorice uis & officiū est  
circum particularia, non circum uniuerſalia uersari. Querit  
enī nō de iure ipſo, uerū de particularibus iustis. Altera  
uerò dialeclitorum, probatur quippe uniuerſum per par-  
tes, quēadmodū queritur an sit immortalis anima, & an  
ex

ex mortuis sint qui uiuunt, quod in lib. de Anima probatur  
 per uniuersale quoddam, quod cōtraria ex contrariis fiant.  
 Idq; ipsum uniuersale ex quibusdam particularibus cōfi-  
 citur, ut somnus ex uigilia, & cōtrā, itēq; maius ex mino-  
 re, & cōtrā. Hac autem specie utebatur ad affrēdā \* que  
 perceperisset. Nam ut olim tragœdiā prius quidē chorus so- <sup>\* iuxta do-</sup>  
 lus aiebat, postmodū aerō Thespis unū inuenit histrionē,  
 ut chorus interdū requiesceret, secundū postea Aeschylus  
 adiecit, & tertū Sophocles, atq; in hunc modū tragœdia  
 cōsummata est: ita & philosophiæ ratio dudū circa unam  
 tantū physice speciē iuxta uertebatur. Accesit Socrates,  
 & adiecit ethicen. Tertiam Plato dialecticen addidit, &  
 cōsummato philosophiæ operi extremā manum apposuit:  
 Tbrasillus autē afferit illū iuxta tragicū quadriloquium  
 dialogos suos edidisse. Tragœdi enim quatuor \* poēma- <sup>\* Ap̄p̄anw.</sup>  
 tibus certabant, Dionysijs, Lenais, Panathenais, Chytris.  
 Erat autē quartū poēma Satyricum. Porrò quatuor poē-  
 matia quadriloquia appellabantur. Sunt igitur omnes ciui  
 dialogi, de quibus nihil ambigitur, quinquaginta sex, repu-  
 blica in decē diuisa libros, quā & apud Protagorā totam  
 fermē inueniri in contradictionibus, tradit Phauorinus in  
 secundo omnimodæ historiæ. Leges in duodecim diuidun-  
 tur. Sunt autē huiusmodi quadriloquia nonē numero, le-  
 gibis uno uolumine, & Reip. libris, in uno itidē inclusis.  
 Primū igitur quadriloquij ponit, quod cōmunem hypo-  
 thesim habere uideatur, ostendere uolēs cuiusmodi esse de-  
 beat uita philosophi, duplicitq; in libris singulis inscriptio <sup>τ̄γαργια</sup> pr  
 ne uitetur, altera ex nomine, ex re altera imposta. Huius <sup>ma.</sup>  
 quadriloquij quod primū est in capite ponitur Eutyphrō,  
 siue de sanctitate. Est autē ipse dialogus tentatiuus. Hunc  
 sequitur Socratis defensio, moralis. Tertio loco Criton,  
 siue

apud Iauanis. siue de eo quod \* agendum est, moralis. Quarto Phedon, siue de anima, moralis. In secundo uero quod ad riloquio preponitur Cratylus, siue de rectitudine uominum. Logicae partes agens Theetetus, siue de disciplina, tentatius. Sophista, siue de eo quod est, logicus. Politicus, siue de regno, logicus. In distributione tertia ponitur primo loco Parmenides, siue de ideis, logicus. Secundo Philebus, siue de uoluptate, moralis. Tum symposium, siue de amore, moralis. Postremo Phaedrus siue de bono, moralis. In quarto preponitur Alcibiades prior, siue de hominis natura, μαντικός. Alcibiades secundus, siue de precatione, obstetricius. Hipparchus, siue de luctu studio, moralis. Anterastae, aut philosophus, moralis. Quintae praefertur in capite Theseus, siue de sapientia, obstetricius, ac deinceps Charmides siue de frugalitate, tentatius. Laches, siue de fortitudine, obstetricius. Lysias, siue de amicitia, obstetricius. Sextae princeps est Euthydemus, siue cōtentiosus, anatrepticus. Tum Protagoras seu sophista, endicticus. Gorgias siue de rhetorica, anatrepticus. Menon siue de uirtute, tentatius. Septimae preponuntur Hippie duo, de honesto prior, posterior de mendacio, ambo exhortatiui. Ion siue de Iliade, πηγαῖος. Menexenus siue epitaphius, moralis. Octauae primū sibi locū uēdicat Clistophorus siue exhortatius, moralis. Resp. seu de iustitia, ciuilis. Timaeus siue de natura, physicus. Critias seu Atlantis, moralis. Nonne praeſidet Minos siue de lege, ciuilis. Leges siue de ſtrada lege, ciuilis. Epinomis siue philosophus, ciuilis. Epitole tredecim morales, quibus preponebat ἡ περὶ τὴν. Epicurus autem ē διάγερ. Cleon uero χαραρ. Ex his una est ad Aristodemū, ad Archytā dñe, ad Dionysium quatuor, ad Hermā & Erastū & Coriscū una, ad Leodamātēm una, ad Dionē una, ad perdicā una, ad Dionis\* ne-  
cessaria.

cessarios duc. Est autē huiusmodi iuxta Thrasylū libroruū  
 illius distinctio, cui pleriq; accedit. Alij autē ex quibus &  
 Aristophanes grammaticus est, in triloquia eius dialogos  
 ita distribuunt. primam ponunt cui presit, respublica, Ti-  
 meus, Critias. Secundā, cui Sophista, Politicus, Cratylus.  
 In tertia leges statuunt, Minōen, & Epinomida. In quar-  
 to Theatetū, Eutypheona, defensionē. In qua, Phaedro-  
 nem, Critonem, epistolas. Cetera singula & sine ordine  
 ponunt. Incipiunt quidā, ut prædiximus, à republica, alijs à  
 maiore Alcibiade, pleriq; autem à Theage; alijs ab Eutyphe-  
 rone, nōnulli à Clitophōte, quidā à Timo, alijs à Phae-  
 dro, Sunt itē qui à Theateto incipiāt, sunt qui à defensio-  
 ne. Ex his autē dialogis qui Platoni inscribuntur, hi sine  
 ulla cōtrouersia adulterini sunt Midon siue Hippostrophus,  
 Eryxias siue Erasistratus, Alcyon, Accephalus siue  
 Sisyphus, Axiochus, Phaeaces, Demodocus, Chelidō, Septi-  
 mī, Epimenides. Ex his Alcyō Leōtis cuiusdā esse fertur,  
 ut Phævorinus in quinto cōmentariorū refert. Enim uero  
 non inib⁹ utitur uarijs, uti ne illius opera imperitis &  
 rudibus cōspicua sint: propriè tamē sapientiā esse arbitra-  
 tur carūr crū que intelligētia cōprehēdūt: & que ue-  
 re sunt, scientiā, quā de deo ait animāq; à corpore diſiun-  
 ctam. Propriè uero sapiētiā & philosophiā uocat appell-  
 ationē quāndā ac desiderium diuinæ sapiētiæ. Communiter  
 apud ipsum sapiētia dicitur etiā omnis peritia. Ut cū uer-  
 bi gratia, sapientem uocat artificem. Vtitur & iisdem sæ-  
 pe nominibus in significandis uarijs rebus. pāvlos siqui-  
 dem apud illum, etiam pro simplici ponitur, sicut & apud  
 Euripidem in Lycymno de Hercule in hunc modum;  
 Φάνλ ορ, inquit, ἀκομένοι τὰ μέγιστα γαδόη  
 Πάσσαρι μὲν ἔργον πειθαμένοις αὐτοῖς σερπίαν  
 Δισχέων επειβωρα. hoc est,

Neglectum, inornatum, atq; ut plurimum probum  
Re metientem, non uerbis sapientiam.  
Sermone nunquam palliato, at simplici.

Vtitur eo Plato quandoq; & pro pulchro & honesto,  
<sup>\* partis.</sup> aliquando pro\* puruo. Sepe uero & uarijs nominibus uti-  
tur in eadem significacione. Namq; idea & speciem nomi-  
nat & genus & exemplar & initiu & causam. Vtitur &  
cōtrarijs uocibus ut idē significant. Nā sensibile & quod  
est, & quod non est dicit. Esse quidē propter generationē,  
nō esse autē propter aſſiduā mutationē. Ideā itidē appelle-  
bat quod neq; mouetur neq; mutet, & idem, & unum, &  
multa. Idē uero & in plurimis facere ſolitus eſt. Eſt autem  
<sup>\* cōfūxus.</sup> librorū eius triplex \* expositio. Primo enim docere ope-  
ret eorū que dicuntur unūquodq; quid ſit, deinde cuius rei  
gratia diſtū ſit. Vtrū ex principali intētione, an in ſimi-  
litudinis parte, & ad dogmatū assertionē uel ad refellendū

<sup>Note in libro</sup> contra differentē. Tertio uero an recte diſtū ſit. Verū  
<sup>Platoni.</sup> quoniam ipsius libris et note quedā apponuntur, age de his  
quoq; pauca loquamur. X. enī litera ad diſtiones ac fi-  
guras aſſumitur, prorsus ad Platonicam cōſuetudinē. XX.  
duplex ad dogmati opinionesq; eius peculiāres. n̄ ipius  
perop ad ceteriores quasq; ſententias ornatusq; uerberū  
apponitur. Dupli pericſtigmeno ad quorundam emen-  
dationes adhibetur. Obclus pericſtigmenus ad superficiis  
queq; ingulāda preponitur. Antifigma ad uſus duplices  
ſcriptureq; translationes adhibetur. Cerannū ad philo-  
ſophie institutionē aſſumitur. Aſtriseus ad cōueniētiā do-  
<sup>\* hītū</sup> gmatū. Obclus ad\* improbationē. Sunt igitur huimodi no-  
te, & hic librorum numerus, ut Antigonus Carystius in  
libro quem nuper de Zenone edidit, refert. Ea ſi quis di-  
gnoscere uoluſſet, mercedem hiſ qui docerent pendebat.

Qne

Quæ uero illi placuerunt, huiusmodi fuerunt: Immortalem  
esse animam, & de corporibus ad corpora perpetuis uici-  
bus migrare, ciusq; iustum constare numeris. Corporis prin-  
cipium, Geometriae item constare ratione. Difiniebat eam \*<sup>τὸν τοῦ οὐρανοῦ</sup>  
ideam esse penitus \* remoti spiritus, scipsum mouentem ex  
motum prestantem corpori, & esse tripartitam. Rationa-  
lem ipsius partem sitam in capite, irascibilem in corde, con-  
cupisibilem in umbilico & iccore consistere. \* Continere \*<sup>πολικεῖον</sup>  
item ex medio semper corpus per gyrum atq; ex elemen-  
tis constare, diuisamq; secundum harmonia interualla, duos  
orbis efficere coniunctos. Ex his interiorem circulum in  
sex alios scissum, septem reliquos circulos facere. Eūq; iux-  
ta diametrum ad leuam intrinsecus habere sedem. Alterum  
uero secundum latus ad dexteram, idcoq; ipsum \* obtinere \*<sup>περάσημον</sup>  
quod sit unicus. Alterum quippe interiorius in plures esse di-  
uisum, atq; hunc ipsius, illos alterius esse dicens. hanc qui-  
dem animi, illam uero uniuersi esse motionem, errantiumq;  
syderum motus, ita se habentes ut ex medio sit scissio sibi  
ad extrema congruens atq; coniuncta, nosse quæ sunt, atq;  
aptare, eo quod in seipsa per harmoniam elementa habeat,  
& opinionem quidem fieri secundum alterius circulum se-  
\* subrigentem, scientiam uero secundum aliud qui sit idem.  
Duo omnino esse rerum principia. Deum atq; materiam.  
Illum & mentem & causam appellat. Esse autem materiam  
informem & infinitam, ex ea concretiones fieri. Ea cum ali  
quando temere & inordinate moueretur, a deo ait in lo-  
cum unum coactum, quod ordinē temeritati præstare cœsue-  
rit. Porro huiusmodi cōsentiam in quatuor elementis conuer-  
sam, ignem, aquam, aërem, terram. Ex his mundum ipsum &  
que in eo sunt nasci. solā terram ait immutabile, causam es-  
se putans figurarum ipsius, ex quibus constet, differentiam.

k Alior

Aliorum quippe figuræ eiusdem generis dicit, cōpositum nū  
 mirum omnes ex uno oblongo triangulo, terræ uero pro-  
 priam esse figurant. Ignis enī clementū esse pyramidē, et  
 ris quod merāt̄ gop vocat, aquæ ēxotāēd̄gop, terræ autē eu-  
 bum. Quocirca neq; terram in ista mutari, neq; in terram  
 ista converti. Non autē suis locis discreta esse singula quod  
 circumferētia cōstringens, et ad mediū cogens, parva hec  
 componit, eaq; que sunt maiora discernit. Atq; idēc cām  
 species mutant, et loca mutare. Mundū unum esse geniū,  
 nam & sensibilis est, à deo conditū, animatumq; esse, quod  
 prestantius sit quod animatū est, quam quod caret anime.  
 Huiusmodi opificium suprēmae causæ subiectum, unumq;  
 conditum fuisse, non infinitū, quod etiā exemplar ad quod  
 creatus fuerit, unicū sit. Esse autē ad sphæræ similitudinem  
 rotundum, quod conditoris ea quoq; figura sit. Illū quippe  
 ceteras continere animantes, hunc autem omnium figurat.  
 Leuem itidem et absq; ullo per gyrum instrumento, quod  
 huiusmodi nullus sibi usus sit. Immortalem preterea durate  
 mundum, et quod non dissoluatur in id quod non est. Ac  
 totius generationis causam esse cœlum, quod boni sit bene-  
 facere. Porro co-generationis autorem summè bonum, at-  
 que excellentissimum. Eius quippe quod sit in rebus condi-  
 tis pulcherrimum, cum esse conditores, quem intelligibulum  
 omnium constet esse prestantissimū. Itaq; quoniam bulusmo  
 di Deus est, cœlum uero prestantissimo illi simile est, quo-  
 niam pulcherrimū cernitur, nulli creature crit similis quā  
 Deo soli. Constare uero mundū ex igne, aqua, aëre, et ter-  
 ra. Ex igne quidem, ut visibilis sit: ex terra, ut solidus ex a-  
 quæ et aëre, ut proportione non uacet. Namq; solidorum  
 nisi duobus maximè medijs proportionem sumit, ut unū fiat  
 hoc totum. Ex omnibus uero, ut perfectū atq; immortale sit,

Temp

Tempusq; sempiterni imaginem fuisse, idq; semper manente. Cœli autem motus temporis esse. Noctem enim ac diem ac mensum & biusmo dicetera esse temporis partes. Idecirco absq; mundi natura non constare tempus. Simul enī atq; conditus fuerit, & tempus illi affuisse. Porro post temporis generationem, & solem, & lunā, & errantia genita. Ut autem horarum manifestus & certus esset numerus, animalentesq; numeri non essent expertes, accendisse solis radios Deum. Lunā quidem supra eminentē terrae circulum, solem propius huic orbi, in superioribus uero uagas syde-  
 ra ferri. Esse prorsus animatum, quia sit animato motui de-  
 nictus & alligatus. Ut autem perficeretur hic mundus, es-  
 setq; similis intelligibili animati, aliorum quoq; animalium  
 conditam esse naturā. Quoniam igitur ille habebat cœlum  
 quoq; ut haberet opera precium fuisse. Deos ergo esse ut  
 plurimum igneos. Esse autē & reliqua genera animantium  
 tria, uolatile, aquatile, terrestre. Terram esse antiquissimā  
 omnium qui essent in cœlo deorum. Fuisse autē conditum, ut  
 dico noctisq; tempora ex uices uariaret. Eam cū media  
 sit, circa medium moueri. Quoniam uero cause, inquit, duæ  
 sunt, alia quidem constantia ac firmitatem esse, alia uero ne-  
 cessaria ex causa creata dicendum. Sunt autē ista; aër, ignis,  
 terra, aqua, que quidem non exacte erant elementa, sed ad  
 percipiendū apta. Hæc autē ex triangulis constare cōpositis, atq; in ipsos dissolui. Esse autem ipsorum elementa per-  
 rectum triangulum, & æquilaterū. Initia igitur ex causas  
 rerum esse duo quæ prædiximus, quorum exemplar sit Deus  
 ac materia. Id uero informe esse necesse est, sicut & alia  
 \*perceptioni accommodata. Horum autē causam ex necessitate, sicut  
 esse, quippe quæ receptis ideis essentias gignat, ac per potentie  
 diuinitudinem moueat, motuq; suo quæ mo-

uentur ex eis in diuersum moueri. Porro ista quidem pri  
 tum multuario et inordinato motu agitari. at ubi ornatius ad  
 biberi ex p̄tus, debitum ordinem, et modum ex Deo acce-  
 pisse. Causas enim et ante cœli creationem duas sūisse, et  
 tertij generationē, eas tamen per obscuras, vestigiaq; dona-  
 xat, et incompositas, et eis demum profecto mundo acc-  
 pisse ordinem. Ex omnibus uero quæ subsisteret corporib⁹  
 factum esse eccliam opinatur, et Deum sicut et materiam  
 incorporealem esse. Sic enim corruptione et perturbatione  
 nulla omnino affici. Ideas sicut prediximus, causas quel-  
 dam atq; principia ponit, ut huiusmodi sint quæ natura  
 consistunt, qualia et ipsa sunt. Enim uero de bonis ac ma-  
 lis ita disserbat: Finem esse, Deo similem fieri. Virtutē suffi-  
 cere quidē ad bene, beatēq; uiuendum. Ceterū instrumentis  
 indigere corporis bonis, robore, sanitate, integritate sen-  
 suum, et ceteris id genus. Extioribus idem, puta opib⁹,  
 generis claritate, gloria, et huiusmodi ceteris. Ea etiā non  
 affuerint, nihilominus tamen beatum fore sapientem. Acces-  
 surum item ad temp. uxorem ductum, legesq; positas non  
 prævaricaturum. Laturum insuper, patrie sue quantū fieri  
 poterit commodas leges. Idq; nisi per summā plebis scđitio-  
 nem operā suam recip. iudicarit inutilē fore. Arbitratur et  
 deos humana cernere atq; curare, et demones esse, rationemq;  
 honesti primus definuit, tam, quæ à laudabili  
 et rationabili utili, et decoro et congruo non disser-  
 neretur, que simul omnia, id quod per naturā fit cōsequēs,  
 ac pro confessō habeatur, attingant. Disseruit de ratione  
 et reſtitudine noninū, atq; adeo recte respondēdi, et  
 interrogandi scientiā primus ipse cōstituit, affatim usus. Per-  
 ro in dialogis iustitiā dininam legē arbitratus est, ut ad in-  
 sticagendū potentius persuaderet, ne post mortem penas  
 imp

improbi lucent. Quocirca cum pleriq; fabulosum putaueret, quod ciusmodi narrationes interdū suis scriptis interserat, ut quod incertum sit ista post mortē sic se habere, admodum mortales iura uiolare pertimescant. Atq; in hunc modū ille sensit, Distribuebat autem, ut ait Arist. res in hunc modum. Ex bonis, inquit, quædā sunt animi, quædā corporis, alia extrinsecus. Iustitiā, prudentiam, fætitudinē, frugalitatem, & cetera id genus in animo ponebat. Pulchritudinem & habitū præclarum, sanitatē, & fortitudinē in corpore. Amicos autem & patriæ felicitatē, atq; dinitias, inter exteriōra numerabat. Bonorum igitur tria esse genera, alia in anima, alia in corpore, alia extrinsecus. Tres item esse amicitie species, naturalem, socialē, atq; hospitalē. Naturalē quæ parentes liberis afficiuntur, cognatiq; se mutuo alterutru diligunt. Eā uero in ceteras quoq; animantes esse diffusam. Socialē quā sine ullo consanguinitatis vinculo sola consuetudo conciliat, cuiusmodi Pyladis & Orestis fuisse memoratur. Hospitalēm qua ex commendatione uel literis hospitibus cōtunginur. Addunt pleriq; quarto loco & amatoria. Civilitatēmitidē in species quinq; distinxit. Aliā popularē, diā quam optimates exerceant, tertiā quæ diffundatur in paucos, regiā quartā, quintam tyranicā. Popularem rem, in eis esse ciuitatibus in quibus ad imperium multitudinis agitur res, eiusq; nutu magistratus eliguntur, & pro illius arbitrio scruntur leges. Aristocraticam, ubi neq; diuites, neq; pauperes, neq; nobilitate uel gloria illustres dominantur, uerū soli ī, qui sunt in ciuitate optimi rem administrant. Oligarchicam, quando à <sup>\*reqūitup.</sup> censibus magistratus eliguntur. Sunt enim pauciores pauperibus. Regnū bifariā scindit: aliud enim secundum legē: aliud secundū genus esse. Secundum legē constare Carthaginensiū regnum. Cuius k ; quip

quippe esse, I acced a noniorū uero & Macedonū secundū  
genus. Habent enim regni successionem quandā per genus.  
Tyrannidem dici, cùm impulsi & ui ad aucti ciues ab aliquo  
reguntur. Iustitia tria esse genera: alius circa deos alterū  
circa homines: tertiu circa defunctos uersari. Nam & qui  
sacra secundū leges faciūt, sacrarumq; rētrū curā habēt, re  
ligiosi in deos ac piis sunt. Qui uero matua, depositiā, resti  
tuunt, iusti erga homines sunt. Qui autem uita functis iusta  
persoluunt, tertiam illam iustitiae partē exequuntur. Disse  
plinae similiter tris esse species. Aliam quidem in actione  
consistere, & practicē dici. Aliam ex operis esse & uerū consti  
re, & appellari poēticen. Tertiam speculationis studere, &  
rhetoricen nocari. Nam & diū nauiumq; structuram cer  
tam est ad esse & tricē illam pertinere. Nam ex illis opus di  
quod factum uideremus. Politiam uero & tibiārū cantus, pul  
suīq; citharae, & huiusmodi cetera, practice subesse. Neg  
enim consummato actu quippe remanet quod oculis sub  
stant sit, ceterū in ipso actu uis omnis est, Itaq; aliis tibij  
aliis fidibus canit, aliis resp. gerit. Porro geometria, &  
harmonia, & astrologia sub intelligentiam cadunt, & spe  
culationi tantummodo inscriventur. Neq; enim uel agent uel  
efficient quicquā, sed geometra quidē contemplatur ut se  
babent ad inuicem lineas, harmoniacus sonos ratione diuidi  
cat, astrologus sydera atq; celum. Medicinae item quinq;  
species esse: aliam quippe dici pharmaceuticen, quae morbis  
medicata potionē subueniat: aliam chirurgicā, quae sectione  
& usione curen: tertiu quae sola uictus ratione & ordine  
arreat & eritudines, appellariq; diaeteticē: quartum que ex  
celeri discretione morborū succurrat & gris, uocariq; reso  
rumque: quintā adiutricem dici, quod strenuo auxilio do  
loribus continuo liberet. Legis item genitiam esse distribu  
tionem,

Nonem, alteram scriptam, alterā uero non scriptam priorē illam esse ciuilem, qua adnūstramus remp. que uero citra scripturam cōstat, eam à natura & usu profici sci, quale est mudum in forū ambulare non debere. aut mulierib[us] ueste uti, quod nulla scripta lege prohibetur. Nam ab eiusmodi sola citra scripturam, naturalisq[ue] lex uetat. Sermonē seu orationē in quinq[ue] diuidit. Esse enim eius genus quoddā quo utuntur in concionibus hi qui administrant remp. idq[ue] ciuile appellari. Aliud quo utuntur oratores in demonstratiōne, dum uel laudent, uel uituperent, uel accusant quempiam: esse uero id genus oratorū. Tertiō quo priuati inter se mutuo colloquuntur, diciq[ue] priuatū. Quartū quo compendio iij qui rogant & respondēt, ad interrogata differunt uocariq[ue] id genus dialecticū. Quintū quo artifices dum de sua arte differunt loquuntur, appellariq[ue] id artificiosum. Musicam in tria secari. Quidam enim uoce sola cōstare, ut cantum; aliā uoce simul & manu, ut citharae cantus: terciam solis manibus perfici, ut cū silente oris organo citharam percutimus. Nobilitatē quatuor in species diuidi. Nam qui claris, bonis iustisq[ue] maioribus fuerint nati, eos nobiles uocari, quorum itē parentes potētes ac principes fuere. item nobiles, quorum sint maiores fama & opinione celebres, quam uel ex bellicis rebus praeclarè gestis, uel ex certaminum coronis reportauerint. Alterum esse nobilitatis genus idq[ue] præstantissimū, cū quis per se animi magnitudine excellit. Pulchritudinē item in tria distinguit: aliam quippe esse laudabilem, ut formosam faciē: aliam quoq[ue] usui deseruire, ut instrumentū & domū, que preterqua quoddā speciosa sunt, usibus nostris cōmoda etiam sunt. Tertiā legibus, studijsq[ue] constare, eamq[ue] humanæ uitæ cōmodis maxime consilere. Animæ tres itidem partes esse, rationalem, concep-

scibilem, & irascibilem. Ex his autem rationalem sedem esse consilij, cogitationis, consultationis, & huiusmodi reliquorum. Concupiscibilem esse appetendi cibi, uel coitus, & similius causam. irascibilem uero confidentie, uoluptatis, doloris, & iracudiae autorem esse. Perfectae, consummateq; uirtutis esse species quatuor, primam prudentiam, secundam iustitiam, fortitudinem tertiam, quartam temperantiam. Ex his prudentiam ut recte agantur omnia causam esse. Iustitiam uero inter consortia, & humana uitae commercia, non uiolandi iuris autorem: fortitudinem autem ne inter pericula & terrores à fortiter exceptis deficiamus: porro temperantiam ad frenandas cupiditates, ut à nulla uoluptate subigamus, honesteq; uiuamus, sua nobis lege prescribere." Magistratus in quinq; partitur: In legitimum, naturalem, & equum ac rectum, in eum qui fit per generis successionem, & deniq; in violentum & tyrannicum. Nam magistratus ciuitatum si eligantur a ciuibus, secundum legem imperant. Per naturam uero mares ubiq; non modò inter homines, uerùm inter alia animalia quoq; feminis presunt. Ex consuetudine uero & pedagogi pueris, & magistri discipulis imperant. Per genus autem quemadmodum Lacedemoniorum reges dominantur. Nam ex genere regnum sortiuntur. Eodem modo & apud Macedones reges imperant. quippe & illuc regnum ex genere institutum est. Porro qui coactis per vim à ciuibus iniitis regnant, iuviolentia ac tyraanni vocantur. Oratorie sex species tradit. Nam quoties iussit orator bellum suscipere: & auxilium contra aliquem ferre, id genus vocatur adhortatio. Cum uero quietem agere, neque bellare, neque opem ferre monuerit, appellatur ea species dehortatio. Tertia, cum qui se à quopiam iniuria aff-

Aum

cum, & complura incommoda perpessum docuerit. Eiusmodi uero vocatur accusatio. Quarta species Defensio dicitur, cum is qui accusatur, se neque violasse ius, neque alind quicquam temere & perpetram egisse probaret. Quinta deinceps species cum quis bene et commode dixerit, honestumque ab bonum praedicauerit, eaque laus siue ἀγνόειος dicitur. Sexta deinde, cum turpem, ac malum probauerit, & haec uiteratio potest appellari. Recte dicere in quatuor scindit. primum enim quid dicere oportet obseruandum. secundo quam multa dicere. tertio ad quos. quartio quando sit dicendum. Ea igitur oportet dicere, quae utilia futura sint & dicenti & auditori. Que dicere conueniat, ea sunt ut neque nimis malta, neque pauciora quam satis est, dicantur. Quibus autem dici oporteat, ut si quidem ad peccantes seniores dicendum sit, uerba illi aetati congrualoquamur. Sin uero ad iuniores uerba facienda sint, maiore autoritate utamur in dicendo. Quando uero dicendum, ut neque prius, neque posteriori quam ratio exigit, dicatur. Alioqui profecto uitium non effugiet, qui secus fixit.<sup>\*</sup> Beneficentia quadrisariam dividitur. Aut enim pecunijs, aut corporibus, aut disciplinis, aut uerbis beneficium praestari. Pecunijs quidem beneficium constat, cum quis egenos, ut inopia liberentur, pecunijs iuuat. Corporibus uero, cum se mutuo souent homines, & ab iniuria, & dentiumque petulantia uindicant. Porro qui disciplinis erudiunt, uel medicinae arte subueniunt, boni aliquid docent, tertio illo beneficentiae genere utuntur. At cum in iudicium quispiam ingressu pro amico dixerit, cumque uir orationis adiuuerit, hic beneficentiae munus uerbis expluit. Finem itidem rerum quadripartitum facit. Nam res aut secundum leges finem accipiunt, ut cum decretum aliquod legge firmatur, & impletur. Aut secundum naturam finis re-

bus accedit. Namq; et dies et annus, et anni tempora na-  
 turali lege decedunt. Aut secundum artem finis rei imponi-  
 tur. Architectus enim arte consummat edificium, et natus  
 fabricator itidem perficit naturam. Aut fortuito finis contin-  
 git, ut cum securus ac putabamus, et praeter opinionem aliquid  
 accidit. Aut igitur legitimus est rerum finis, aut naturalis,  
 aut arte constat, aut fortuitus. Potentiam identidem quatuor  
 ducas. in species diuidit. Vnam quippe esse qua cogitare animo et  
 opinari possumus. Alteram qua corpore ualimus, et prosi-  
 cisci et accipere, et dare, et cetera id genus. Tertiam qua  
 uel pecuniarum copia, uel multitudine milium potentes di-  
 cimur. Vnde et multum posse dicitur Rex. Quartam po-  
 tentiae distributionem, qua et facere ac pati bene et male  
 possumus. Nam et infirmari, et crudiri, conualescere uale-  
 mus, et buijsmodi omnia. Primam itaq; Potentiae speciem  
 constare animo, secundam corpore, tertiam exercitu atq; pe-  
 cunijs, quartam in faciendo et patiendo. Humanitatem tri-  
 plicem inducit. Quandam enim compellatione fieri, ut cum  
 forte obuiam quicquid humaniter quis salutat, et dextram por-  
 rigens, comiter excipit. Aliam esse eius specie, cum quis affi-  
 stis opem clementer impendit. Tertium eius genus quo con-  
 uilia inter se homines celebrant. Aut igitur salutantis offi-  
 cio, aut ope et auxilio, aut conuinio, frequentiqa; congressu  
 consolare humanitatem. Felicitatem quinq; partitam diffinit.  
 Primam ciuius partem bene consulere, secunda: sensibus et  
 bona ualitudine corporis uigere, tertiam in rebus gerendis  
 fortunatum esse, quartam gloria et autoritate apud homi-  
 nes excellere, quintum pecunijs rebusq; ceteris ad omnes  
 usus uite affluere. Sanam consultationem ex cruditione mul-  
 titrumq; rerum peritia et experimento contingere. Sensuum  
 integritatem ex corporis membris accidere, ut si quis cer-  
 nit


nū oculis, audit auribus, parium præterea & oris sensu uidet ubi opus est. Tertium esse, cùm quis quod agere intendit iuxta ita egerit, ut decet sapientem & strenuum virum. Quartum illud, scilicet gloriæ celebritatem ex opinione bonitatis eminare. Postremum rerum affluentia est, cùm cui ad uitæ usus suppetit pecuniarū copia, ut et amicos suuere beneficio, & largè ac liberaliter cuncta necessaria subministrare ualeat. Porro cui hæc suppetant omnia cum persest è felicē ac beatum esse. Artes trifariam dñi dñs. Prima in tractatione ferri & metallorum, matericq; cædenda constat, quòd ista quasi præparet. Secunda, quæ ex his cōficiat aliquid. Nam ex ferro erarius arma fabricat, ex lignis faber tibias et lyras facit. Tertia\* in usu earum rerum est, siquidem cœstris \*x. p. m. frenis utitur, armis bellicis, musica tibijs & lyra. Bonum in quatuor genera diuiditur. Primò bonum dicimus cum, qui habeat uirtutem. Secundò uirtutem ipsam & iustitiam dicimus bonum. Tertiò cibos & comodam exercitationem ac medicamenta. Quartò deum loco bonum dicimus tibialium cantum, histrionicam, atq; huiusmodi cætera. Eoru que sunt quædam dicimus mala, quædam bona, alia neutra. Ex his mala esse quæ semper nocere possunt, ut est intemperantia, dementia, iniq; uitas, & huiusmodi. Bona, quæ his contraria sunt. Media, quæ neutrā partem tuentur, cuiusmodi sunt hec: deambulatio, cessio, cibi q; perceptio, quæ omnino neq; prodesse possunt, neq; obesse, et igitur neq; bona esse neq; mala. Optima legum moderatio in tria diuiditur. Primo si sint leges præclare & graves. 11. si ciues eas leges que ita latè fecerūt, omni studio obseruent. 111. si iuxta<sup>\*</sup> con*tr*uctudines ac studia quorūlibet positis legibus bene Resp. administretur. Est igitur prima pars eiusce moderationis, ut sint leges optimæ. Secunda, ut intra illos maneat. Tertiad,

tia, ut praeclaris consuetudinibus studijsq; uiuatur. Contraria huic laudabili legum moderationi iniquitas in tria itidē seindit. Primum ex his est, si sint leges late peregrinus et ciuibus noxiæ. Alterum si bis quæ sunt, minime obtempere tur. Tertiò, si bona nulla omnino sit lex. Contraria trifariā ita dividuntur, quemadmodum bona malis contraria dicimus, ut iustitiam iniustitiae, sapientiam insipientiae, et huiusmodi cetera. Mala autem malis contraria, ut prodigalitas illiberalitati, et iniusta poena, iniuste impunitati, et cetera id genus mala malis contraria sunt. Porro neutris neutra contraria sunt, pauperem esse et divitem, neutrū enim per se neq; bonum, neq; malum, contraria tamen. Vixim levia grauoribus, tardis uelocia, et nigrae candidis, ut neutris neutra contraria sunt. Contrariorum igitur partim ut bona malis contraria sunt, partim ut mala malis, partim ut neutra neutris contraria dicuntur. Bonorum tria sunt genera, alia enim ex his haberi, alia participari, alia subsistere. Prima ille sunt quæ esse possunt, ut est iustitia et sanitas. Secunda que haberi quidem nequeunt, eorum tamen esse participes possumus, ut bonum ipsum habere possibile non est, neq; tamen est impossibile illius participatione frui. Subsistētia vero que neq; participationem admittunt, neq; habere possibile est, sed esse oportet, ut probum esse, et iustum esse et bonum. Ea uero neq; habere neq; participare licet, sed sufficiere, ut probum esse, et iustum esse. Consilium itidē tripartitum est, aliud quippe à preterito, aliud à futuro, aliud à presenti tempore sumitur. Præteritum tempus exempla supereditat, dum attenditur quid, cur quæq; gens passa sit, ut caueatur, aut quid prudenter egerit, ut imitemur, utpote quid passi sint Lacedæmonij dum confidunt. Præsens autem rem ipsam quæ in manibus est, considerare monet, puta imbecilles muros,

myros, homines timidos, annoe caritatem, et cætera huiusmodi. Futurū prospicere suadet, ut neq; fiat temerē, habendam bone opinionis rationē, ut non esse uiolandas suspicio-  
 ne legationes, ne Gracia gloriā honestatis amittat. Vox in  
 duo diuiditur, est enim animata alia, alia inanimata. Anima-  
 ta quidem animantiū, inanimata uero sonorū atq; crepitū.  
 Porro animata bifariam diuiditur, est enim altera literata,  
 altera illiterata. Literata ut hominum, illiterata ut animaliū.  
 Eorum quæ sunt, alia\* diuidua, alia individua dicimus. Di- \*myriam.  
 uiduorum uero alia sunt similiū partium, alia dissimiliū.  
 Atq; individua quidem sunt quæ divisionem non admittunt,  
 & simplicia sunt neq; ex aliquo composita, ut monadem,  
 punctū, ac sonum individua dicimus. Individua uero quæ sunt  
 ex aliquo composita, ut syllabæ, et consonantiae, animantes \*concupiscentia  
 & aqua, et aurum. Similiū partium sunt quæ ex similibus  
 componuntur, neq; totum à parte nisi multitudine differt,  
 puta aqua, atq; aurum, & cætera huiusmodi. Dissimiliū  
 partium dicimus quæ ex dissimilibus constant, ut est domus  
 & huiusmodi cætera. Eorum quæ sunt, alia per se, alia uero  
 ad aliiquid dicuntur. Ea quidem per se dicimus, quæ nulla in-  
 terpretatione, ut intelligantur, indigent. Eiusmodi sunt ho-  
 mo, equi, & animalia reliqua. Nihil horum interpretatione  
 indiget. Ea uero ad aliiquid dicuntur, quæ interpretatione  
 quadam egerint, ut est maius aliquo, et aliquo celerius, et me-  
 lius, & huiusmodi reliqua. Namq; maius minore maius est,  
 & celerius aliquo est celerius, & in hunc modum cætera.  
 Ita et priora diuidebat secundum Aristotelem. Fuit et aliis \*πρίντα.  
 Plato Philosophus Rhodius Panetij discipulus, ut ait Seleu-  
 cus Grammaticus in i. de Philosoph. libro. & aliis Peripa-  
 teticus, Arist. discipulus, & aliis Praxiphanis, aliis item  
 Poëta priscæ comedie.

D I O G E N I S L A-  
ERTII DE PHILOSOPHO-  
rum uici Liber quartus.

S P E V S I P P V S A T H E-  
N I E N S I S.



VAE de Platone dicenda erant, pro niri-  
bus diximus, quid de eo uiro singulisen-  
siffent studiose in unum corpus colligentes.  
Successit autē ei Spensippus Eurymedon-  
tis filius Atheniēsis, pago Myrrhinusium,  
Potones Platonis seroris filius. Octo autem annos schole  
Platonice p̄fuit, à centesima octaua Olympiade initium  
sumens. Gratiarū signa in schola collocauit, quae fuit à Pla-  
tonicā in Academia extructa. Perstigit autem intra Platonis  
dogmata, et si moribus eiusmodi non fuit. Namq; & iracu-  
dus erat, et uoluptatibus deditus. Deniq; aiunt illum ira con-  
citatum, catulum in putum iecisse, uoluptateq; delinitum in  
Macedoniam ad Cassandri nuptias proscētum esse. Ferunt  
& Platonis discipulas Laſtheniam uatem, & Axiotheam  
Phliasiam ipsum quoq; audinisse. Quo etiam tempore Dio-  
nysius ita ad illum mordaciter scribens ait: Et ex Areade  
discipula tua Philosophia discere possumus. Et, Plato quā-  
dem gratis sua limina terentes docebat, tu uero\* tributa exi-  
gis, & à uolentibus & nolentibus accipis. Primus hic, ut ait  
Diodorus in primo commentariorum, in disciplinis quid es-  
set communis, uestigauit, eaq; quantum fieri poterat, sibi  
inuicē iunxit atq; sedēravit. Primus item que ab Isocrate  
dicebantur areana cōdidit, ut Cæneus refert, ac primus quo  
pacto ex gracilioribus lignis\* capacia, & in uerutrem tum-  
tia uascula fierent inuenit. Cū uero iam paralyſi corpus

illi omne resolutū esset, accessito Xenocrate, ordit ut sibi  
in docendo succederet. A iunct ilum cùm uchiculo ferretur in  
Academiam, obuium habuisse Diogenē, et cùm illi salutē di-  
xisset, hoc ab eo responsum accepisse. At tu nequaquā salutē,  
qui eiusmodi cùm sis uiuere sustines. Demum uero mōrō  
impulsam, cùm iam seniō cōfectus esset, morte sibi spōte con-  
scuisse. Porro Plutarchus in uita Syllae ac Lysandri pedicu-  
lis effervescentibus illū interijsse ait. Erat enim corpore fra-  
gili, quod testatur Timotheus in lib. de uitis. Hic ad diuitem  
qui amaret deformem mulierem, ait: Quid tibi isthac opus  
est: ego tibi dece talentis formosiorē inueniam. Reliquit du-  
tem complura cōmentaria, et dialogos plurimos, inter quos  
et Aristippus Cyrenaeus est, de diuitijs unum, de uoluptate  
unum, de iustitia unū, de Philosophia unū, de amicitia unū,  
de Diis unum, Philosophus unum, ad Cephalum unum, Ce-  
phalus unum, Clinomachus sine Lysias ciuis unū, de anima  
unum. Commentariorū ad Gryllum unum. Aristippus unū,  
Ἐλεύχοι artium unū, ὑπερμητέσιοι dialektοι, artificiale  
unū. Dialogi earū rerū que sunt in quaq; re similes decem.  
Divisiones et argumenta ad similia. De generibus et specie-  
bus exemplorum, ad Amartyrum Platonis laudes. Epistolæ  
ad Dionē, Dionysiū, Philippū, de legis sanctione. Mathe-  
maticus, Mandrobulus, Lysias, \*diffinitiones. Commētario-  
rum ordines, uersus prop̄ infiniti. Ad hunc Simonides scri-  
bit historias, in quibus Dionis ac Bionis gesta signauerat. <sup>\* ipsi. Ha sunt  
opiner definitio-  
nibus que faci-  
Platoni scri-  
buntur.</sup>  
cius libros Aristotelem tribus talentis emisse, Phauorinus in  
secundo commentariorum autor est. Fuit & alter Speusip-  
pus medicus Erophileus Alexandrinus.

XENOCRATES CHALCEDONIVS.  
Xenocrates Agathenoris filius Chalcedonius à pri-  
mis ferme annis Platonis auditor fuit, eiq; in Siciliam  
proficiſſenti comes itineris adhæſit. Erat autem hebes

ingenio ac tardus, adeò ut cùm illum Plato Aristoteli confreret, alterum fræno, alterū diceret egere calcaribus. illudq; Cui equo quē asinū iungo? alioquin se uero semper ac serio habitu et ore perdurabat, ita ut sæpe ad illum Plato diceret, Xenocrates gratijs sacra facit.. Vixit autem ut plurimum in Academia. Si quando uero ad urbem prosectorius esset, inter bas onines tumultuosorum ac impudicorum eius obseruare transitum solitas tradunt, cius inquietandi gratia Phrynum deniq; nobile scortum illum aliquando tentasse, cùm uidelicet a quibusdam dedita opera insectaretur, ab eo intra ecclesiam admissam humanitatis causa, cumq; solus illic et unicuis lectulus esset, orati lectuli ipsius partem concessisse: demum cùm multi nequicquam orasset, infecto operc, profectam esse, ac dixisse per cōtantibus, se non à uiro, sed à statua exire. Quidam uero discipulos Laidem illi inieciisse in lectorum tradunt, illumq; adeò suis continentem, ut cùm se ad libidinem incitari præsensisset, & secare & urere uenida sæpe pateretur. Tāta uero illius uerbis fides habebatur, ut cùm iniurati nullius testimonium admitteretur, huic soli remiserint Athenienses iusfirandum. Erat præterea maxime frugi, ita ut cùm illi Alexander magnam pecuniae summan mississet, sublatis solū tribus minis Atticis reliquum remiscriit, dicens illi opus esse pluribus, qui plures enutrireret. Ab Antipatro quoq; sibi missam pecuniam non suscepisse Myronianus in simulibus testatur. Corona quoq; aurea donatum in præmium largioris compotationis, ab his qui se continebant apud Dionysium, cùm inde esset prosectorius, eam ante Mercurij statuan deposuisse, ubi floreas etiam coronas ponere solitus erat. Missum illum cum ceteris legatum ad Philippum fama est, ac reliquos quidem donis emolitos, & coniuia celebrasse, & cum illo sæpe in colloq;

Iloquium uenisse, cum uero horum neutrū fecisse. Neque enim illum adeo Philippus admiserat. Quocirca et Athenas reversos legatos dixisse, Frustra Xenocratem secum iuuisse: et cum illi parata iam esset multa, cōperto ex illo ut se se res haberet, monete tunc maxime reipub. curā habēdam. Quippe Philippum ceteros donis corruptisse, se uero nula ratione inclinari ad suam consensum posse peruidisse. Ea ex re duplii honore honestatum afferunt. Philippum quoque tandem dixisse solum Xenocratem ex omnibus qui ad se uenerant, legatis, inuenienta spuriisse. Ad Antipatrum quoque legatione functus, ut qui ex Athenicisibus in bello Lamiaeo capti fuerant, redderet, ab eo inuitatus ad eam, hisce ad illum metu uerbis usus est,

Ω μέρη τίς γε καὶ ἀντρὸς ἐράσιμος εἴη

\* Odyssea n.

Πρὶν τλαικ πάντας ιδούτως καὶ ποτῆτος.

Πρὶν λύσασθ' ἑταῖρος, χρὴ τῷ δρόμῳ μοῖσιψ ιδεῖσθαι; I.

Quis cupiat Circe prudens, uel sanior unquam

Sustineat bibere, atque cibum gustare, priusquam

Soluantur socij, mihi uel reddantur ad unum!

Quibus docet non se prius cibū gustaturum, quam quod

petebat impetrasset, amicosque ac ciues absolutos uideret.

Eius hanc dexteritatem ille perlubenter amplexus, omnes

continuo absoluit ac remisit. Cum aliquando passer accipi-

tri futurus preda se in eius sinu receperisset. operuit ac fo-

nuit dicens, non oportere supplicē prodere. Cum à Bione

obiurgaretur, non tibi, inquit, respondebo equidem. Nam

neque tragœdia comœdiā, cum ab ea lacescitur, responsione

dignatur. Ad eum qui neque musica, neque geometria, neque

astronomia instructus, ludū suum frequentare cupiebat,

Abi, inquit, an sis enim et administriculis philosophiae cares.

Alij sic dixisse ferunt, Apud me enim uellus non molitur. \*

I

Cum

Cum Platoni Dionysius diceret, caput tibi quispiam tollet, aderat hic et suum ostendens, nullus, inquit, id prim quām istud abscindet. Aut Antipatro Athenas profecto, et se salutanti non ante respondisse, quām cceptam finire orationem. Porro gloriæ et fastus in primis contemptor fuit, ac sēpe interdiu meditationi inscruebat, atque unum silentio distribuebat horā. Scripsit autem plurima, cōmētarios nimurū, paræneses, et uersus. Ea frē ista sunt,

*\* τριῶν διατάξεων.* Arcadē unū, de infinito unū, de puerō unū, \* de contingen-  
tia unū, de utili unū, de libero unū, de morte unū, de noli-  
fallor, uersus à Marsilio Fi-  
cino.  
*\* ita μεταβολή.* de amicitia duos, de scribendo unū, de memoria  
unū, de modestia unum, de cœtrario duo, de felicitate duo,  
de médacio unū. Calliclen unū, de prudēcia duo, Oecono-  
micū unū, de frugalitate unum, de potestate legis unum, de  
repub. unum, de sanctitate unum, quod virtus tradi posuit,  
unū, de eo quod est, unū, de fato unū, de perturbationibus  
unū, de uitis unū, de concordia unū, de discipulis duo, de  
iustitia unū, de uirtute duo, de speciebus unū, de uoluptu-  
te duo, de anima duo, de scic̄tia unum, politicū unū, de uita  
unū, de fortitudine unū, de uno unū, de iudeis unum, de arte  
unū, de diis unū, de diis duo, de anima duo, de scic̄tia unū,  
ciuilem unū, de scic̄tificis unum, de philosophia unum, de  
Parmenide unū, Archedemus siue de iustitia unū, de bono  
unū, de his que circa mentem sunt octo. Solutio eorum que  
accidūt orationi unum, de his que de physice ratione adiuntur sex, caput unū, de generibus et speciebus unum,  
Pythagoriz unū, solutiones duo, diuisiones octo, positio-  
nū libros xxxiiii. de ratione disseredi libros xiiii. post  
haec libres xv. et alios xvii. de disciplinis eorum que  
circa distinctionem uersari possunt libros ix. eorum que  
circa mentem sunt alios libros iiii. eorum que circa

disciplinas uersantur libros sex, de his quæ circa mentem libros duos alios, de geometris lib. quinq; cōmentariorum unum, contrariorum unum, de numeris unum, numerorum speculatio unum, de interuallis unum, de his que in astrologia uersantur libros sex, elemēta ad Alexandrum, de regno lib. 1111. ad Arybam, ad Hephaestionē, de geometria duo, uersus CCCXLV. Eum tamē cūm tantus ac talis esset, Athenienses aliquando uendiderunt, ut eo modo in exilio positus frangeretur. Eum Demetrius Phalereus emit, ex utriq; succurrit. Xenocrati enim libertatē restituit, Atheniensibus uero imposito illi viro ab urbe exilio satisfecit. Hoc ait Myrorianus Amstrianus in primo historicorum similiū capitulo. Suscepit autem Speusippus scholam, ac p̄ficiit annos XXV. Docere autem coepit sub Lysimacho centesimæ decimæ olympiadis, anno secundo. Moritur nocte, cum\* in Sartaginem forte offendisset etatis agens \* nonimp. annum octogesimumsecundum. Nos de eo sic diximus,

Χαλκη προσῆλατες λευάρη πότε, καὶ τὸ μέτωπον  
Πλάσσετε, οὐχεὶς ὁ σύντομεψ, εἴτε ἔθαρτον

Ο πάντα πάντα Ζευνράτες ἀντεγενέσθαι. hoc est,  
In peluum quondam lapsus male cantus ahenam

Frontem lœfit εἰς ἀνοικείατος obit

Xenocrates uir ille, qui unus omnibus fuit omnia.

Fuerunt & alij quinq; eiusdem nominis. Primus antiquissimus huius philosophi cuius ac propinquius. Fertur eius oratio quæ inscribitur Arsinoëtica, de Arsinoë defuncta. Alter philosophus Elegia scriptor non satis probatus. Ita enim se habet res, ut poëta quidem, si prosa oratione scribere uelint, praestent. Qui uero pedestri oratione scribere consueuerint, si poëtice sibi partes uendicare uelint, sion assequantur. Id ex eo liquet, quod alterum naturæ, artis

alterum opus est. Alius statuarius fuit. Postremus Aristoxeno teste odas conscripsit.

## POLEMOS ATHENIENSIS.

Polemox Philostrati filius Atheniensis, pago Oeetensis  
Poriundus, cum esset adolescentis, adeò impudicus ac lib-  
bricus fuit, ut pecunias circumferret, quò paratior esset et  
instructior ad uoluptates implendas, eas itidem in uis et  
angusti portis occuleret. In Academia quoq; iuxta columnam  
quandam reperta est pecunia ab eo illie in usus similes re-  
condita. Aliquando uero ex cōposito cum sodalibus ebris,  
et coronatus Xenocratis irrupit scholam. Quo ille nibil  
deterritus, eam quam cœperat orationem, ardenter quoq;  
prouexit. Erat autem sermo de temperantia. Ea illius ora-  
tione sensim impurus adolescentis seipsum collegit, atque  
ita, ut industria et studio ceteros uinceret, eiq; in schola  
regenda succederet, incipiens à centesima decima sexti  
olympiae. Refert Antigonus Caristius in uitis, patre eius  
fuisse primarium ciuitatis, equosq; iugales nutrire solitus.  
Fugisseq; iudicium Polemonem ab uxore nequitiae insimu-  
latum, quod adolescentibus congrederetur. Tantam uero  
inter ipsa philosophandi principia oris atque habitus as-  
sumpsisse constantiam, ut idem semper permaneret, uocemq;  
nunquam immutaret. Quibus ex rebus Crantorem quoq; sui  
in primis studiosum fecit. Quidam à cane rabioso impeditus  
dum suram morsu discerperet, ne expalluit quidem, tumultuq;  
in ciuitate excitato, percontatus quid nam contigisset,  
immobilis perstiterit. In theatri quoque nulla miseratione  
mouebatur. Nicostrato enim, qui cognominabatur Cly-  
temnestra, poëta quiddam sibi Cratiq; recitante, illoq; in  
affectum comiserationis translatu, ibi ita perseverauit, ac  
si non audiuisset. Eiusmodi autem projectio fuit, qualiter de-  
scribit

scribit Melantius pictor in libris de pictura. Ait enim oportere contumaciā quandam atq; dūritiā operibus & moribus ex æquo moderari. Polemo autē dicebat oportere, in rebus exerceri, non in dialecticis speculationibus, ne breue quandā artem sorbentes atq; meditantes, dum in rogationibus admirationi habentur, affectu sibiipsis repugnarent. Erat igitur urbanus adiuncta seuera constantia. Idq; fugiebat quod de Euripide scribit Aristophanes, acidum eum atq; asperū vocans. Neq; uero sedens dicebat cū rogaretur, sed ambulans. Itaq; propter summū probitatis studiū in ciuitate honorabatur. Maxime autem post deambulationem quiescebat in hortulo, iuxta quē discipuli cōstructis breuibus tuguriolis prope scholam exedramq; habitabat. Videtur autē Polemo Xenocratē in ciuitatis emulatus, cumq; amasse Aristippus in quarto de antiquis delicijs refert. Semper enim illius innocentia & siccitatē Polemo in ore habebat: inducerat illius quoq; grauitatem, ueluti

\*Doricus quidā in musica modus. Erat autem & Sophocles in primis studiosus, atq; in illis maximē locis, ubi iuxta equa. comicos canis quidam Molossicus secum unā poēmatā fecisse uidebatur: & ubi iuxta Phrynicum nou elatus, aut turbidus, sed \*mitis incedit atq; placidus. Dicebat enim Homerū quidem epicū esse Sophoclem, Sophoclem uero Homērū tragicū. Obijt iam uetus ex p̄fisi, reliquitq; opuscula non sane pauca. Nostrum est tale de eo carmen,

Οὐκ ἀίεις, Πολέμωνα κενάθαμεν, οὐ δέ το τῆδε

Ἄρρωστα τὸ στενόν ἀνθέψασαν πάθει.

Οὐ μᾶλλον Πολέμωνα τὸ σῶμα τὸ τέτο γένετο.

Μέλλων δὲ ἔχει τὰ αἰβάρην θύκην χαμαι. hoc est,

Heus bone, si nescis, tegimus Polemona uiator,

Quem morbus hic iam collocauit pessimus.

Imò non Polemona, sed hoc quod ad astra proficius  
Humi reliquit corpus seniputridum.

## CRATES ATHENIENSIS.

**C**rates Atheniensis patre Antigene ortus, pago Thri-  
Casius fuit, auditor simul amatorq; Polemonis, illiusq;  
successor scholæ. Ita uero sibi proficere inuicem, ut nō mo-  
dò inuentes eadem studia sint secuti, uerū ad ultimā frē  
respirationem alterutrum similes fuerint, & mortuicor-  
dem sepulcro sint conditi. Vnde & Antigonas ambos uer-  
su laudauit in hanc sententiam,

Μημάλι τοῦ δε Κράτους θεολόγος, καὶ Πολίμωνα

Ἐγγεπε κορπίσαδή ξένη παρερχόμενον.

Αὐδρας διερρεσόντι μεγάλοτορες, ὡραίω μῆνες.

Ιερὸς θιστρού οἰαιμενίς τόμαλον.

Καὶ βίον οὐ καθαρὸς σορός λιτὸν θεῖον ἐκόσμη

Αἰώνιος αὐτοπλοῖος οἰδημασι παθόμενον. hoc est,

Hoc Polemona situm tumulo sanctumq; Cratitem

Qui facis hac, narra quisquis es bosques, iter.

Mutua quos pariter iunxit concordia, quorum

Ambrosius sacro fluxit ab ore lepos.

Et sua, que monitis fuerat contracta securis

Vitæ illustrauit secula mundicies.

Hinc & Arcessilau cum ad eos à Theophrasto diuertita,  
dixisse serunt, illos deos esse quospiā, aut aurei seculi ro-  
liquis. Erant enim ingenio minime vulgari, aut multitudi-  
nis fauorisbus dedito, sed quod de Dionysodoro tibicine  
fertur, illis conuenientissime aptari potest, quem aliquando  
dixisse tradunt exultantem atq; gloriantem, quod nibil ex  
suis pulibus, neq; in trieris, neq; ad fontē unquā audier-  
set, sicuti Ismenij. Coenare apud Cranorem solitum refert  
Antigonus concorditer ambobus Arcessilao etiam adicatio-

uiuent

nuentibus. Habitasse item Arcesilaum unam et Cratorem, Polemonemque unam cum Cratete, et Lysiclide quodam ex ceteris. Erat autem inquit amator, ut predictum est, Polemonius quidem Crates, Crantorius autem Arcesilaus. Mortuus autem Crates, ut Apollodorus in tertio chronicorum ait, liberos reliquit, alios quidem philosophicos, alios de comediis. Orationes item populares alias, et alias de legationibus. Habuit et discipulos sane memorabiles. Horum numero fuit Arcesilaus auditor eius, de quo in consequentiis dicens, et Bius ite Borysthenites, ac postremo Theodorus, a quo secta Thedorica denominata est: de quo ite dicimus mox post Arcesilaum. Decem uero fuerunt Crates. Primus antiquae comediae poëta. Secundus orator Trallianus de Isocratis familia. Tertius uallorum effosor, qui \* ταρπύλιος cum Alexandro militauit. Quartus Cynicus, de quo postea dicimus. Quintus philosophus Peripateticus. Sextus Academicus quem prediximus, Septimus Malotes grammaticus. Octavus qui geometrica scripsit. Nonius poëta epigramatum. Decimus Tarseiensis Academicus philosophus.

## C. R. A. N. T. O. R.

C<sup>r</sup>antor Solensis cum apud suos haberetur in honore concessit Athenas, ibique Xenocratis auditor. Polemonisque socius in dicendo fuit. Reliquit autem commentaria ad xxviii versus milia. Ex eis quaedam. Arcesilao non desunt qui applicent. Fecit enim interrogatus esset quoniam obrem ita se Polemoni addixisset, respondisse, quia illo unquam neque acutius neque grauius audisset loquenter. Is cum incidisset in morbum, in Asclepiani successit, ibique deambulabat. Continuo ad eum illuc undique confluxere discipuli, existimantes illum non morbi causa, sed quod ibi scholam uellet instituere. Aderat tum illuc et Arcesilaus uoles ab illo se ad Polemo-

nem commendari, quanquam amatore suo, sicuti cū ad Ar-  
cesilaum uenerimus, dicemus. Quia ex re non solum nihil  
succensuit, sed ipse quoq; cum sanus factus esset, se ad ar-  
dicidūm Polemonem contulit, atq; inde multum illi ex  
gloriæ ex laudis accessit. Fertur ex substantiā Arcesilas  
reliquisse talentorum duodecim. Et cū ab eo rogaretur,  
ubi nam sepeliri uellet, dixisse:

Ἐψ γῆς φίλοις μυχόσι: κρυφῶνας καλός. hoc est,

Terre in latebris condi amicis expedit.

Poëmati quoq; scripsisse dicitur, eaq; signata in Minerue  
fano in patro solo condidiſſe. Theatetus quoq; poëta illi  
laudans ex uiris ex musis fuisse in primis gratum canit,  
atq; sub ipsam senectutē cū defecisset, humo conditum,  
illuc tranquillo aeo frui. Ipsius autem carmen sic habet,

Ὕρδωνεψ ἀνθρώπωις, οὐδὲ τοῖσι πλέοντας

Χράτωρ, καὶ γέρως οὐδὲν θερψ οὔτι πρόσω.

Γὰ σὺ ψὲ τεβρεῶτα τὸν ιερὸν ἀνδρὸν θεωδίῃ

Ὕρδην καὶ λαμπεῖ λύκονδυμια. hoc est,

Gratus erat superis, musis sed gratiior ipsis

Crantor, ex huic nondum canā senecta aderat,

Exanimem sed terra uirum tu suscipe sacrum,

Vitam ut mollem istic ipse quietus agat,

Admirabatur Crantor præ ceteris Hominum ex Eupipi-  
dem dicens, operosum esse ex industria plenum propri-  
tate scrupula tragicē simul cū affectu misericordiae scri-  
bere, proscrebatq; uersiculum ex Bellerophonite:

Οἴμοι, τίδε οἴμοι, θυντέ τοι θεόνθαψεψ. hoc est,

Humana quantum dij boni paxi sumus.

Antagoram quoq; pētam fertur ut Crantoris uersibus in  
atiorē ferri huiusmodi,

Ἐρδοῖς μοι θυμὸς ὅτοι γίνεται αὐτοῖς πειθατοῦ

Ησεθεωρ, τὸν πρῶτον ἀφγυικὸν ἔργον εἶπα.  
 Τῷρ δακτὺς ἐρεβός τε πάλαι, βασιλέατε παῖδες  
 Γένετο νῦν πιλάγχατοι ὑπὲρ ἐυρετῶν ἀκεστοῖς  
 Η σύγε κύνωριστος ἵνα περίφρενος, μὴ σὲ γάλης  
 Η ἀνέμων τοι αἰσθα κακὰ φρονέων ἀλάλυσα  
 Αὐθρώπων ἡδὲ λοιδήλαι, τὸ καὶ σέο σῶμα διφύον. hoc est,  
 Mens foret illa mibi, cecini quaferuidus olim  
 Progeniem diuum eternam, celebrare Cupido  
 Te primum inciperem, et quot natos edidit atra  
 Nox, Erebusque senex, alto sub gurgite lati  
 Oceanus, Terraque satos, Venerisque puellum,  
 Ventorumque uagos cursus, humanaque nota,  
 Naturamque tuam canerem, corpusque gemellum.

Erat autem et in nominibus fingendis acer. Nam Tra- \* ἀντικείμενον  
 goedum dixit\* infractam habere uocem, et cortice ple-  
 nanus et poëta cuiusdam uersus σκίφθες plenos esse ait, et  
 Theophrasti\* questiones ostreis conscriptas esse. Lau- \* διατ.  
 datur eius maximum liber quem de luctu edidit. Obiit ante  
 Polemonem et Cratem aquæ intercutis morbo. Est no-  
 strum epigramma in eum huiusmodi,

Ἐπίκλυσι καὶ σὸν κράντορ δὲ νόσου κακίζη  
 Χ' αὐτως κατέλθεις δέ μέλαιναρ πλευτέως ἀβυαροφ  
 Καὶ σὺ μὲν ἱκέτης νῦν χαίρεσ, σῶρ λύγων δὲ  
 Ξύρη ἐξηκερ ἀκαδημεῖα καὶ σόδας πατρὸς σεῦ. hoc est,  
 Inundauit et te Crantor pessimus morbus,  
 Atque ita in atram descendisti Plutonis abyssum:  
 Tu quidem illic nunc gaudes, at sermonum  
 Tuorum uidua est Academia et Soli patria.

## A R C E S I L A V S.

A Resilias Scuthis sine Scythifiliis, sicut Apollodorus  
 in 111. chronicorū ait, Pritaneus ex Aeolide. Primus

hic mediam inuenit Academiā, negationes continens propter sermonū cōtrarietates: primusq; in utrāq; dissenseret partē aggressus est. Idq; orationis genus quod Plato tradidicerat, per interrogatiōnē, ac responſionē, ex umbra incertum ac puluerē primus eduxit. Crātori uero in hunc modū cōgressus est. Quartus erat ex fratribus, qui illi duo erāt ex codē patre, duoq; eadem ex matre nati. Ex his alter, qui eodē ex patre maior natu erat, Pylades: qui uero ex matre, Moerces dicebatur, quiq; eius curator erat. Audiuīt itaq; principio quidem Autolycum mathematicum cinem suum, antequam proficisceretur Athenas, quicun Sardis quoq; perrexit. Deinde Xanthum Atheniensem musicū, post quem Theophrasti auditor fuit. Tum demum in Academiam se ad Crātorem contulit. Moerces enim frater, quem prædiximus, ad oratoriam ediscendam habebatur, sed illum philosophiae iam amor ceperat. Eo amore flagrantem Crātori in eum affectus, Euripidis ex Adromeda uersicolo producto rogat,

Ω παρθεψί τη σωσται σ' αὐτην ψοὶ χάριψ; hoc est,  
Ο' uirgo si te scriuem babebis gratias?  
Cui ille quod mox sequitur respondit,  
Ἄγε με ἐστί οὐμῶς ἵθι λατεῖος ἀλοχοψ. hoc est,  
Duc hospes ancillam me, aut si uis coniugem.

Ex hoc iam pariter ambo morabātur. Ac grē tulisse Theophrastum aiunt illius recessum, ac dixisse, quām ingeniosus promptusq; adolescens ē schōla discessit. Namq; cū esset in dicendo grauiſſimus, atq; in scribendo satis exercitatus, poēticē quoq; operant dedit. Feruntur eius epigrammata in Attalum in hanc sententiam,

Πίργαμος ἐπλοιει κλέιτην μεντωψ, ἀλλὰ τῷ περισσῷ  
Πολλάκις ἀρδεται πίργη ἀρεταῖδειο.

*Ei dè τὸν ἱερόθεν θεμιτὸν θρῆνον πέρι ἀνάμην*

*Ἐασται ἐστῶσι πολλῷ ποιῶσι τὴν.*      *boc est,*

*Sæpe per egregiam memoratur Pergamus armis*

*Urbein et equis Pisam, et religione sacram.*

*At si mortali phas præsigire futurum,*

*Rursum erit multo commemorata magis.*

*Atque in Menodorum Eudamī filium, unum ex condiscipulis amantem,*

*Τηλέμῳ Φρυγίᾳ, τηλέστιον θυάτιρα*

*Ω μηνόδωρε σὺν πατέρις Καδαράδη.*

*Ἄλλας γὰρ εἰς ἀχέροντα τὸν δὲ φατὸν ἵστα κίλευθα*

*Ως δεῖρας ἀνθεῖνην πάνταθεν μετέβην μύλα.*

*Σῦμα δὲ τοῖς τάστιον ἔρεξεν ἀριφρεστὶς ὥστειον Θεον, ποὺ*

*πολλῶν πεντερηνοῦντος προσφιλέστερον Θεον.*      *boc est,*

*Sacra quidē procul est Phrygia, et procul est Thyatira*

*Tua Menedore patria et Cadanide.*

*Verū aditus tetur patet undiq; liber ad Orcum,*

*Quem perspicaci mensus es presentia.*

*Eudamus insigni tibi sed dedit arte sepulcrum*

*Pauperrimo quidem, uerū uochissimo.*

*Amplectabatur Homerū maximē ex omnibus, cuius adeō*

*studiosus erat, ut semper ante somnū eius aliquid legeret.*

*Mane quoq; cùm surgeret, dicens se ad amasū ire, cùm se*

*uelle legere innueret. Pindarum quoq; dicebat esse in pri-*

*mis idoneū implere uocem, uerborumq; ac nominis copiam*

*præbere. Stylum etiā Ionicum expressit, cùm esset iunior,*

*Hipponici item geometra auditor fuit, in quē locatus ille*

*plerumq; est, quod cùm esset hebes et obtusus et oscitans,*

*artis tamen intelligentiam a sequutus uideretur, hianti sibi*

*geometriam in os aduolauisse aiebat: cum etiam \*demen-*

*\*παγανήσια  
tem aliquando effectum domi secum habuit, atque tam diu*

*illius*

illius curam egit quo ad redderetur sensui. Crate autem in functo scholā temuit, cedente sibi Socratide quodā. Nullum uero librū scripsisse seruit, quod aequē de omnibus suspicere sententiā. Alij reprehēsum dū quædā emēdaret, tradidit. Ea tanē ipsa alij nō edidisse, alij flāmis tradidisse aūt. In honore summo Platonē habuit, librosq; illius studiosè lexitabat. Sunt qui Pyrrhonē quoq; imitatu assuerēt. Dia lecticæ quoq; fuit nō imperitus, Eretricorūq; sermones ac rationes calluit. Vnde & de illo ab Aristone dicebatur,

Πρόσθε Πλάτων, ὅποδε ἡ Πυρρών, μέσος τοῦ Διόδωρος.

Ante Plato, retro Pyrrho, mediis Diodorus.

Timon etiam sic de illo locutus est,

Τῇ γὰρ ἐχοψ Μενέδημος τὸ σέργοντι μολυβόν

Οἰσταί, ἢ Πυρρών τὸ πᾶν ορίας, ἢ Διόδωρος. hoc est,

Hinc sequitur Menedemus babēs sub pectore plumbū,

Certe aut Pyrrhonem carnosam, uel Diodorum.

Erat autem proloquijs abundē utens, & constrictus, atq; in locutione ambiguus. Ac præterea obiurgator cōfidens multūm, atq; audax, quod Timon quoque signauit, qui illius uehementiam uno uersiculo expressit.

Καὶ νιοὶ δὲ λόγοις ἀπιπλήσσοντις ἔγνωται ψυχή.

hoc est,

Et te, cum obiurgas, iuuenem uixisse memento.

Vnde & adolescenti quodam audacius quam par erat lo-

quente, Nullus ne, inquit, hunc \* talo excipiet! Cūt retu-

llisset ad eum quidam uitiosè concludens, non uideri altero

alterū maius: nec decem, inquit, digitorū longitudo seno-

rūm longitudine. Emione quodā Chio cūm esset deformis,

formosum se arbitrante, ac iugiter \* chlamydem preciosam

induente ac rogante, num illi sapiens amaturus uideretur.

Maxime, ait, nisi ita quissimam fuerit pulcher ut tu, & in

speciosē induatur. Cūm uero ab impudico agitaretur, cui

foste

λέγεται.

\* L. A. A.

forte infensa erat eius grauitas, sic ait,

Ἐξεσιρ ἐρωτῶ πότνι οὐ σιγὴν ἔχεις;      hoc est,

Licet rogem te casta, aut obmutescere?

Respondit,

Τύραι τί μοι φαχεῖται καὶ σὺ εἰσιμένως λαλεῖς.      hoc est,

Quid dura nobis οὐ νοιασθεῖσιν?

Verboso item cuidam ignaro ac molesto,

Ἄνδρας τοι, inquit, οὐκέται οὐδὲ λαλῶν τέκνα.      hoc est,

Obscenā nati seruorum loqui solent.

Loquaci itidem obtundenti nimio uerborum strepitu, Næ  
malam quidem, inquit, nutricē naestus est. Quibusdam uero  
nihil respondebat. Fœneratore quodam, ac discendi stu-  
diose, quiddam se ignorare dicente,

Λαθεσι γάρ τοι, inquit, καὶ αὐτοις αἰτεῖσθαι

Θάλαιαν οὐρανὸν πλὴν οὐταρ τόνον παρθενοῦ.

Nescit latentes transitus uentorum atvis

hoc est, τίνος οὐτουσίον  
firum οὐ μη-  
ram signat.

Fœnicella, fœtus adsit ni in præsentia.

Sumpta sunt autem ista ex Oenomio Sophoclis, Alexinum  
quendam dialecticū, Alexini quedam cōmodē ac pro merito  
enarrare nō ualentē, quid Philoxenus aduersus latrarios  
operarios egisset, admonuit. Ille enī cū hoc carmē ipsius  
male cantantes offendisset, lateres illorū cōculcare cœpit  
ac dicere, Vos mea corruipitis, ego uestra dissipabo. Fere-  
bat grauiter, si quis intēpcetiūc disciplinas liberales arri-  
puisset. Naturaliter autem nescio quomodo in differēdoute-  
batur hoc uerbo, \*arbitror equidē, &c., nō assentietur istis \*φέντιγῶν ψετοῖς,  
ille, cum ex nomine appellans: idq; discipulorū quoq; plu-      εὐγναῖσθαι  
rimi imitabantur, neq; id solum uerū & rhetoriken eius, άγνα.  
omnemq; dicendi modum ac figurā in se nitebātur expri-  
mēre. Erat autem illi inuentionis præcipua felicitas. Rite  
item ac facile occurrere obiectis, orationisq; ambītū ad id  
quod

quod erat propositum referre, atque omni se tempori ac-  
commode mirifice callebat. Magna illi præterea ultra  
omnes ceteros erat persuadendi quæ uellet acrimoniam.  
Quibus ex rebus factū est, ut ad cū audiendū cōflueret plu-  
rimi, & quidē cū illius immodico acumine offendem-  
tur. Quod tamen illi ipsi aequo animo, ac libenter tolera-  
bant. Erat enim vir egregiè bonus, suosq; auditores bone  
spe plenos emittebat. Erat illi summa facilitas in commu-  
nicandis rebus suis, atq; ad serēda beneficia promptus oc-  
currebat: latere quoq; gratiā omni studio quærebat, factū  
eiusmodi maximè exhorrens. Deniq; ingressus aliquando  
ad Ctesibiu[m] & grotū, uidēs q; eū in opia rerū angustari, ple-  
nu[m] numinis sacculum clam eius puluino subiecit. Quo ille  
inuento, Arcesilai, inquit, hic ludus est. Sed & alias mille  
ad eum solidos misit. Archiam uero Arcadem Eumeni cō-  
mendans, ut magna dignitate fungeretur effecit. Liberalis  
quoq; ad modum fuit, ipsamq; liberalitatē suam argētis in  
primis uasis præferebat. atq; cū Archeeratis & Callicrat-  
is apparatu cōtendens, aurca quoq; uasa in studio habuit,  
plurimisq; ea subministrabat, quibus & conuiuis, & ca-  
nas faciebant. Accepérat ab eo quidā ad suscipiēdos am-  
icos argēteauasa, cū uero is egenus esset, nō repetiūt. Alij  
alij de industria hæc illum utenda dedisse, & cū ea ille red-  
deret quia pauper erat, illi largitū fuisse. Erat quidem illi  
& in Pitane substātia, ex qua sibi Pylades frater suppedita-  
bat ad uitæ usus. Sed & Eumenes Philetæri filius ipsum  
Largissimis frequentibusq; illustrabat donis. Quocirca &  
huic soli præter ceteros studebat reges. Cū autē Antigo-  
no pleriq; obsequerentur, illiusq; domum salutandi gratia  
confrequentarent, ipse abstinebat, nolens in illius notitiam  
incidente. Hieroclis item amicitijs in primis fruebatur, qui

Minychiam posidebat, et Pireum. Itaq; diebus seruis semper descendere ad eum consueuerat, & cum ab eo quoq; ut Antigonum salutem iret, induceretur, non acquisuit, sed adusq; illius ianuas profectus, retro rediit. Post nauale uero Antigoni pugnam plurimis eum aduentibus, epistola q; pro consolatione scribetibus, tacuit ipse. Attamen pro patria legatione ad Antigonum in Demetriadē functus absq; effectū rediit. Omne igitur tēpus uixit in Academia, recip. negotia fugiens. Interdū & Athenis in Pireo morabatur ex tēpore dicens. Hierocle enim, ut diximus, uectebatur familiariter, unde & à plerisq; carpebatur, magnificentia præterea excellens. Quid enim rectius dici potest, quām alter Aristippus? Coenas cū sui similibus saepe celebrabat, ipseq; ad illos proficisciebatur. Theodotæ item ac Philetæ Eliensis scortis palam congregiebatur, Detrabentibus autē, Aristippi uigias recensebat. Adolescētibus item maxime studebat, eratq; in amore pronus. Unde illū Aristo. Chius Stoicus corruptorem iuuenium\* disertumq; impudl- \* miradondu cum & temerarium appellabat. Nanq; & Demetrium, cūmis Cyrenen nauigasset, amasse plurimum dicitur, & Myrleanum Leobarem, de quo & ad confessantes dixisse, se quidem aperire uelle, illum autem prohibere. Hunc amabant & Demochares Lachetis, & Pytocles Bugeli filius. Quos ille cū deprehendisset, cedere se profus patientia dixit. Præterea carpebant cum, & obiurgabant ij quos diximus, ut uulgò addictum glorie que studiosum. Maxime autem illum apud Hieronymum peripateticum uexabant, cū articos cogeret ad natalem diē Alcyonei Antigoni filij, qua die pecunias plurimas in sumptus quotannis mittebat Antigonus. Vbi cū denuntaret inter pocula differere, Aridelo proponenti sibi quildam quod

quod speculatione indigeret, orantiq; ut super illo differeret, dixisse scrunt, At hoc ipsum in primis philosophie proprium est, cuiusq; rei tempus scire. In id autem quod turbam addictus culpabatur, et Timon itum suo more iocatur.

ως ἀπώλεια, οὐχ λαος περίγαστη εἰσκατέβιωτη.

Οἱ δὲ μηρὶ τε γλάυκα περὶ αὐτοῦ τερατάρτῳ

Ηλίματος θλιψύτες. οὐδὲ σύρικερ δχλοσφίσκης

Οὐ μήγα πρῆγμα τάλας, τὶ πλατύνει τὸ λίθον. I.

Hæc ait, et turbam dextra læuacq; frequentem

Ingreditur, uolucres ululam ut mirantur inepta:

Illa stupet stolidum, sed tu uanissimè plebis

Captator, quid ob haec tam non præclar a superbis?

Cum tunc alioqui ita moderatus et fastus fugiens erat, ut

discipulos moneret et alios audire. Et cum adolescentes quidam

Chius ex ludo suo, Hieronymi quem prædiximus scholam

plus sibi placere significasset, ipse manu apprehensum ad

illū duxit, philosophoq; commedauit, admonens scrupulam

ordinis ac disciplinæ gravitatē. Perlepidū et hoc illius di-

cetum memoratur. Percontanti enim cur ex discipulis alijs

pleriq; ad seclam Epicuream transfireret, ex Epicureis uero

nullus se ad ceteras cœferret, ait: quia ex uiris quidē galli

fuerint, ex gallis uiri nunquam. Cum uero iam esset morti pro-

ximus, sua omnia Pyladi fratri legauit, quoddam illū Chiu

clan Mærea, atque inde Athenas deduxerat. Nunquam uero

uxorem duxit, aut filios genuit. Tria testamenta conscrip-

psit. Ex his unum Eretriae penes Amphictitum depositum.

Secundum Athenas apud quendam ex amicis. Tertium do-

mum ad Thaumasiam quendam necessarium suum misit, oras

ut illud scrupulam. Ad quem ita etiam scripsit.

A R C E S I L A U S T H A U M A S I A E 5.  
T E S T A M E N T A mea Diogenes tradidi ad te per-

serenda

κύβερνος  
εις  
σacerdotes  
σεβτοι.

ferenda. Quia enim sapius ægroto, & corpore non recte  
ualeo, testamentum confidere placuit, ut si quid contingat  
inopinatū, sine tua iniuria proficiscar ex uita, qui unus ex  
omnibus maximi me affectu prosecutus es: fidiissimus autem  
omnium qui hic sunt, cum nahi semper fucris, diligenter ea  
seruare stude, tum propter ætatem, tum propter necessitudinem.  
Cura igitur, memor quantum tue fidei committam,  
ut quod apud totum deponetur quantum in te est & ne-  
gotia mea honestè disposita sint. Posita sunt autē ista Athē-  
nis apud quendam ex anucis, & Eretriae penes Amphicra-  
tum. Obiit, ut Hermippus ait, cum merum immodecē haufi-  
set ac offendisset, septuagesimo, & quiunto ætatis anno, su-  
ceptusq; est ab Atheniensibus utnemo aliis.

Ἄρχεισθας τί μοι, τί τοσθτοι ἀκρητοῦ ἀφειδῶς  
Ἐαναὶ τοι εἴη φρεσῶν οὐτὸς ὅλοσθις ἔωρ  
Οἰκτάρω σ' & τοῖσθι επεὶ θάρες, καλλ' ὅτι μούσας  
Ὕβριστας, & μετρίη χρησάμενος οὐδείκι. hoc est,  
Arceſilaē meri quid tantum prodigiis bauris,  
Extra ſis mentem lapsus ut ipſe tuam!  
Nec tua me tantum mors afficit, at mibi miſeris  
Inmodica lesas sorbitione dolet.

Fuerunt & tres alij Arceſilai. Primus poëta prisca comœ-  
die. Scundus elegia. Tertius sculptor, in quem & Simoni-  
des hoc scripsit epigramma.

Ἀρτεμίδος τοῦ ἀγαλμα, δικόστιας γῳδού μισθος  
Δραχμαὶ τὰ πάγια, τῷρ ἐπίσημοι ἄρατος.  
Ἀσκετὸς δὲ τωίστηρ ἀθηναῖος παλάμηστρος  
Ἄξιος Ἀρχεισθας ὃνδες Ἀριστοῖνος. hoc est,  
Tercentum Parijs simulacrum insigne Diane  
Hoc drachmis constat, signum Aratus quibus est.  
Doctus at absoluīt cælo manibꝫq; Minervæ

*Arcesilas sculptor, natus Aristodici.*

*Predictus autem philosophus, ut ait Apollodorus in ebro-*  
*nicis, floruit circa centesimam et uigesimam olympiadem.*

BION BORYSTHENITES.

**B**ion genere quidem Borysthenites fuit. Quibus uero  
sit ortus parentibus, et quibus ex rebus ad philo-  
phiæ contulerit, ipse Antigonu aperuit. Cum enī illi sci-  
scitur, et

*Tis, πόθεν εἰς ἀρδβῶν, πόθεν τοι πόλις, καὶ τοκῆς. hoc est,*  
*Aedetuum nomen, patriam, genius, atq; parentes.*

Sentiens se uituperatum esse apud regem, atq; ideo sic lo-  
cūtum, ad illum ait, Pater quidem meus libertus fuit, cubi-  
to se tergens (Significabat autem illum succidam et lat-  
dum uendere) Borysthenites genere, non habens faciem,  
sed in facie scripturam acerbissimi domini, mater autem ex  
lupanari, nimurum quam buiustodi ducere potuit. Dein-  
de pater nescio quid in rem publicanorum committens,  
cum tota domo uenundatus est: Me adolescentulum hanc  
ingratum orator quidam emit. Is moriens, mihi omniare  
liquit. Ego tabulae ipsius exurens, cunctasq; conscindens,  
Athenas concessi, ibiq; philosophatus sum.

*Τάτης της γενετῆς, τοῦτο πᾶς βός εὐχεις εἴρεις. hoc est,*  
*'Huius me esse patris, generis me gloriior huius.*

Ista habui que de me dicarem. Desinunt igitur Persæus et  
Philonides ea historie tradere, me autem ex me ipso intue-  
re, Et erat sane Bion alias uersatili ingenio, et sophista  
callidus, puerq; circa philosophiam se exercere uolentibus  
occasione prebuerat. In quibusdam uero civilis, et sua-  
pis, fastuq; perfrui ualens. Complura item reliquit com-  
mentaria, sed et sententias utiles et graves, ut illud:  
Cum sibi probro daretur, quod adolescentem non sibi  
uend

pendicasset, non enim, inquit, possibile est mollem cascum  
 habeo attrahere. Interrogatus aliquando, quisnam anxie-  
 tate maiore detinetur, ille, inquit, quise maximè cupit esse  
 filicem & quietum. Rogatus autem ducenda esset uxor, re-  
 fertur enim & ad hunc istud, Si quidem, ait, turpem duxer-  
 is, pœnam habebis: finalem formosam, communis erit.  
 Senectutem malorum omnium portum assertebat, siquidem  
 ad ipsam cuncta configere. Gloriā annorum esse matrem,  
 pulchritudinem alienum bonum, diuitias uerois verum.  
 Ad cum qui agros suos uorauerat, Terra, inquit, Am-  
 phiarum absorbnit, sed terram tu. Magnum aiebat ma-  
 lum esse, ferre non posse malum. Arguebat eos qui homi-  
 nes, quasi sine sensu essent, exurerent. Dicebat autem iugi-  
 ter, optabilius esse speciem alterilargiri suam, quam alie-  
 nam petulanter ambire. Corpore quippe atq; animo laedi  
 qui id fecisset. Sed & Socratem in ius vocabat dicens: Nam  
 si quidem Alcibiade uti potuit, & abstinuit, inanis fuit:  
 sin uero non ualuit, nihil magnum fecit. Facilem esse di-  
 cebat ad infernum uiam, clausis enim oculis illuc iri.  
 Alcibiadem culpans, dicebat illum dum esset adolescens,  
 viros ab uxoribus, iuuenem uero uxores à viris abduxisse.  
 Rhodi Atheniensibus ad orationem se exercentibus, phi-  
 losophiam ipse docebat. Causante quodam cur ita faceret,  
 Frumenta, inquit, attuli, & ordeum uendo. Dicebat eos,  
 qui essent apud inferos, magis profectò cruciandos, si in-  
 tegriss, quam si perfratis uasis aquam ferrent. Orante il-  
 lum uerboso quodam, ut sibi openi ferret, satis, inquit, ti-  
 bi faciam, si internuncios ad me miseris, ipse uero noui uen-  
 eris. Navigans cum perditis hominibus, in latronies inci-  
 dit. Dicentibus illis, peribimus si agnoscatur, At ego, in-  
 quid, nisi agnoscatur. Elationem esse assertebat profectus

impedimentum. Ad diuitem auarū, Non, inquit, hic substantiam possidet, sed ab ea ipse possidetur. Tenaces ciebat opum ut suorum habere curam, uerū ex eis ut ex alienis nihil capere utilitatis. Fortitudine, inquit, cum sumus invincibilis, utimur, at cum senescere incipimus, prudētia valimus. Tantū uero prudentiam à uirtutibus ceteris differebat, serebat, quantum uisum ab alijs sensibus. Dicebat non esse exprobrandam senectutem, ad quam omnes peruenire cupimus. In uido cuidam subtristi. Nescio, inquit, utrum tibi malum, an alteri bonum contigerit. Impietatem pessimum esse dicebat contubernalem fiduciae.

*Διλοῖ γε ἀρδγα καὶ θεασύζομεν τίς γ. hoc est,*

*Virum domabit quamlibet ferox sit is.*

A mīcos qualescumq; sint oportere seruari, ne uideamus uel malisuti, uel deuitare bonos. Is in principio Academie instituta aspernabatur, quo tempore Cratis auditor erat, deinde Cynicum elegit institutum, sumpto pallio, et pœna. Nam quid illum aliud ad eam animi constantiam traduxit? Demum uero se ad Theodoria transtulit, Theodori impij auditorium frequentans, qui omni orationis genere utisolebat in dicendo. Post hunc uero Theophrastū peripateticū audiuit. Erat autem ex spectatorum studiosus, risumq; mouere auditoribus maximē peritus, graibus nominiibus aduersum res utens. Quia uero orationem suam omni dicendi genere temperauerat, ait Aratosthenem dixisse de illo, Primus omnium Bion philosophiam uario orationis flore uestivit. Erat illi item ex faciendis ueribus ingenium principiū accommodatum. Eius sunt illa,

*Δι πτωτοῦ Ἀρχύτα φαλληγοὶς, δλεῖθυφε*

*Τῆς ὑπάτης ἐγίδες πάντων λιμπόρθατ' ἀνδρῶν. hoc est,*

*O tener Archyta, nitidoq; beatule fastu*

*litibus & cantu superas dicacibus omnes.*

Sed omnino & musicam & geometriam pro ludo habuit. Apparatus quoq; magnifici ac pretiosi erat studiosus, atq; ideo ex urbe in urbem saepe migrabat. Interdum & praestigiū aliquod arte moliebatur. Nam Rhodi nautis persuasit, ut sumpta scholari ueste se sequeretur, cumq; his ingressum gymnasium conspicuus fuit. Consuevit & adolescentes sibi adoptare, ut eis et ad uoluptate abuteretur, & ab eorum benevolentia protegeretur. Sed & sui uchementer amans fuit, semperq; illi in ore erat, amicorum cuncta communia. Idcirco & nemo illius discipulus inscribitur, cum tot habuerit sui auditores. Quosdam uero ad impudentiam prouexit. Vnde & Butio quidam ex familiaribus suis aliquando ad Menedemum dixisse fertur, Evidēt Menedeme noctu Bioni comūgor, nihilq; indignum mihi passus uideor. Multa etiam scelestius congredientibus colloquebatur. Haec autem ex impij Thiodori disciplina hauserat. Postremo incidens in malā ualitudinem, ut dixerunt qui erant in Chalcide, illic enim & uitam finiuit, \* ligatur as suscipere induetus est, & poenitentiam agere super his que peccarat indeam. Eorum uero inopia quibus infirmoru cursu erat, direcruiciatus est, quoad Antigonus duos illi famulos misit, secutusq; est eum in \* sella, ut Phauorinus tradit in omnimoda historiā. Sed hic quoq; uita excepsit. Illum nos ita perstrinximus: Bona Borysthenitem Scythica tellus produxit, que dixisse audonus deos, quod reuera sint nihil. Ac si quidem id dogma tueri persistisset, meritò dicēdus esset sensisse ut uisum fuisset, et si male uisum esset. At nunc tamen longo morbo tabescens, ac morti pertinaces, qui deos non esse dicxerat, sanū non uiderat, mortalibus qui illudebat ueris dum diis innolarent, non popinae quidem ad aras ac mense nimborum, . . . dori

\* πλαντα η  
δηρ.

\* φριτο.

Hic defuntur  
sus Grad.

dori, decorum hostijs admonuit nares. Nec peccavi dixi de-  
licitis parcite, sed et anui collum facile porrexit excus-  
dū, brachiaq; loris persuasus deuinxit, rbaunūq; et lauri-  
ramum iauae imposuit, cuncta perpeti magis quam mori  
paratus. Stultus qui mercede noluerit deos esse, quasi tunc  
dij essent, cum illos Bion deum esse arbitraretur. Ergo ne-  
quicquam sapiens cum lembus erat carbo totus, tendens  
manum, Salve, inquit, Pluto salve. Decem uero Biones fu-  
re. Primus qui Pherceydi Syro contemporaneus fuit, cum  
duo feruntur libri. Est autem Proconesius. Secundus Syra-  
cusanus, qui artes rhetoricas conscripsit. Tertius hic ipse.  
Quartus ex Democriti familia, et mathematicus Abdentes,  
qui Atticè scripsit, et Ionicè. Hic primus esse dixit re-  
giones quasdam, ubi esset sex mensium nox, et totidem di-  
es. Quintus Solensis, qui conscripsit Aethiopica. Sextus rhe-  
toricus, cuius feruntur libri nouem, musarum inscripti. Se-  
ptimus Lyricus poëta. Octavus Milesius sculptor, cuius et  
Polemo meminuit. Nonus poëta tragicus ex his qui Tarsii  
dicuntur. Decimus itidē sculptor Clazomenius, siue Chius,  
cuius et Hippoanax meminuit.

### LACYDES CYRENAEVS.

**L**acydes Alexandri filius Cyrenensis, noue Academie  
princeps, Arcesilaiq; successor fuit, uir eximia scienti-  
tatis, qui instituti sui noui paucos habuerit emulos. Fuit  
ab adolescentia summi studiosus, et pauper quidē, sed gra-  
tus admodum atq; in sermone incudus. Atiunt cum et circa  
ren familiarē felicissimè se habuisse. Cum ex penu promere  
quicquā uoluissest obsignato aditu, tursus anulum per fore  
men intro iaculabatur, ut nihil inde ex reconditis rebus tol-  
leretur. Id cum animaduertissent famuli, resignabant que  
signata erant, et que uoluissest. inde tollebant, ac deinde

annum in particū per rīuā immittebant. Idq; cūm sēpe facerent, nunquā deprehēdi potuerūt. Lacydes igitur Academī scholam habebat in horto, quem Attalus rex fieri curaverat, Lacydiumq; ab ipso appellatus est, solusq; ex omni memoria iuvenis Phocensisbus Telecli & Euando scholam tradidit. Porrō Euandro successit Hegesimus Pergamenus, à quo Carneades. Epidemiū uero illud ad Lacydē refertur: Attilo enim illum ad se accessente, dixisse fertur, imagines procul esse intuendas. Scro autē geometriæ danti operā ait quissiam: Num uero nunc tempus? An' ne nunc quidē? Obijt autem cūm scholam administrare cœpisset, quarto anno cxxxi. olympiadis, xx. & v i. annis in schola consumptis. Mortuus est autem ex paralyſi, quam ex immo-  
dica potatione contraxerat. Et nos ita de illo cecinimus,

Kαὶ σίο λακεδαι φάτιρ ἐκλινωμ, ὡς ἀραι καὶ ἀσ-

βέκχαν ἐλῶμ ἀλόλιο ποστήρ ἔσυρες ἄνθοις

Η σαφεῖς δηρυστρηταρι τολὺς ἵσ δίμιας ἐλθοι

λῦσε μέλιν. διὸ διν μή τι λανᾶτροφη, boceſt,

Fama est Lacyde pedibus quod traxeris atras

Exceptum Bacchum Ditis adusq; fores.

Scilicet hoc uerum est, penetrat cum corpora, Bacchum

Soluere membra, ideo non satus ille fuit.

### C A R N E A D E S.

**C**Arneades Epicomi, siue, ut Alexander in successione  
nibus tradit, Philocomi filius Cyrenaeus. Hic Stoico-  
rum & Chrysippi libris diligentissimè perlegatis, eis modi-  
cē reclutabatur, adeoq; id uercundē faciebat, ut saepius di-  
ceret, nisi Chrysippus esset, non essem ego. Fuit autē uebe-  
menter studiosus. Porrō physice minus curam habuit, ethi-  
ce se magis deuonit. Quocirca & cœsarieni & unguies  
nutriebat, tanta erat in literas intentione. Adeo autem in

philosophia ualuit. tantumq; sibi in ea neriiorum comparauit, ut oratores quoq; in ipsius scholis ad eum audiendum conuenirent. Erat autem illi et nox maxima, et precipue sonora, adeo ut gymnasij princeps ad illum nitteret, ac ne ita clamaret, admoneret, ad quen ille, Da uocis modum, inquit. Et ille sapientissime sane, congrueq; respondit. Nam modum habes, ait, auditores. Acriter autem inuechebatur, atq; in questionibus erat iusuperabilis. Cenatas autem ob causas predictas declinabat. Hic aliquando cum Mentor Bitbynus discipulus atq; auditor pellicem suam adamaret, ut Phanorinus refert in omnimodo bistoria, inter dicendum ita in illum iocatus est,

Πωλεῖται τὸς διῆρος γέρων, ἄλιος, γημερής  
Μίντοις ἀσθεμένος, μὲν δέμας, καὶ δὲ καὶ αὐθίκη  
Τετραπόδης τὸς δὲ ἐκκενρήχθαι λίγο. hoc est,  
Tetricus hic quidam uersatur homuncio, et idem  
Vanus incensus; senex, par Mentorī membraq; vocemq;  
Exterminari quem schola ex nostra uolo.

At ille continuo exurgens, intulit,

Οἱ μὲν ἐλάχιστοι, τοῦτον ἡγέροντο μᾶλλον ὁκα. hoc est,  
Hi dixere quidem, surgunt sed protinus illi.

Durius autem uidetur circa finem uersatus esse, cum sepius diceret, quae constituit natura et compegit, ea et dissolut. Cum autem didicisset Antipatrum ueneno hausto defunctum, et ipse incitatus est ad audendum contrameritem: aitq; suis, date igitur et mihi. Qui cum dicerent, quid ait, nullum. Defuncto autem illo defctionem lunæ factam auunt, ut compati sibi uideri posset pulcherrimum post solem sydus, refert Apollodorus in chronicis humanis cum excessisset rebus, olympiadis centesimae sexagesime secunde, anno quarto, cum uixisset annos octoginta quinq;

FETIUS

Feruntur eius epistole ad Ariathem Cappadocie Regem.  
 Reliqua ipsius conscripsere discipuli, ipse enim nihil reliquit. Est autem et in hunc nostrum epigramma logadico,  
 et archabudaeo metro.

Tí με Καρναδίω, τí με μῆσα θέλει γχέψ  
 ἀμαθής ὁστειά πάτοιδειρ ὄπως στεβόκη  
 Τῷ θαυμῷ, ὅτε καὶ φύσικὴν ποτ' ἔχωρ κακίζω  
 Νόσορ, δικαὶος λύσιμος ἐσχέμειρ, ἀλλ' ἀκόσος  
 Οὐτι φάρμακον διτίπατρος πιὼμεν ἀπίστοι  
 Δόθε τοῖνυν ἕφνος κάκησι, πιῶμεν μέμη τοι, τί;  
 Δότ' εἰρήμελι, σφόδρατ' εἴχει πρόχερα ταῦται  
 Φύσις ἡ σωκόντηνος με, καὶ διαλύσεις αὖ.  
 Καὶ οὐδὲν ὅδειρ ἐλασσοροῦ ἔβν κατέστη γῆται, ἐνταῦθῃ  
 Τὰ πλέον παντὶ κέρδῃ ἔχοντα μελλεῖν ἐστίν. hoc est,  
 Quid Carnademi uis musa ut arguam  
 Qui ruditus adhuc, non uidebat cur metueret  
 Mortem, unde cum phthisi olim laboraret, pessimo  
 Morbo, curam noluit admittere, sed audiens  
 Antipatrum hausto extinctum pharmaco,  
 Date igitur, inquit, et mihi quod bibam. quid nam, quid?  
 Date mulsum mihi, nam grauiter habet hæc facilis  
 Natura, que me continent, dissolueturq; illico.  
 At ille nihilo minus sub terram cessit, licebatq;

Plura mala lucra habentem, migrare ad Orcum.

Fertur ei lumina caligine offendi solita, ipso nihil aduerten-  
 te, iubereq; solitum pueru lucernam accendere, quam ille  
 cum intulisset, ac diceret, attuli, respondere consueisse, lege  
 igitur. Huiuscce alij complures fuere discipuli, sed excelluit  
 omnes Clitomachus, de quo etiam subsequenter dicendum.  
 Fuit et alius Carnades elegie Poëta, sed frigidus et ob-  
 scurus.

## CLITOMAC HV S.

**C**litemachus Carthaginensis, patria lingua Asdrubel  
appellabatur, in qua etiam apud suos philosophari con-  
sueverat. Athenas autem contendit quadraginta annos na-  
tus, audivitq; Carneadem. Eius ille industrian animadver-  
tentis literas doceri fecit, ac studiosè imbuit virum. Ad tunc  
firmitatem autē peritus est, ut ultra quadraginta volumina  
scripserit, successeritq; Carneadi, cuius etiam dicta maximè  
illustravit literis. Versatus est autē in tribus maxime scitis,  
Academicorum scilicet, Peripateticorum, atq; Stoicorum.  
Porro Academicos ita serè infectatur Timon:

Ovidi Ἀκαδημαιῶν πλάτωνες τὸν αὐτόν. hoc est,

Sed ueq; garrulitas Academi incoudita ludi.


Hactenus de Academicis qui à Platone fluxere diximus, ne-  
niendum iam ad Peripateticos, et à Platone uenientes, quo-  
rum fuit princeps Aristoteles, de quo primum dicendum.

# D I O G E N I S L A-

## E R T I I D E P H I L O S O-

### phorum uita, Liber quintus.

## A R I S T O T E L E S.



RISTOTELIS Nicomachi Phestia-  
disq; filius Stagyrites fuit. Porro Nicoma-  
chus à Nicomacho Macbaonis filio Aeschu-  
lapij q; nepote originem duxit, ut Hermippus in eo libro quem de Aristotle scripsit,  
tradit. Conuixit autem Amyntæ Macedonum Regi medi-  
cine et amicitie gratia. hic inter omnes Platonis disci-  
pulos maxime excelluit, noceq; gracili, ut Timotheus Athe-  
nien

mensis in libro de uitis refert, et ex libris cunctis paruisq; \*ιεχωνται  
oculis fuit, ueste insigni & anulis, ac tonsura utens. Natus  
est autem illi & filius Nicomachus ex Herpylide concubi-  
na, ut Timotheus ait. Recesit à Platone dum adhuc super-  
uiceret. Vnde dixisse illum tradunt, Aristoteles in nos re-  
calcitrauit, non secus atq; in matre pulli geniti. Refert Her-  
ippus in uitis, cum Atheniensium legatus ad Philippum pro-  
ficiens esset Aristoteles, Academicæ scbole præfectum fuiss-  
e Xenocratem. Cum uero reuersus esset, scholanq; sub alio  
uidisset, elegisse in Lycco πόριπατον, illicq; usq; ad unctio-  
nem deambulando cum discipulis philosophari solitum, atq;  
inde peripateticum appellatum esse. Alij idcirco sic vocatum  
asserunt, quod ægritudine conualescuti, ac deambulanti  
Alexandro assistens quedam differere soleret. Vbi uero iam  
plures esse coepabant, sedens docebat, dicens:

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτη ὁ λέπτη. hoc est,  
Silcre turpe me, & Xenocratem loqui.

Ad propositam questionem discipulos una exercebat simul  
& orationem docens. Deinde ad Herniam eunuchum pro-  
fectus est, Attarensem tyrannū. quem alij quidem delicias  
ac lusus ipsius fuisse tradunt. alij uero sibi affinitate iunctū  
tradita ei filia siue uepic, ut refert Demetrius Magnesius in  
libris de Poëtis ac scriptoribus equiuocis, qui et Eubuli ser-  
num Herniam fuisse ait, Bithynium genere, quem et domi-  
num suum enecasse. Porro Aristippus in primo de antiquis  
delitijs libro, Aristotelem ait Hermie concubinā adamasse,  
quam ille cum sibi permisisset, duxisse eam, & gaudio elatū  
immolasse mulieri, ut Athenienses Eleusinæ Cereri, Hér-  
miaeq; pœana scripsisse, qui ἐρδον, hoc est, intus scriptus est.  
Hinc in Macedonia apud Philippum uixisse, atq; ab eo Ale-  
xandrum filium erudiendum accepisse, petissēq; instaurari  
solum patriam à Philippo cuersum. Id ubi impetrasset, de-

disse illis leges. In schola quoq; leges tulit imitando Xeno-  
cratem, ut decendialem principem facerent. Vbi uero Ale-  
xandro instituendo satis uisus est nauasse operā, cumq; sibi  
deuinxiſſe, commendato illi cognato Callistheno Olympio  
Athenas concessit. Eum audacius quam par et at alloquen-  
tē, Regem, et minimē illi obsequētem, ab ipso increpitum aſſe-  
runt uersu, admonente, ni talia loqui deſiſteret, mature pe-  
riturum, quod & factum eſt uersus autem ſic habet:

Σκύμος Θεοι τίκος ταταγ. οἱ ἀγρόστις. hoc eſt,  
Qualia mi loqueris, uereor ſis nate ſuperſtes.

Nanq; Hermolaο in Alexandrum inſidiarum ſocius fuſſe  
deprehenduiſſe, caue a ferrea circuſſu, pædore atq; ſqualore  
oblitus, iconi poſtremo obiectus eſt, ſicq; excedit e uita. E-  
nim uero Aristotleſ Athenas proſectus, cùm illic tredecim  
annis docuiſſet, clām in Chalcidem concesſit, quodd ab Eury-  
medōte hicropata impietatis accuſatus eſſet, ſiue, ut Phano-  
rinus ait in omnimoda historia, à Demophilo, quod býmū  
in eum quem prædictum Hērmia ſcripſerit, quodq; hoc epi-  
gramma ſtatue quæ in Delphis eſt, incidi cur auertit:

Τόψ οἱ ποτ' εἰχόντες παραβάταις μακάρων θέμην ἀγαθὸν

Ἐκτριψιν περισῶν τοξοφόρων βασιλέων

Οὐ φατερῶν λόγχῃ φοίτοις οὐ πάγωσι κρατήσας

Ἀλλ' ἀνδρὸς πίστι χρισάμενος δολίων. hoc eſt,

Impius hunc quondam Perſarum morte tyraṇnus

Mulctauit uiolans tuiq; ne farq; uirum.

Nam neq; collato opprefuit certamine, uerum

Inſidiosē hominiſ ūſus amicitia.

*Hab. Her.* Hic uero, ut ait\* Eumolus in quinto historiarum, aconitum  
bibens, mortuus eſt ſeptuagejimo etatis anno. In quem eſt  
noſtrum hoc epigramma:

Εὐρυμέδων ποτε μιλλεψη Ἀριζόσιλω ἀσιθέας

Γράτ

Γράμμασθαι μῆνες μυστίσθαι ἦμη πρέπειον  
Ἀλλὰ πιὼμεν ἀκόντιον ὑπεκφυγεῖ. τότε ἀκοντί;  
      Hoc est,  
Nuper Aristotelem, læsa ut pietate nocentem  
Detulit Eurimedon sacrificus Cereris.  
Ille aconiti bibens subterfugit. certe aconiti  
      Hoc erat iniustum uincere sacrificum.

Idem uero refert ipsum Platoni trigenarū se in disciplinā  
dedisse, sed profecto fallitur. Nāq; septimo decuno etatis an-  
no Platonē audire cœpit. Est autē hymnus huiusmodi:

Ἄρεβά τολύμουχε γένθι βροτέων, θύραιμα κάλλιστον βέβαιον.  
σῶς πίει παρθενε μορφᾶς, καὶ θανάτῳ γελῶσιν εἰλάσσοντες πότε  
μοι, καὶ πόνον τλῆνται μαλερπτοὶ οὐ αἴσιμαντασ. τοῖσιν εἰπει  
τα βάλλεις οικτωδοῦ ἐθάραστορ χρυσούτει κράσαρον, καὶ γονέ-  
υμα, μαλακανγάλοισιν' ὑπνα. σῆσθιν' ἔνεις ἐνδίσιος δρακολέπις, λά-  
δας τε κέροι τολλή ἀντλασσαρ, ἔργοις ἀναγορέουσις δύ-  
ναμις, σῶς τε πόθοις ἀχιλλίσι διαστήτη μίσθιο σόμπας διλθού.  
σῶσθιν' ἔνειρ φιλίη μορφᾶς, ἀταρπίας ἐντεροφορού ἀελίσια χά-  
ρωσις ἀνυάξει. τῶις γαρ ἀσίδιμον ἔργοις; ἀθέατα τοι τε μηρ  
ἀνήκοντι μάσται μεταμορθωτας θύγατρες διὸς φεύγεις σῆθας  
ἀνήκονται.      hoc est,

Virtus laboriosa generi mortalium, honestissimum uitæ  
humanae incitamentum. Pro tua siquidem forma οὐirgo, ex-  
petenda est in Graeciam mortis conditio, et grauium affiduo-  
rumque; laborum tolerantia. Talem nimurum inseris homi-  
num animis fructum planè immortalem, & auro prestanti-  
orem, parentibusque; ipsis, sionnoque; dulcissimo. Nam in gra-  
tiam tuam Iouis Hercules, et Ledæ filij multa perpepsi sunt,  
qui quid possent, opere declararunt. Quin & tui desiderio  
Achilles, & Ajax ad inferos penetrarunt, tuaque; forme lu-  
culentissimæ gratia Attarneæ ciuem Solis priuauit lumine.

Quod

Quò enim clarus spectatusq; rebus gestis? Hunc immortales meæ auctiorem reddent musæ, quæ louis hospitalis de cui augere solent:

Primum hunc orationem iudicalem pro scipio scripsisse, cùm huius criminis argueretur, Phauorinus in omnimoda historia autor est, ac dixisse Athenis:

*Odisseus.* Οὐχι ἐπ' οὐχι γνέσθη, σύνοψις πλοίων. hoc est, Et pyra nata pyris, sic usq; in sicibus extant.

Ait autem Apollodorus in chronicis natum illum anno primo, nonagesime nomine olympiadis, perrexisseq; ad Platonem decimo septimo etatis anno, annosq; uiginti apud eum fuisse commoratum. Tum uero uenisse Mitylenem principe Eubulo, quarto anno centesima octaua olympiadis. Verum Platone primo anno functo uita, sub Theophilo profectum esse ad Hermiam, mansisseq; annos tres, sub Pythodoto autem se contulisse ad Philippum secundo anno centesima nonae olympiadis, Alexandro quintumdecimum iam annum emitis agente. Athenas uero concessisse secundo anno centesime undecime olynipliadis, atq; in Lycco tredecim annos docuisse, ac denum perrexisse Chalcidem, tertio anno centesime quartædecimæ olympiadis, morboq; perisse, cùm esset annorum fermè sexaginta trium. Quo etiam tempore Demosthenes in Calabris defunctus sit sub Philocle. Fertur autem ob Calisthenis insidias in Alexandrum, insensum fuisse Regi, illumq; ad eum contristandum Anaximenem extulisse, ac misisse Xenocrati dona. Lusit in eum epigrammate Theocritus Chiis, ut ait Ambrion in libro de Theocritiis ita, in hunc sensum:

Ἐρμέα διάχε, κολ' ἀνέλας ἄμα δέλλε

· Σῆμα κερόψ κεφαληρός τελέειρ Ἀριστοῖλης. hoc est,

Hermea eunuchi simul Eubuliq; sepulcrum

Ment.

Mente vacans vacuum struxit Aristoteles.

Timon quoq; sic illum agit:

Obdāp Ἀριστοτέλης ἀκαδεμίους ἀλεγχόντις. hoc est,  
Sed neq; Aristotelis leuitas nūscranda loquacis.

Hec uita Philosophi fuit. Ceterum nos ipsius quoq; testa-  
mentz legimus in hunc sermē modum. Bene quidem ac ritē  
erit, Quod si quid contigerit ita legavit Aristoteles. Cur-  
torem quidem omnium et per omnia ius sit esse Antipatrum.  
Quod nero Nicanor adolescat, curatores ac tutores insli-  
tuit Aristotelenem, Timarchum, Hipparchum, Cliotelem, et  
Theophrastum si uoluerit, ac si curam suscipere uelit filio-  
rum & Herpylidis, rerumq; omnium. Cumq; puella fuerit  
matura uiro tradi illam Nicanori. Si uero puellæ quippiā  
contigerit, quod absit, uitāq; prius quam cōnubio iungatur,  
sive etiam postquam nupsrit antequam filios procreet, ex-  
cessit, Nicanor dominus est, ut & de puerō & de ceteris  
dignè nobis ac se disponat. Curet autem Nicanor & de  
puella & de puerō Nicomacho, uibil ut illis desit, patris  
ac fratrii unā implens munus. Quod si Nicanori quidpiam  
contigerit, quod absit, sive priusquam puellam duxerit, sive  
postquam duxerit, nondum filijs natis, quæ quidem ille in-  
sisterit, earata suito. Si autem uoluerit, et Theophrastus  
puelle curam habeat. Si alias, curatores habito cum Anti-  
patro consilio & de puella & de puerō disponant, ut eis  
uidebitur optimum. Curam habeant tutores & Nicanoris  
mei, & Herpylidis memores. Namq; erga me studiosa plu-  
rimum fuit, ceterorumq; omnium: & si virum accipere  
uoluerit, carent, ne indignè nobis locutur. Dentq; illi præ-  
terea quæ antea acceperat, de nostra substantia, talentum  
argentii, tresq; si uoluerit, famulas, & ancillam quam ha-  
bet & Pyrrhaeum puerum. At si quidem in Chalcide ha-  
bitare

bitare voluerit, hospitium quod ad ortum est: sin autem in Stagyrus, paternam domum. Vtrum uero horum maluerit, studeant procuratores domum ita necessaria supellectile instruere, ut et sibi honeste, et Herpylidi sufficienter instruenda uideatur. Curae sit autem Nicanori & Myrmecem primum non indignè nobis ad suos referri, cum eius, quia cepimus, facultatibus. Si autem ex Ambracis libera, cumq; puerilla uiro tradetur, quingentas illi drachmas, ancillamq; quam habeat, dari iubeo. Sed ex Thaleti preter ancillam quam habet emptam, drachmas mille, ex ancillula. Simo quoq; absq; priore pecunia, in puerum aliud, siue puerum emi, siue pecuniā dari. Tychonem esse liberum cum puella nupserit, Philonemq; et Olympiū eiusq; filiolum. Porro eorum qui mihi famulantur puerorū nullū uendī uolo, sed hæredes eis nati. Cum uero adulti erunt, pro merito dimitti liberos uolo. Carent item ut consummiantur que Grillyoni sunt traditæ exculpande imagines. Vbi uero perfectè erunt, suis imponantur locis. Nicanoris quoq; ac Proxenī quam sculpendam cogitabam, matrisq; Nicanoris. Arimnestri uero que perfecta est, suo statuat loco, ut sit ipsius monumentum, quia sine liberis defunctus est. Matris quoq; nostræ Cererem in Nemea locet, aut ubi cunq; uidebitur. Vbi uero tumultum fecerit, ibi ex Pytiadis sublata ossa condat, sicut ipsa præcepit, sislat, ex seruari Nicanoris uotum quod pro illo nouimus. Animalia lapidea cubitorum quatuor Ioui scruatori, ac Minervæ seruatri in Stagyris. Hæ testamentorum ipsius series fuit. Fertur autem ollas plurimas repertas esse, Lyconiq; dicere, illum in pelui calentis olei lauari solitum, oleumq; uenundare. Quidam utrè calentis olei stomacho illū impondere consuuisse tradunt, ex cùm se ad quiescendum compонeret, etream sphæram tenere in manu pelui subiecta, eo consilio,

lio, ut cum dormientis manu excusſa ſphera in ſubditum  
 creū uas incidiſſet, ſono illius excitus exurgeret. Eius eſſe  
 preclaras iſtas ſentētias legimus. Interrogatus quidnam  
 mendaces lucrarentur, ut cū uera, inquit, dixerint, nō illis  
 credatur. Cum ſibi probro daretur, quod flagitioſo homi-  
 ni miſericorditer tulifſet opē, non, inquit, mores miſeratus  
 ſum, ſed hominem. Amicis ac diſcipulis iſta conſueuerat di-  
 cere, ubi cunq; moraretur. Aſpectus quidē à circūfuso aēre  
 lumen accipit, animus autē a diſciplinis liberalibus. ſepe  
 numero cum in Atheniē ſe inueheretur, aiebat illos fru-  
 menta et leges inueniſſe, uerū frumentis quidē uti, nō autē  
 legibus. \* Studiorū liberaliū amaras radices, fructus autē \* ~~zadām~~  
 dulces eſſe aſſerebat. Rogatus quidnam cito coſenſceret,  
 gratia, inquit. Quid ſit ſpes, uigilatiſ, ait, inſomniū. Dio-  
 gene carica porrigēt, cogitātiſ niſi acciperet, \* uſum eſſe, xp̄iay.  
 meditatus ſumēs, Diogenē ait carica ſimul cū uſu perdi-  
 diſſe. Rurſus ab eo porrectā accipiens, atq; puerili more  
 in ſublime eleuans cum dixiſſet, magnus Diogenes, eam  
 illi reddidit. Tria dicebat pueris eſſe neceſſaria, ingeniuū,  
 exercitationē, diſciplinam. Audierat aliquādo ſe à quodā  
 maledictis eſſe laceſſitum. Tum ille, absentem, inquit, ctiā  
 uerberet. Dicebat pulchritudinē plus, quam epistolax o-  
 nimes ualere ad commēdationem. Pleriq; Diogenē ita ſta-  
 tuiſſe aſſerūt, ipſum autē donū formē dixiſſe: Socratē uer-  
 ò modici temporis tyrānidē, Platonē nature priuilegiū,  
 Theophrāſtum tacitā deceptionē, Theocritū uerò ebur-  
 neum detrimētum, Carneadē regnum \* ſolitrium. Rogatus \* ~~adopq̄p̄~~  
 quo diſſerent doctri ab indoctis, quo, inquit, uiuentes à ~~teſt.~~  
 mortuis. Eruditionem dicebat inter proſpera eſſe ornamē-  
 tum, inter aduersareſugium. Parentes qui liberos erudi-  
 endos curaſſent, longē honorabiliores eſſe bis qui ſolum

genuiissent. Eos enim uiuendi tantum, illos etiam bene bes-  
teq; uiuendi autores esse. Glorianti cuidam quod magna  
esset urbis ciuis, noli, inquit, hoc attendere, sed an dignus  
sis magna & illustri patria. Rogatus quid sit amicu-  
rus, una, inquit, anima in duobus corporibus habitans. Homi-  
nes plerosq; dicebat ita esse parcos, ac si semper uicturi  
essent: alios tam prodigos, ac si continuo morituri. Precio-  
tanti cur honesta forma præstabilitus diutius congreginatur,  
cæci, inquit, huinsc interrogatio est. Rogatus quid ex  
philosophia lucratius fuisset, hoc, inquit, ut iniussu ea fa-  
ciā, que pleriq; per legū metū faciāt. Interrogatus quo pa-  
cto discipuli egregie proficeret: Si excellentiores, ait, pro-  
sequentes tardiores non morentur. Loquaci homini cū il-  
lum improbè probris multis obtudisset, dicēti, num te sa-  
tis obtudi? Hercle, inquit, non tibi animū aduerti. Causan-  
ti cur stipē non bono homini dedisset, nā & ita contigisse  
ferunt: Non, inquit, homini dedi, sed humanitati. Rog-  
atus erga amicos quales esse debeamus, quales, inquit, eos  
erga nos esse optimus. Iustitia dicēbat uirtutē animi uni-  
cuiq; secundum dignitatē distribuentē. Disciplinam optimū  
esse dicēbat uiaticū ad senectutem. Refert Phanori-  
nus in secundo eontmentariorū illum crebro dicere solitiū:  
— O amici, amicus nemo. Et ista quidem ad illum referuntur.  
Conscriptis autem ex complura uolumina, que ut summa  
ingenij illius uis, ac præcipua circa omne orationis genus  
exercitatio clarissim eluceat, subiectanda necessario existi-  
muit. De iusticia libros quatuor, de poëtis tres, de philo-  
sophia tres, de republica duo, de rhetorica Gryllus unum,  
Nerinthus unū, Sophista unum, Nicuexenus unum, Amato-  
rius unū, Coniuiri unū, de divinitatibus unū, Exhortationū unū,  
de anima unū, de precatione unum, de nobilitate unum, de  
uolup-

uoluptate unū, Alexander seu de colonis unum, de regno  
unum, de doctrina unum, de bono tres, de Platonis legibus  
tres, de eiusdem Reip. duos, Oeconomicus unū, de amicitia  
unū, Quid sit tolerare siue tolerantia unum, de disciplinis  
unum, de his quæ in contentionē cadunt duos, Solutiones  
corū quæ in contentionē uenivint, quatuor, Divisiones so-  
phisticæ quatuor, de cōtrarijs unū, de speciebus & gene-  
ribus unū, de proprijs unū. Commentaria, ἐπιχειρησίαι  
tres, Propositiones de uirtute tres, Obiectiones unum, de  
his quæ quot modis dicuntur, siue secundum propositum  
unum, de elementis tres, de scientia unum, de perturbationis  
nibus iræ unū, Moraliū quatuor, de principio unū, Divi-  
siones x v i i. Divisibiliū unū, de interrogacione & respo-  
sione duo, de motu unū, Propositiones unū, Propositiones  
contentiose quatuor, Syllogismi unū, Priorum analyticorum  
nouem, Posteriorū analyticorū maiorū duo, de que-  
stionibus ad disciplinā pertinētibus octo, de meliore unū,  
de idea unum, Termīni topicorum septem, Syllogismorum  
duo, τυλλογισμοὶ & diffinitiones unū, de eligibili & ac-  
cidenti unum, de ijs quæ ante locos sunt unum, Topicorū  
ad diffinitiones duo, Perturbationum unum, Divisibilium  
unum, Mathematicus unum, Diffinitiones x i i i. Epiche-  
rematum duo, de uoluptate unū, Propositionum unum, de  
uoluntario unum, de pulchro unum, Questiones epichre-  
maticæ x x v. Questiones de amicitia duo, Questiones  
de anima unam, Politicorū duo, Politicæ auditionis, sicut  
Theophrasti, octo, de iustis duo, Artium introductio duo,  
Artis rhetoricae duo, ars unum, alia ars duo, Methodicum  
unum, Artis Theodecti introductionis unū, Artis poëticae  
libros duos, Enthymemata rhetorica, de magnitudine  
unum, Euthynematū divisiones unym, de distione duo, de

\*cōsilio unum, Collectionis duo, de natura tres, Physicon  
unum, de Archytæ philosophia tres, de Speusippi Xeno-  
cratisq; philosophia unū, ex Timæi Archytæq; discipli-  
ni sumpcta, unum, aduersus Melissi dicta unam, Aduersus  
Alcimæonis dicta unum, aduersus Pythagoricos unū, Ad-  
uersus Gorgiam unum, Aduersus Xenocratem unum, Ad-  
uersus Zenonis scita unum, de Pythagoricis unum, de ani-  
malibus nouem, Anatomorum octo, Electio anatomorum  
unum, de compositis animalibus unum, de fabulosi anima-  
libus unum, de nongignendo unum, de plantis duo, Phy-  
siognomicon unum, Medicinalia duos, de monide unum,  
Signa tempestatum unum, astronomicon speculatinus unum,  
de motu unum, de musica unum, Memoriale unum, Home-  
ricarum ambiguitatum sex, Poëtica unum, Naturalium se-  
cundum elementa, triginta octo, Inspectorū problematum  
duos, Liberalium disciplinarum duos, Mechanicus unum,  
Problematū ex Democrito sex, de lapide unum, Parabole  
unum, Inordinata x 11. Exposita generatū x 1111. Iura  
unum, Olympionice unum, Pythionicæ iurisces unū, Py-  
thicus unum, Pythionicorum " argumenta unum, Diony-  
siace iurioræ unum, de tragœdijs unum, Doctrinæ unū,  
Prouerbia unum. Lex commendatitia unum, Legum qua-  
tuor, Prædicamentorū unū, de interpretatione unū, Respu-  
blicæ urbium, c. l v i i i , Scorsumq; ad Philippum de po-  
pulari, paucorumq; & optimatu eī tyrannorū Rep. epi-  
stole. Selymbriorum epistolæ, ad Alexandrum quatuor,  
ad Antipatrū nouem, ad Mentorem unam, ad Aristonem  
unam, ad Olympiadum unam, ad Hephaestionem unam, ad  
Themistagoram unam, ad Philoxenum unam, ad Demo-  
critum uersus, quorū initii est sanctæ deum, Elegiæ, que-  
rum est initii, Formosa matris filia. Sunt in summa uersus  
omnes

omnes plus minus quadragesies quinques mille, trecenti & triginta. Hæc libroru*m* illius series, hic numerus, in quibus quid agat summatim exponendum est. Duplicem esse philosophie rationem, alteram uersari circa actus, appellariq; πρᾶξιν, alteram in intelligentia & speculatione consistere, & θεωρίαν dici, Ad actionē pertinere ethice & politice, qua in parte tum de publica, tum de familiaris tri re agi. Ad intelligentiā Physicen logicenq; referri. Porro logicen instrumentum esse exactissimum. Eius cùm geminam destinationē ac scopum subiecisset, uerisimile ac uerum, ad utrāq; duarum maximē rerum uiribus nititur. Namq; ad uerisimile seu probabile, oratoria & dialectica, ad uerum autē analyticā & philosophia usū est, nihil omnino omittēs corum quæ uel ad inuentionē, uel ad iudicium, uel etiā ad usum pertinerent. Enī in uero ad inuentionis adminicula, atq; ad eas res quæ speculationi & arti inscriuiunt, propositionū multitudinem trādidit, ex quibus questiones probabilium epicherematū elicere affatim licet. Porro ad iudicandum analyticā priora & posteriora conscripsisse, prioribus assumptionum iudicia permittens, posterioribus collectionis examen tradens. Ceterum ad iudicandum ea quæ sub certūnū cadunt, quæq; in interrogatione uersantur & contentionē sophisticorum argumentorum, atq; syllogismis atq; his similibus. Veritatis uero iudicium earum quidem quæ secundum imaginationē sunt actionum sensum definiuit. Moralium uero, ubi de re publica, ac domestica, ubi de legibus agitur mentein. Finem autem unum exposuit, uirtutis usum in vita perfecta. Felicitatem ait plenitudinem ex tribus maximē bonis constanter, ijs nimirum quæ in animo sunt, quæ & priora uiribus appellat, ijs quæ ad corpus attinent, ut sunt bona uale-

*τελέστα τῶν  
ἀρετῶν.*

tudo, fortitudo, pulchritudo, cæteraq; his similia, atq; ips  
que entrinsecus ueniunt, diuitijs, nobilitate, & claritudine,  
atq; in hunc modum cæteris, quibus tertiu locu assignauit.  
Virtutē ad beatā uitā sibi minimē sufficere dixit, quippe  
corporis bonis exterioribusq; indigere. Miserrū atq; infi-  
licem fore sapientem, siue doloribus afficiatur, siue inopia,  
& cæteris huiusmodi incōmodis prematur. Vitiū autē ad  
nūseriā atq; infelicem uitā sufficere, quantulibet corporis  
affluat bonis. Virtutes autē nō se inuitem sequi. Fieri enim  
posse, ut prudēs quispiā ac iustus, idemq; intemperās atq;  
incōtinēs sit. Sapientē quidē nō omnino perturbationibus  
uaccare, uerū perturbari imodice dixit. Amicitiā equitū  
esse definiuit reciprocē benevolētie. Eius tres species esse  
tradidit, Esse quippe aliā cognitionis, aliā amatorīa, ter-  
tiam hospitalem. Amorē non modo cōgrefionis, uerū &  
philosophiae esse. Amaturū quoq; sapientem, neq; accessu-  
rum ad Rēpublicā, ducturumq; uxorē, & cum regeundā  
uicturum. Tribus autem generibus uitē constitutis, primō  
quod in speculatione, sequenti quod in actu, & tertio quod  
in uoluptate consistit. Speculatiuum genus semper prætu-  
lit. Liberales disciplinas ad apprehensionē uirtutis multū  
conferre sensit. In descriptiōne rerū naturaliū præter cæ-  
teros rationē maximē secutus est, adeò ut minimarū qua-  
rumq; rerū reddiderit causas. Unde & naturalium com-  
mentiorū cōplura scripsit uolumina. Deum sicut & pla-  
to incorporealem diffiniuit, eiusq; prouidentiā ad coelestia  
usq; pertingere, ipsum uero immobile esse. Porro terrena  
omnia ad coelestiu cōgruentiā ordinemq; disponit. Præter  
elementa ista quatuor esse & quintū aliud, ex quo coelestia  
cōsistant, cuiusq; motum orbicularē esse uariū. Animā item  
incorpoream, primamq; esse ἡγελίχηρ, corporis nempe  
natū

naturalis & organici potētia uitā habētis. Est autē ea iuxta illum duplex. Entelchiam uero appellat, cuius sit species quædā incorporea. Altera ex his quidē secundum potentiam, ut est Mercurius in cera, iuformis quidē, sed idoneus ad percipiēdā lincaniēta, sicut itē in ære statua. Secundum uero habitum Entelchia dicitur, ea que est consummatae ac perfectæ Mercurij statuæ. Naturalis autē corporis dixit, non sunt corpora alia quidē manu & arte elaborata, ut sunt que ab artificib⁹ fūt, puta turris atq; nauis. Alia uero sic à natura prodeunt ut arbores, et animaliū corpora. Porro organici dixit, hoc est, ad aliqd parati & cōditi, ut est ad uidēdum oculus, auris q; ad audiēdum. Virtute autē uitā habētis, ut puta in seipso. Virtute autem uel potētia minus est secundū efficaciā. Secundū actiōem autē, ut uigilās habere animā dicitur. Secundū habitū autē, ut dormiēs. Ut igitur & hic intelligatur, adicet potentia. Multa igitur eiusmodi & alia, & de alijs multis in hunc modū philosophatus est, que per longū cōset numerare. Cunctis enim in rebus summo studio atq; industria fuit, inuentioq; incredibili copia uiguit, ut ex his que suprà annotauimus uoluminibus constat, que ad quadrinūgentorum numerū sc̄ē perueniunt, de quibus nihil ambigitur. Nam sunt & alia complura que ipſi ascribuntur uolumina atq; sententiæ. Verum cuimercō octo fuere Aristoteles. Primus hic ipſe. Secundus qui Athenis rem pub. administravit, cuius etiā iudiciales leguntur orationes sanè quam elegantes. Tertius qui Iliadem Homeri scripsit. Quartus Siculus orator, qui ad Panegyricum Isocratis rescripsit. Quintus qui cognominiatus est Mythus, Aeschinius Socratici necessarius. Sextus Cyreniacus, qui de poētica scripsit. Septimus pædotrib⁹ cuius memnūit Aristot-

xenus in Platonis vita. Octauus grammaticus obscurus & ignobilis, cuius de pleonasmo ars legitur. Huius autem Stagyritae philosophi complures quidem fuerunt discipuli, sed omnibus maximè præcelluit Theophrastus, de quo modo dicendum est.

### THEOPHRASTVS ERESIVS.

**T**heophrastus Ercius Melanti, ut Athenodorus in octavo deambulationum libro ait, fullonis filius, primo quidem in patria Leucippicius sui auditor fuit, inde cum Platonem audisset, se ad Aristotelem contulit. Eo item in Chalcidem profecto illi in scholæ regimine succedit, olympiade C X I I I I . Perturb ipius quoque seruus Pompeius nomine philosophus fuisse, ut refert Myronianus Amastrianus in primo similium historicorum capitum. Fuit autem Theophrastus vir summe prudenter, studiisque singulatis, atque ut scribit Pamphila trigesimo commentariorum libro, Menandru ipsum comicum instituit. Erat item beneficus in primis, et maximè affabilis. Eum Cassander suscepit, Ptolemeusque ad illum misit. Adeò autem Atheniensibus acceptus fuit, ut cum illum Agnonides impietatis accusare ausus esset parvus abfuerit, quin ipse ob eam rem crimè ipsum in se retorqueret. Accidit rebatur ad illum audiendū discipuli ad duo millia. Hic in epistola ad Phaniam peripateticum inter cetera, de iudicio quoque in locutus est. Tantum abest, inquit, ut populi frequentia cōuocē, ut ne cōfissum quidē eiusmodi admittā, qualē abiectiōnē quisque. Porro recitationes emēdationis autores sunt. Protelare autem omnia, atque negligere nō iam ferunt etates. In ea epistola scholasticū nominat. Cum tamē esset huiusmodi, secessit ad tempus et ipse et philosophi reliqui. Quippe Sophocles Amphiclide filius legē tulerat, uti ne quis philosophorū præcesset scholae,

\* narrat a fr.  
verba.

Ie, nisi id senatus ac plebs decreuisset: qui secus faceret, ea  
pitale esset. Verum sequenti anno deno reuersi sunt. cum a Philo-  
pone Sophocli dies dictus esset. Quotepore Athenienses  
ea lege abrogata Sophocle talentis quinq; multarunt, de-  
creueruntq; philosophis redditum, ut & Theophrastus re-  
maneret, scholamq; ut antea regeret. Eum, cum antea Tyranno  
illi nomen esset, ob diuinam elocationem, Aristoteles  
Theophrastum appellauit. Cuius & filium Nicomachum  
camet si is praeceptor esset, amauit, ut Aristippus in 1111.  
de antiquis delitiis menunit. Fertur Aristoteles de Theo-  
phrasto & Callisthene idem quod de se & Xenocrate Pla-  
to, ut praediximus, dixerat. Dixisse enim quod hic pro ex-  
cellenti acumine ingenij cum etia faciliter asequeretur & ex-  
poneret, ille tardus et obtusus esset ingenio, huc frano, illu-  
egere calcaribus. Dicitur et priuatim bortu post Aristote-  
lis discensem posseisse, Demetrio Phalereo familiari suo  
in hoc sibi cooperante. Nobiles sunt et huius illae sententiæ  
Citius credendum dicebat infraeni equo, quam uerbo incōpo-  
sito. Ad illu qui in coniuio penitus tacebat, si quidem ait, im-  
peritus es, prudenter facis; si uero peritus, imprudenter.  
Habebat & illud semper in ore, sumptus preciosissimus  
tempus est. Obiit senex etatis anno LXXV. cum modicè a  
labore quietuisset. In quem etiam est nostrum epigramma:

Obn ἄρα τῷτο μάταιοις θεοῖς μερότωρ τίνι λέχει.  
Ἐπίγνωστα στρίψει τέλοις ἀνημένου.

Διὸ γὰρ καὶ θεόπατος τοις ἐπώρι μὲν, ἀτεφρος  
Ηὑ δίκαιος, εἰτ' ἀρεβεῖς κατθανε πηρομελάς. hoc est,  
Haud uane quidam studij, si forte relaxes,

Rumpi arcum dixit, quisquis homo ille fuit.  
Nam uectus Theophrastus erat firmusq; labore.  
Laxauit postquam membra labore, obiit.

Aiant illum, cùm rogaretur à discipulis, num quippe illis mandare uellet, dixisse, nihil quidem quod imperaret se habere, nisi quòd multa dulcia gloriæ obténu uita meritorum. Nos uero cùm uiuere incipiimus, tunc morimur. Nihil enim est inanius amore gloriæ. Sed esse felices, uerbumq; istud automittite, grandis enim labor est: aut illi intèdit, magna enim illi gloria prouenit. Porro uite uanitas amplior quam utilitas est. Verum nibi quidem non iam quid agendum sit consulere suppetit, nos autem quid facienda erit, deliberabitis. Ista dicentē exhalasse animam tradunt. Eum uero, ut fama est, Albenienses pedibus omnes prosecuti, publice honorauerunt. Resert Phanorinus illum ianuctulum lectica circunfirri solitum, idq; dicere Hermippum, cumq; id ex Areesilai Pitanei historia sumpsisse inter ea uerba, quæ ad Lacydem Cyrenensem habuit. Reliquit autem ex ipse ingenij sui complura monumenta, ex ipsa dignissima sum arbitratus quæ adnotarē. Sunt autem ista, Priorum analyticorū tres, posteriorū analyticorum septē, de solutione syllogismorū unum, analyticorum epitome unum, Deductorum locorū duo, Speculationes eorū quæ circa contentiosam orationem uentantur, de sensib; unum, ad Anaxagorā uū, de Anaxagora unum, de Anaximene unum, de Archelao unum, de sale nitro aluminiis unum, de his quæ durantur in lapides duo, de indivisiibilibus lineis unum, auditionis duo, de uentis unum, virtutum differentia unum, de regno unum, de regis instituto unū, de uitis tres, de senectute unum, de Democriti astrologiis unum, de bis <sup>2</sup> quæ in sublimi fiunt unum, de imaginibus unum, de succis, cute, ex carnis unum, Aliando per unum, de hominibus unum, dictorum Diogenis collectio unam, diffinitionum tres, Amatorius unum, alijs de amore unū,

de felicitate unum, de speciebus duo, de caducis unum, de  
 \* afflictione dei unum, de Empedocle unum, de epichere- <sup>\* ιδίαισιμος.</sup>  
 matis x v i i i . Controuersiarum tres, de uoluntario unum,  
 Abbreviatio Rcip. Platonis duo, de diuersitate uocis ani-  
 malium eiusdem generis unum, de his quae subito apparēt  
 unum, de his quae mortui et uulnerti patent unum, de ani-  
 malibus quae sapere dicuntur unū, de his quae in sicco mo-  
 rantur duo, de his quae colores inmutant unum, de his quae  
 latibula et fossas faciunt unum, de animalibus septem, de  
 uoluptate, sicut Aristoteles, unum, aliis de uoluptate unū.  
 Questiones x x i i i i . de calido et frigido unum, de uer-  
 tiginē et obtenebratione unum, de sudore unum, de affir-  
 matione et negatione unum, Callisthenes, sine de luctu  
 unum, de laboribus unum, de motu tres, de lapidibus unū,  
 de pestilentijs unum, de <sup>\* exanimatione</sup> Megaricus <sup>\* λατεψυχα.</sup> unum,  
 de atra bilc unū, de metallis duo, de melle unum, de  
 Metrodori collectis unum, de æreis duo, de ebrietate unū,  
 Legum secundum elementa x x i i i i . Legū epitome decem,  
 ad diffinitiones unum, de odoribus unum, de uino et olco  
 primarum propositionum x v i i i . Legiferorum tres. Po-  
 liticorum tres, Politicon ad tempora quatuor, Cittium  
 consuetudinū quatuor, de optima Republica unum, Pro-  
 blematum collectionis quinque, de prouerbijis unum, de cō-  
 cretionibus et liquefactionibus unum, de igne duo, de spi-  
 ritibus unum, de paralysi unum, de suffocatione unum, de  
 \* amentia unum, de passionibus unum, de signis unum, So-  
 phismatum duo, de syllogismorum solutione unum, Topi- <sup>\* πραγματι-</sup>  
 corum duo, de <sup>\* cruciatu</sup> duo, de pilis unum, de tyrannide  
 unum, de aqua tres, de somno et insomnijs unū, de amici-  
 atres, de <sup>\* liberalitate</sup> duo, de natura tres, de naturalibus <sup>\* φυσικα.</sup>  
 x viii . de naturaliū abbreviacione duo, Naturaliū octo,  
 aduer

*aduersus Physticos unum, de naturalibus historijs decem.*

\* *XVI. Naturalium causarum octo, de humoribus quinque, de mendacio uoluptatis unum, de anima quæstio una, de indubitate fide unum, de simplicibus dubitationibus unū, Harmoniacon unum, de uirtute unum, Occasiones, sive cōtradictiones unum, de negatione unum, de sententia unum, de ridiculo unum.* \* *Meridianorū duo, divisiones due, de difserentijs unum, de iniurijs unum, de laude unum, de experientia unū, Epistolarū tres, de fortuitis animalibus unū, de selectione unū, Laudes decorum unum, de solennitatibus unum, de felicitate unum, de entymematis unum, de innētis duo, Scholarum moralium unum, Morales figure unū, de tumultu unū, de historia unam, de iudicio syllogismorū unum, de mari unū, de assentatione unum, ad Cassandraum de regno unum, de comedia unū, de meteoris unum, de distinctione unum, Verborū collectio unum, Solutiones unū, de musica tres, Naturalium opinionū x v 11. Naturaliū epitome unum, de gratis unum, Morales signare unū, de falso & uero unum. Historia eorū quæ de deo dicuntur, sex, de dijs tres, de mensuris unum, Megacles unum, de legibus unum, de iniquis legibus unum, Xenocraticorum collectanea unum, Confabulationes unum, de iuramento unū, Oratione p̄cepta unū, de diuitijs unum, de poëtica unū, Problemata ciuilia, naturalia, amatoria, moralia unum, Proverbiorum unum, Problematiū collectio unum, de problematibus naturalibus unum, de exemplari unum, de propositione & narratione unum, de poëtica aliis, unum, de sapientibus unum, de conceilio unum, de solœcismis unum, de arte oratoria unum, de artibus oratorijs species septem, de simulatione unum, Commentariorum Aristotelicorum sive Theophrasticorum septem, Historicorum geometriorum*

corum quatuor, Epitome Aristotelis de animalibus sex, de diis epicherematu duo, Questiones tres, de regno duo, de causis unum, de Democrito unum, de calunnia unum, de generatione unum, de animalium prudentiae & moribus unum, de motu duo, de iusu quatuor, ad terminos duo, de eo quod est dari unum, de maiore & minore unum, de musicis unum, de diuina felicitate unum, ad eos qui erant ex academia unum, Exhortatorius unum. Quo pacto ciuitates optimè inhabitentur unum, Commentaria unum, de \* rino qui erat in Sicilia unum, de concessis unum. Qui \* p̄van⁹. sint modi sciendi unum, de falso tres, Ante topicas unum, Astrologicæ historiæ sex, Arithmeticarum historiarum argumentum unum, Acicharus unum, de judicialibus orationibus unum, Epistola ad Asticreontem Phaniam, & Nicanorem de pietate unum, Euiadis unum, de \* tempore \* nati⁹. tribus unum, de proprijs orationibus unum, de liberis educandis unum, alias differens de eadem re unum, de disciplina, seu de virtutibus, siue de frugalitate unum, Exhortatorius unum, de numeris unum, Definitiones de dictione syllogismorum unum, de coelo unum, Politici duo, de natura unum, de fructibus & animalibus, que in summa complexa sunt versibus milles supra centum octoginta duobus. Tot ab eo volumina elaborata sunt. Legi autem ex ipsius testamentū in hac uerba: Bene quidem, ut spero erit. Ceterum & si quid secus contigerit, ista statuo. Domestica omnia suppellectilem Melanti & Pancréonti Leoutis filijs trado. Porro ex his que ab Hipparcho suppeditata sunt, ista mihi fieri uolo: que circa scholam sunt, atque spectacula perfici, uel si quid circa ea in melius posit ornari. Dehinc Aristotelis imaginem eo in templo collocari, ac donaria reliqua, queq; antea in templo erant. Deinde \* port

\* porticum, quæ secundum scholam erat, ex ædificari prior  
e non deteriorem, tibulasq; in quibus orbis situs sunt, in  
inferiore porticu reponi, aram quoq; construi, ita ut neque  
prospectio neq; honestus desideretur. Volo autem & Nico-  
michi imaginem absoluē perfici. Opus quidem Praxitelii  
inunctum est. Reliqua uero impensæ ab eo fieri. Statui an-  
tem illam iubeo ubicunque illis uisum fuerit, quibus cura  
erit rerum ceterarum, quiq; testamento inscripti sunt. Ac  
de templo quidem ac donarijs in hunc modum statuo. Fun-  
dum uero quidem Stagyris habemus, Callino lego, libroriq;  
omnes Neleo. Hortum autem & deambulationem, adesq;  
omnes horto adiacentes amicis inscriptis lego, quiq; no-  
luerit in eo unà uacare literis, atque simul philosophari,  
quandoquidem fieri non potest, ut qui uis semper peregrini-  
netur, ea tamen lege, ut neque illum alicent, neq; ut pro-  
prium quisquam posideat, sed ueluti sacrum quiddam co-  
muniter ab hominibus possideatur, qui que se inueni amici  
ac familiariter utantur, sicuti congruum ac iustum est.  
Sint autem qui illo communiter intentur, Hipparchus, Ne-  
leus, Strato, Callinus, Demoticus, Denuratus, Callisthe-  
nes, Melantis, Pancron, & Nicippus. Licere autem si  
philosophari uelit, & Aristoteli Midiae Pythiadisq; fi-  
lio, horum esse partipem. Ipsiusq; curam diligentissime  
habere maiores natu, ut quam maxime ad philosophiam  
instituantur, nosq; sepelire in horti parte, que eis maxi-  
me commoda videbitur, nihil superfluum circa funus tumu-  
lum ue faciendo. Ut autem dictum est, postea quam nobis re-  
cte curata sunt omnia, cum sanum & monumētum & hor-  
tus & ambulatorium reparata & refecta erunt, una &  
Pompylum hunc, qui inhabitat, ea curare uolo, aliarumq;  
rerum quemadmodum prius, curâ habere, illiusq; comodis  
prospicere.

prospicere qui ista habet. Pompylo autem & Threpte dum liberis, qui magno nobis usui fuerint, si quid antea a nobis prestitum est, & que illi acquisierunt, & que nunc illis ac Hipparcho dari constitui, drachmas bis mille, tutò ac firmiter hec illis possidenda censco, sicut & ipsis Melanti & Pancréonti sapienter dixi, cum itaq; mibi annuerūt. Do autem illis & somatalem, & ancillam. Ex pueris autem Molonem quidem & Cimonem, & Parmentem iam nunc liberos dimitto. Manent uero & Calliam cum annos quatuor in horto per se uerauerint, in cultu & labore se ita gerentes, ut culpari iuste non possint, liberos dimitti iubeo. Domesticae uero supellecet illis cum Pomylo quantum insum fuerit curatoribus sufficere datum fuerit, quod reliquum erit, conflare. Demotimo Cariona do, Donacemq; Neleo. Eubium uenum dari placet. Dabit autem Hipparchus Callino drachmas ter mille. Melanti uero & Pancréonti, nisi Hipparchum intueremur & antea nobis fuisse perutilem, & nunc in suis rebus magnum pertulisse naufragium, mandaremus profecto ea cum Melanto, & Pancréonte educere. Quoniam uero non illis facile fore animaduerti, cum illo una dispensare ac exequi, commodiuitq; illis arbitratus sum, si quid ab Hipparcho constitutum acceperint. Dabit autem Hipparchus Melato & Pancréonti utriq; talentum, daturus & curatoribus ad ea que in testamento scripta sunt perficienda sumptus necessarios, suo queq; tēpore. Que cū impluerit omnia, absolutus erit, ac liber a debito omni, & omnibus que contraxerat mecum instrumentis. Quod si qd meo nomine Hipparcho in Chalcide prouenit emolumenti, hoc totum eius erit. Curatores autem earum que testamento inscripte sunt, hi erunt, Hipparchus, Neleus, Stratō, Callinus, Demotimus, Callisthenes, Ctesar chius.

chus. Porro testamenti exemplaria Theophrasti anulo si-  
gnata apud Hegesia condita sunt. Hipparchi testes Calip-  
pus, Pellaneus Philomelus, Euonymeus, Lysander, Hy-  
bees, Philon Alopecensis. Testamentum alterum accepit  
Olympiodorus. Testes ijdem fuere. alterum accepit Adi-  
manthus. Tuit autem Androsthenes filius. Testes Aim-  
nestus Cleobuli filius Lysistratus, Phidonus Thasius,  
Strato Arcesilai filius Lampsacenus, Thesippus, Thesip-  
pi filius efigulis, Dioscorides Dionysij Epicephisium. Hec  
series testamentorum illius fuit. Sunt qui dicant Erasstra-  
tum medicum huins suisse auditorem, et fieri potest. Suc-  
cessit autem illius scholae Strato.

### STRATO LAMPSACENVS.

**S**trato Arcesilai filius Lampsacenus, cuius in testamē-  
to mentionem fecit Theophrastus, vir eloquentissimus  
fuit. Physicus autem siccirco appellatus est, quod in ea spe-  
culatione præ ceteris diligenter uersatus est. Fuit autem  
et præceptor Ptolemei Philadelphi, à quo talentis  
lxx x x. donatum aiunt. Enim uero schole præfici coepit, ut  
Apollodorus in Chronicis refert, Olymp. c x x i i i, tamq;  
annos x v i i i. tenuit. Feruntur eius de regno libri tres, de  
iustitia tres, de bono tres, de diis tres, de magistratibus  
tres, seu duos, de uitio, de felicitate, de regia philosophia,  
de fortitudine, de inani, de celo, de spiritu, de natura hu-  
mana, de generatione animalium, de cœcubitu, de somno, de  
insomnijs, de uisu, de sensu, de uoluptate, de coloribus, de  
morbis, de iudicijs, de uiribus, de metallicis machinis, de fa-  
me, de obtenebrationibus, de leui et graui, de afflatione, de  
tempore, de cibo et incremeto, de animalibus, de quibus ab-  
bitur, de fabulosis animalibus, de causis, ambiguorum  
solutio, locorum principia, de accidenti, de diffinitione,  
quid sit magis et minus, de iniusto, de priore et poste-

riore. Inuentorum clenchi duo, de commentarijs ambiguntur. Epistolæ quarum est initium, Strabo Arjinoë salutem, quadringentæ quinquaginta. Hunc aiunt adeo fuisse tenetum, ut sine censu moreretur. In quem hoc scriptissimus epigramma,

Λεπίδος ἀνήρ ἡ προστέχριστο χρησμοῖς  
Σβάτωνα τέτταρυ φημὲ τὸν λαμπταντῶν  
Λάμπταντος ὅρ τοτέ ἐφυσιμ, ἀλλὶ ἡ νόσοισι παλαιών  
Οὐδενὶ λαθὼν. οὐδὲ καθέτο θανάτῳ. hoc est,  
Corpus erat tenuis si non oracula fuissent,  
Stratona dico, si nescis, Lampsacenum.  
Qui morbis semper fuerat luctatus acerbis  
Tandem sine ullo sensu mortis occidit.

Fuerunt autem Stratones octo. Primus Iosocratis auditor. Secundus hic ipse. Tertius medicus, Erasistrati discipulus, siue, ut quidam aiunt, alumnus. Quartus historicus, Philippi & Porisci qui aduersus Romanos pugnauerunt, gestorum scriptor. Sextus poëta epigrammatum. Septimus antiquus medicus, ut ait Aristocles. Octauus petipateticus, qui uixit Alexandriae. Porro Physici istius feruntur testamenta in hanc modum. Ista si quid simile accidat dispono. Ea quidem quæ domi sunt Lapyroni, & Arcesilao relinquimus omnia. Porro ex pecunia quam Athenis habeo, primum quidem curatores iusta, & quæ post funus fieri solenne est, diligenter curabunt, nihil neq; superflue, neq; illiberaliter agentes. Erunt autem testamenti curatores, Cyprianus, Aristides, Mnesigenes, Hippocrates, Epicrates, Gorgylus, Diocles, Lycon, Athanes. \* Scholam quidem Lyconi relinquimus. Namq; alijs sunt uel seniores uel occupati. Recte autem facient reliqui, si hoc ipsum suo iudicio firmaverint. Libros illi omnes, præterquam quos ipsi scri-

o psumus,

\* Iatrigip.

psimus, relinquo, uisa factiam omnia conuiuij stramentaque pocula. Denit autem Epicrati curatores drachmas quingen-  
tas, et unum ex pueris quaecumque Arcesilaus iudicabit. Primum quidem Lampyrlion et Arcesilaus pacti tollam  
que pro Hyrcano Daippus statuit, nihilque debet, neque Lampyrlioni neque Lampyrlionis heredibus, sed liber sit ab omni  
expenditur. \*chirograpbo. Denit illi curatores drachmas quingenas,  
et ex pueris unum quaecumque probaret Arcesilaus, ut  
qui nobiscum multum laborauit, magnoque nobis usui fuit,  
habeat unde uiuere honeste posse. Diophantum pretereat  
dimitto liberum, et Diolem, et Album. Si uiam autem  
Arcesilao reddo. Sed et Dromonem liberum relinquo. ubi  
uero Arcesilaus aduenierit, computet Hyrcanus cum Olympico  
et Epicrate ceterisque curatoribus funeris, aliorumque  
solennium sumptus. Quod autem pecuniae reliquum erit,  
accipiat Arcesilaus ab Olympico, nihil ei molestiae exhibi-  
bens per tempora et annos. Tollat autem et pacti Arce-  
silae que composuit Strato cum Olympico, et Amenio,  
condita penes Philocratem Tisamenifilium. Monumenta  
uero faciant, ut uidebitur Arcesilao et Olympico et Ly-  
coni. Atque bic quidem, ut fertur, testameti illius summa fuit,  
sicut ipsum collegit Aristotle eius necessarius. Ceterum Stri-  
to ipse, sicut et supra declaratum est, uir insignis, et sum-  
mi admiratione dignus fuit, in omni orationis genere uer-  
satus, sed physice maxime studijs excellens, quod genus et  
antiquius est, et multorum praeclarar a ingenia exercuit. Sic  
cessit in eius locum Lycon.

## LYCON TROADENSIS.

**L**ycon Astyanactis filius Troadeensis, uir eloquens, et  
leandris, instituendisque pueris maxime idoneus fuit. Aie-  
bat enim adiungi necessariò pueris pudorem, et laudis  
stud

studium, uelut equæ<sup>\*</sup> calcar atq; frænum. Porro ipsius lo- \*μνατης  
 entio & interpretationis copia hinc apparet. Ait enim in  
 virginem pauperem hoc modo, Graue onus est patri puel-  
 la, præ dotis inopia, excurrens in flore ætatis. Vnde &  
 Antigonum de illo hoc dixisse ferunt, possibile non esse su-  
 uolentiam mali atq; gratiam aliorum transferri, sed in  
 ipso homine ueluti in arbore singula quæ diccerentur opor-  
 tere inspici. Ceterum quia in dicendo erat suauissimus, id-  
 circa quidam etiam ipsius noxinius, literam adiiciebant, ut  
 esset Glycon, quod dulcedinem sonat. Porro in describen-  
 do sui dissimilis erat. In hos uero qui quoniam dum tempus  
 esset non didicrunt, poenitentia ducereatur, idq; reuoca-  
 re cupiebant, in hunc modum iocabatur. Dicebat enim eos  
 qui ignauie suæ seram poenitentiam uoto sarcire quere-  
 rent, impossibili seipso arguere. Qui autem uellent, pla-  
 nè eos diebat excidisse ratione, ueluti distorta regula na-  
 turæ recti explorantes, seu faciem perturbata aqua uel spe-  
 culo peruerso. Quid ad forensi quidem coronam com-  
 plures proficiisci, uerum ad olympiacam, aut paucos aut  
 neminem. Sepe Atheniensibus consulens magno illis en-  
 tumeto fuit. Erat uero mundissimus cultu, adeò ut uestium  
 incredibili mollicie ac nitore ueretur, ut Hermippus re-  
 fert, sed exercitatissimus ac ualido sanoq; corpore effellus  
 est, omnemq; athletum habitum prestrebat, cum, auto-  
 re Antigono Carystio, antea<sup>\*</sup> fractiori, & graciliori esset  
 corpore. Quocirca & in patria luctatus fuit, more pa-  
 trio, atq; pilæ ludo exercuisse. Erat autem Attalo & Eu-  
 meni in primis charus atq; inter paucos amicissimus, qui  
 & illum se penumero regia magnificencia donabat. Ten-  
 tauit & Antiochus illum habere apud se, sed spe sua fru-  
 stratus est. Adeò autem iniucus erat Hieronymo peripate-

πικο, ut solus<sup>\*</sup> animo sario die ad illum non profici sciretur, de quo in Arcesilai uita diximus. Porro scholæ principatum tenuit annos duos supra quadraginta, cum illum sibi successorem in testamento Strato reliquisset, olymp. cxxxi. Quin et Panthœdi quoque dialectici auditor fuit. Obiit autem annos natus septuaginta quatuor, afflitus podagra morbo. In quem nostrum est epigramma,

Οὐ μά τὸν δόλε λύκωνα παρίσομεν. ὅτῳ τοδαλῆς

Κάτθασι θαυμάζετε το μάλιστα δὲ λύκωνα

Τὴν οὐτως αἰδο μακρήρ δόλον, αὐτη πρέψει παντερύ

Αλλοῖοις βαδίσας λόραντιντι μάλι. hoc est,

Prætereunda mihi non sunt et fata Lyconis,

Fecerat infirmum quicun ualctudo pedis.

Nanq; pede alterius semper cum nixus adiret,

Tam longam miror nocte uolasse uiam.

Fuerunt et alij Lycones, Primus Pythagoricus, Secundus hincipse, Tertius uersificator, Quartus epigrammatum poëta. Huius quoque philosophie stameutum huiuscereperimus. Ista equidem statuo de rebus meis, si quidem hunc morbum ferre nequiuero. Ea quidem quæ domi sunt, omnia Astydamasti et Lyconi fratribus do, atque ex his reddendum censco, quæ Athenis possedi à quouis sumpta, siue exacta, quæque in summis cæterisque solennibus impensa fuerint. Quæ uero in urbe et Aegina habeo, Lyconi præcipue do, quod non nominem ferat nostrum, mecumque diutissime, atque cum summo amore sit commoratus, sicut dignum erat, quippe qui filij tenebat locum. Porro Peripatum amicis ac necessariis relinquo, Bulloni, Callino, Aristoni, Amphioni, Lyconi, Pythoni, Aristomacho, Heraclio, Lycomedi, Lyconi fratres. Preficiant autem ipsi quemcumque permansurum in schola, maximeque utilcm futurum, existimauerint. Eis uero

ro consentiant & reliqui familiares, & mei & loci gratia. Ceterum funus & crematio curae erit Buloni & Callino & amicis ceteris, ut ne illiberalis, ne superflua sit. Eas uero quae mihi erant in Aegina partes, post discessum meum dividat Lycon adolescentibus, in usum olei, ut ex eomei & eius qui me honorauerit utilitate paretur iusta memoria, statuamq; nostram locet eo loco ubi conuenienter stare can perspexerit. Cooperetur autem una & Diophantus & Heraclides Demetrii filius. Ex his autem quae in urbe sunt, reddat Lycon omnibus quae praedixi praesens post ipsius discessum, sequanturq; Bulon & Callinus, & quaecunq; in funere ac solennibus ceteris impensa fuerint. Tollat autem ea ex his rebus domesticis, quae ambo bus communiter a me relicta sunt. Honoret item & medicos Pasithemin & Midami dignos profecto magno & honore & pretio, ob summam in me diligentiam, & artem. Lego & Callino filio<sup>\*</sup> paternas duas, uxoriq; illius genas duas, tapetasq; alterum uillosum, alterum purum, & sagum & duo pulvinaria ex omnibus quae reliqua sunt <sup>\* πάνακης, ετερα μασ, θηγυματα</sup> optimas, ut quantum ad honoris rationem attinet, ne istorum oblitio videamur. De his autem qui mihi seruierunt, sic statuo. Demetrio quidem iam diu libero redemptionis pretium remitto, & quinque minas do, & pallium & tunicam, ut qui tecum diu & multum laborauit, honeste uitam exigit. Critoni autem Chalcedonensi similiter redemptionis pretia relaxo. & minas quatuor itidem dari iubeo. Micerum liberum dimitto, ac cum Lyco nutriat, & annos sex ab hoc tempore deinceps studiat. Charetem itidem dimutto liberum, nutriatq; illum Lyco, duasq; illi minas do, & libros meos relictos. Eos uero qui needum editi sunt, Callino, ut illos edat diligenter. Sed & Syro libero, minas.

quatuor lego, & Menodoro do, & si quid mihi debet,  
*apud fratrem.* relaxo. Hylarē item quinq; minas & \* tapetem uillosum,  
& duos puluinos, & peristroma, & lectum quencunq; no-  
luerit. Liberam itcm dimitto Micri matrem, & Noctonē,  
& Dionē, & Thaconem, & Euphranorem, & Hermiam,  
& Agathonem, ubi biennijs tempus impleuerit, dimitit li-  
berum iubeo, & lexicarios. Ophelionem quoq; & Posi-  
donium cū annos quatuor peregerit, itidem liberari so-  
lo. Demetrio præterea & Critoni, & Syro singulis lectū  
& stragulam uestem ex residuis relinquo, ut Lyconicon  
uenire uidebitur. Ita illis donabuntur, qui profectō osten-  
derunt quām sollicitē sibi commissa peregerint. De sepul-  
tura uero uidebit Lycon, siue me hic, siue domi sepelire  
maluerit. Certo enim nabi persuasum est, illum quod con-  
ueniat, honestumq; sit, nil segniss cernerē quām nos. Cū  
uerò pro dignitate præstiterit hēc omnia, rata sit illi co-  
rum quæ hic sunt omnī largitio. Testes Callinus, Hermio-  
neus, Ariston Chius, Euphronius Pæaniensis. Adeò autem  
sapienter ille gesit omnia quæ pertinent ad eruditōnē  
& studia humanitatis, ut ad testamenta quoq; sua nibil-  
minus diligentiam prudentiamq; pertenderit, ita ut in ea  
quoq; parte sit studiosē invitandus.

## DEMETRIVS PHALEREVSI.

**D**emetrius Phanostrati filius Phaleretus, diuiditor qui-  
dem fuit Theophrasti, ceterū cū apud Athenien-  
ses concionaretur, urbi præfuit annos decem, et cīq; sta-  
tus honoratus est trecentis sexaginta, quarum plures eque-  
stres erant, & in curribus ac bigis stabant, summoq; stu-  
dio intratrecentos dies consummate erant. Cepisse au-  
tem rempub. adnunistrare eo tempore quo Harpalus Ale-  
xandrum fugiens Athenas uenit, Demetrius Magnesim

in equiuocis testatur. Diu autem atq; præclarè rem admini-  
stravit. Namq; ex redditibus, et edificijs ciuitatem auxit,  
et quidem cum adhuc satis illustris non esset. Erat enim, ut  
Phaorinus in primo commentariorum ait, ex Cononis fa-  
milia, uerùm urbana ac nobili Lamia amica, ut idem ait  
in primo, utebatur. Sed ex à Cleone sepe pessimum esse in  
secundo tradit. Porro Didymus in symposiacis ipsum, et  
χαρυτοθλεφαγον, et λαμπετω à mercetrice quadam appellatū ait. Fertur cū Alexandria amisiſſet oculos, à Serapide  
illos rursus accepisse. Quocirca et p̄ canas qui runc etiam  
canuntur, fecisse. Verum cū apud Athenienses clarissi-  
mus esset, et ipse tamen ab ea quæ cuncta consumit inui-  
dia tentatus est. Quippe insidias passus à quibusdam mor-  
tis sententiam absens exceptit. Non tamen eius corpore po-  
titi sunt, uerùm ipsius deſcientes imagines, æruginæ ex in-  
duſtria ſedataſ, alias quidem uendiderunt, alias ſummer-  
ſerunt, aliasq; in frusta conciderunt. Quippe et hoc fer-  
tur. Una autem ſola in arce ſeruata eſt. Feciffe autem hoc  
Athenienses Demetrio iubente rege, Phaorinus autor  
eſt in Omnimoda historia. Sed et imperij ipsius admini-  
ſtrationem, ut Phaorinus idem ait, impietatis accusarunt.  
Enimvero Hermippus cum tradit post Cassandri necē An-  
tigom metu ſe ad Ptolonæum Soterē contulisse, multumq;  
illic temporis moratu inter cetera consuluisse ergi, ut filijs  
quos ex Eurydice ſuſcepere at, impartiaret regnum. Illo  
non obtemperante, ſed ei quē ex Boronice genuerat diade-  
ma tradente, ab hoc ipſo post patris morte fuiſſe aſſeruatū  
in provincia, quo ad aliquid de illo ſtatuiſſet. Hic ille mo-  
ſtior uixit, ac ueluti dormitans ab aſpidem anum morsus ex  
uita migravit, ſepultusq; eſt in Bursrite regione prope  
Diospolin. Ei quoq; nos fecimus epigramma in hunc modū:

πάφη ἐμῆρη διαλεγόντων τοῦ σεφόντος μημένοιο  
ἰδηρ ἔχοντα τολμὴν ασπικτού  
Οὐ γίλεσαι φῶς ἀπ' ὅμιμάτων, ἀλλ' ἀΐδητον μήδεται. L.  
Occidit aspis sapientem nostrum Demetrium  
virus habens tetriplurimum.

Non flammam ex oculis coruscans, sed atros inferos.

Porro Heraclides in epitome successionum Sotionis, Ptolemaeum ait Philadelpho concedere uoluisse regnum, illumq; prohibuisse dicendo, si alteri dederis, ipse non habebis. Cum uero accusaretur Athenis Menander comicius, nam εἰ hoc audio, parum absuit quin capititis exciperet sententiam, ob aliud nihil nisi quod amicus huius esset. Purgavit autem cum Telephorus Demetrij gener. Verum εἰ librorum multitudine, ac uersuum numero omnes ferme sui temporis peripateticos superauit, doctissimus atque peritissimus omnium. Sunt autem ipsius monumenta, partim historica, partim politica, poetica alia, aliae rhetorica, concessionum ac legationum, sed εἰ orationum Aesopiarum collectiones, εἰ complura alia. Sunt autem de legibus Atheniensium libri quinq;, de ciuibus Atheniensibus duo, de ratione ducendi populum duo, de rep. duo, de legibus unum, de rhetorica duo, de re militari duo, de Iliade duo, de Odyssaea quatuor, Ptolemæum unum, Amatorius unū, Phædondas unum, Madon unum, Cleon unum, Socrates unum, Aristomachus unum, Artaxerxes unum, Homericus unum, Aristides unum, Aristomachus, Exhortatorius unum, Pro repu. unum, de decennio unum, de Ionib; unū, de legatione unū, de fide unum, de gratia unum, de fortuna unū, de magnificentia unum, de legibus unum, de nuptijs unū, de trabe unum, de pace unū, de studijs unū, de tempore unum. Dionysius unū, Chalcidicus unū, Atheniensium

sum incurso unum, de Antiphane unum, proximum histo-  
 ricum unum. Epistole unū, Concio iurata unum, de senectu-  
 te unum, Iura unum, Aesopiarum unum, de usu unum. Por- \*χρήσις.  
 rò stylus ipse Philosophicus, oratorio robore uiribusq; per-  
 mixtus. Hic ubi comperit Athemenses imagines suas exer-  
 tisse: At, inquit, uirtutem illi non euerterunt, cuius gratia il-  
 las exercent. Aiebat non esse parvum ut negligendum  
 membrum supercilia, posse enim uitam omnem obscurare.  
 Non modò diuitias cæcas asserebat, uerum & illarum au-  
 torem fortunam. Quantum in bello posset ferrum tantum in  
 Repub. eloquentiam ualere. Cum uidisset aliquando iuue-  
 nem luxuriosum, ecce, inquit, <sup>\*τίππαγμα</sup> quadrata statua, habens syr-  
 ma, uentrem, pudenda, barbam. Honinum fastu turgidorum  
 diebat circumcidere oportere altitudinem, sensumq; relinque-  
 re. Inuenies asserebat oportere domi quidem parentes, in iti-  
 neribus autem obuios, in solitudine uero seipso reuerteri.  
 Amicos dicebat secundis in rebus adesse aduocatos, in cala-  
 mitatibus autem sua sponte atq; inuocatos. Fuerunt autem  
 Demetrij memorabiles uiginti Primus Chalcedonius ora-  
 tor Thrasymacho antiquior. Secundus hic ipse. Tertius By-  
 zantius peripateticus. Quartus qui cognominatus est γρα-  
 πικὸς, apertus atq; ad differendū facilis, idemq; ipse pictor.  
 Quintus Aspendius, Apollonij Solensis discipulus. Sextus  
 Calatianus qui de Asia et Europa scripsit libros uiginti. Se-  
 ptimus Byzantius qui tredecim libris Gallorum ex Europa  
 in Asiam transitū, et octo alijs Antiochi et Ptolemæi gesta,  
 Libyæq; sub ipsis administrationem couscripsit. Octauus so-  
 phista qui moratus Alexandriae artes oratorias scripsit. No-  
 nius Adramytinus grammaticus, Ixion appellatus, quod Iu-  
 nonem in aliquo iniurijs affecisse uideretur. Decimus Cyre-  
 neus grammaticus cognomento Stannus uir sanc memorabilis.

bilis. Unde cimus Scepticus vir dives ac nobilis, et in primis studiosus. Hic etiam Metrodorum cinicum promosuit. Duodecimus grammaticus Erythreus, cuius adscriptus in Mno. Decimus tertius Bitynius Diphyli Stoici filius, discipulusq; Panetij Rhodij. Decimus quartus orator Smyrnensis. Atq; isti quidem prosa oratione scripserunt, poetae autembi. Primus qui comediam scripsit. Secundus Epicus poeta, cum illa sola habentur, que aductus inuidos scripsit:

- 1. Ζωὴ ἀτιμάστατης, ἀποφθίμωσο τοδίνοι.
- 2. Καὶ τοῦ ὑπέρ τύμβοιο, χρὴ ἀπόρε ἐδύλοιο
- 3. Αἴτια νῦν ἐπάλθεψ ἔργη δὲ ἐγκάτελασ. hoc est,  
Oderunt unum quem mox post funera querent.
- 4. Et super exanimum nonnumquam umbra, atq; sepulcro  
Contendere urbes ample, populiq; potentes.

Tertius ex Tarso Satyricus. Quartus Iambicus, vir amarulentus. Quintus sculptor, cuius Polemo meninuit. Sextus Erythreus, varius scriptor, qui historicos et oratorios conscripsit libros.

### H E R A C L I D E S P O N T I C U S.

**H**ec Heraclides Eutypbronis filius, Heraclotes è Ponte, vir dives Athenas concepsit. Vbi primū quidē Speusippose in disciplinam dedit, Pythagoreos utq; auditor fuit, Platonemq; imitari nitebatur. Positremò, ut Sotion in successionebus ait: Aristotelem audierit. Hic mollicula ueste utebatur, tumentiq; fuit corpore, adeò ut illū Attici non iam Ponticum, sed pompicū vocarent. Porrò incessu mitis erat, et uerendus. Erruntur ingenij illius monumenta preclarā alio optima. Dialogi, quorum que ad mores instituendos faciunt, sunt hæc, de iustitia tres, unum de temperantia, de pietate, de fortitudine, cōmuniterq; de uirtute unum, de felicitate unū, de principio unum, de legibus unum, deq; his affīnibus, de nominis

nominibus unum, pacteda unum, Inuitus amatorius, et Clinias  
unum. Naturales uero, de mente, de anima, scorsumq; de ani-  
ma, & de natura, & imaginibus, seu simulachris. Aduer- \* à Sénep-  
sus Democritum, de cœlis unum, de his que sunt apud inferos, de uitis duobus, de causis morborum unum, de bono unum,  
aduersus Zenonem unum, aduersus Metronem unum. Gram-  
matici uero, de Homeri & Hesiodi etate duo, de Archilo-  
cho et Homero duo. Musici uero de his qui apud Enripidem  
& Sophoclem reperiuntur, duo, de musica duo. Solutionū  
Homericarum duo. Theorematicus unum, de tribus tragi-  
cis unum, figuræ unum, de poëtica, et poëticis unum, de con-  
iectura unum, de præscientia unum, Heracliti enarratio-  
nes quatuor, in Democritum enarrationes unum, Solutio-  
num que in contentionem neniunt duo, proloquium unum,  
de speciebus unum, Solutiones unum, monita ad Dionysium  
unum. Rhetorici duo, de oratoris officio, sive Protagoras.  
Historici, de Pythagoreis, & de inuentis. Ex his alia quidē  
comicè finxit, sicuti de uoluptate, et pudicitia. Aliæ tragicæ,  
sicut de his que sunt apud inferos, & de pietate, & de po-  
testate. Observat autem sæpen numero & mediocritatem in  
dicendo quandam ueluti philosophis, & ducibus ciuibusq;  
uiris adiuuicem loquentibus. Extant illius scripta et de geo-  
metria, & de dialectica. Est autem in omni genere oratio-  
nis uarius, et dictione distinctus, maximamq; habet capiendi  
animos, atq; oblectandi nim. Sunt qui asserant illum & pa-  
triam à tyranno liberasse, eo necato, ut ait Demetrius Ma-  
gnessius in ὁμερύμαιοις, qui de illo tale aliquid tradidit. Nutris-  
se eum à puero draconē, et cum iam moriturus esset, infisi se  
euidam ex necessarijs, ut eius corpus occuleret, draconemq;  
superponeret leætulo, ut putaretur ad deos migrasse, factumq;  
est, ut ille mandauerat. Inter ea cùm Heraclidem efferrant  
ciues,

210 DIOG. LAERT. DE VITA  
cives, atq; laudibus prosequerentur, auditore clām ore draco  
ex uestibus prodijt, perturbantq; plurimos. Tandem uero  
aperta sunt omnia, misusq; est Heraclides, non qualis putari  
uoluit, sed qualis erat. Est et in hunc nostrum epigramma:

Ηεραλδες ἀντέωσι λιπτηρ φάτιμη δράκοντα

ἔσται θαυματηρή γένεσι δράκων.

Ἀλλά τις φίλος σιζοπισμένε. οὐ γάρ οὐ μέν θηρ

Ηε δράκων, σὺ δὲ θηρ, καὶ σοφὸς ὁρηταλως. hoc est,

Mirum Heraclides quid tantum optaueris amens

Post mortem nobis ut uiderere draco.

Falsus at es, nubi credere, fuit nam bellua uerē

Ille draco, sed eras bellua non sapiens.

Hacc Hippobotus quoq; ait. Ceterum Herippus Heracledes  
tas tradit, cum fames uastaret provinciam, incommodi abso-  
lutionem ex Pythia que sisse. Porro Heraclidem Theoros,  
et quam memor auimus Pythiā quoq; corrupisse pecunias,  
ut dicerent tunc demum eos lauandos incommodis, si et ui-  
uum Heraclidem Eutypthonis filium, aurea corona hono-  
rarent, et uita functum, ut heroem uenerarentur. At ubi orga-  
nulum delatum est, nihil eos qui hanc scenam finxerant, in-  
de esse lucratos. Continuo enim coronatum in theatro Hera-  
clidem stupidum atq; taclum sydere esse, Theoros uero de-  
uolutos interisse, Pythiamq; ipsa hora cum ascendisset, in  
adytum draconis morsu continuo efflasse animam, atq; ista  
quidem de ipsius morte. Tradit autem Aristoxenus musicus  
illum tragedias etiam scripsisse, Theophratisq; illas preno-  
tasse titulo. Clinaeleon quoq; ait illa sua furatum de Home-  
ro et Hesiodo scripsisse. Autodorus quoq; Epicureus illum  
arguit, contradicens ijs, que ille de iustitia scripsit. Insuper  
et dionysius Metathemenus, seu ut alij uolunt Spinharus  
Parthenopaeum scribens, Sophocli inscripsit. Ille ita credes,

in

in quibusdam commentarijs suis eius testimonij ueluti Sophoclis utitur. Id sentiens Dionysius, illo negante & diffidente misit ex exemplari uidendos uersus, et ita per omnia habebat. Amabat autem iste Dionysium, uerum ille neq; ita fidē accōmodans, forte aiebat et fieri posse, ut ita se haberet, rursus ad illum scripsit Dionysius, Hęc profecto cōperies:

Tίςωρ πίθην Θέλειται πάγη,  
Αλίσονται μὲν μετ' ἀχρόνον ἀλίσονται. hoc est,  
Laqueo uetus tam non prehendes simiam.  
Prendes quidem illam, quamuis agrè id deniq;

Et hęc, Heraclides literas ignorat, nec erubescit. Fuerunt autem xiiii, Heraclides. Primus hic ipse. Secundus conterraneus huius qui pyrrhicas, nugasq; composuit. Tertius Cumanus qui Persica quinq; libris absoluit. Quartus Cumanus orator qui artes rhetoricas scripsit. Quintus Callianus siue Alexandrinus, qui sex libris successionem explicuit, orationemq; Lembeuticā, unde & Lembus uocabatur. Sextus Alexandrinus Persicarum proprietatum scriptor. Septimus dialecticus Bargyleites qui contra Epicurū

scribit. Octauus medicus Hicesius. Nonus medicus

Tarétinus empericus. Decimus poëticus qui

\*præcepta cōscripsit. Undecimus scul-

pator Phocensis. Duodecimus ar-

gutus epigrammatū poëta.

Decimustertius Ma-

gnesius, qui scri

psit Mithri

datica.

Decimusquartus qui

conscriptis de

astrolo-

gia.

# DIOGENIS LA-

## ERTII DE PHILOSOPHO.

rum uita, Liber sextus.

### ANTISTHENES ATHE- NIENSIS.



ANTISTHENES Antisthenis filius,  
Atheniensis fuit. Dicebatur autem non esse  
indigena. Quod cum sibi probro daretur,  
dixisse fertur, et Deum mater Phrygia est.  
uidebatur enim illius mater ex Thracia.

Vnde cum in Tanegrensi pugna sortiter se gefisset, aucto-  
r fuit Soerati, ut dicarent: Ex duobus Atheniensibus ita fer-  
tem nunquam natum esse. Ipse quoq; Atheniensibus quod  
indigenae essent gloriantibus exprobrans dicebat, illos "bru-  
cis ex cocleis nihil nobiliores. Hic initio quidem Gorgia  
audiuit oratorem. Vnde ex in dialogis oratorium dicendi  
genus exprimit, maximeq; in ueritate, ex exhortatione Her-  
mippus autem ait illum in celebritate Bohemia uituperare,  
ac laudibus efferre solitum Athenienses, Thebanos, ex Le-  
cedemonios, deinde id uitaesse intuentem plurimos ex urbe  
confluere. postremò Socrati se se addixit, tantumq; cum illo  
profecit, ut moneret discipulos, ut sui sub Socrate essent con-  
discipuli. Commoransq; in Pireo quotidie, quadraginta stu-  
dijs emensis audiebat Socratem, à quo ex tolerantiam ad-  
discens tranquillitatis illius imitator effectus, cynicā primus  
sectā instituit, princepsq; in ea fuit. Quodq; labor bonū es-  
set, magni Herculis, ac Cyri exēplo persuadebat, id à Gra-  
cis, hoc à Barbaris mutuatus, primuq; definiuit sermonem,  
dicens: Sermo est qui quicquid sit aut fuerit, exprimit. Dice-  
bat autem identidem, Insania patius, quam uoluptate affi-  
ciar.

ciar. & illud: Cum eiusmodi mulieribus consuetudinem habendam, quæ beneficio beneficium retalient. Pontico adolescenti cum se illi in disciplinam dare uellet, rogaretq; quanam re sibi opus esset: Libro, inquit, nono, & stylo nono, non aqua; tabella, animum significans. Interroganticiusmodi uxorem duceret: Si, inquit, formosam duxeris, communem <sup>\*Gracè inuen-</sup>  
 habiturus es, si deformem, paenam. Cum audisset Platonem <sup>dier. & pessore</sup>  
 aliquando sibi maledicere: Regium, inquit, est malè audire, <sup>plus in uerò</sup>  
 cum bene feceris. Cumq; aliquando Orphicis mysterijs initiaretur, diceretq; sacerdos, eiusmodi initiatos bonis plurimi apud inferos perfuerit. Cur igitur, ait, ipse non moreris? Probro ei dabatur aliquando, quod non esset ex duobus liberis genitus: Neq; inquit, ex duobus luctatoribus, et tamen luctator sum. Interrogatus cur paucos haberet discipulos, quod, inquit, argentea illos uirga efficio. Rogatus item cur in discipulos acriter inuecheretur, & medici, inquit, in languidos. Cum uidisset aliquando fugientem machum, O inquit, infelix quantum periculi uno obolo uitare potuisti. Prestare dicebat, ut Hecaton ait, necessitate urgente <sup>\*nepos</sup> in coruos, quam assentatores incidere: illos quippe moriuntur, istos uiuentes deuorare. Rogatus quid nam apud homines esset beatissimum: Felicem, inquit, mori. Fandiliari quodam apud se deplorante, quod perdidisset commentaria, oportebat, inquit, ista animo potius, quam chartis inscribere. Sicuti rubigo ferrum, ita inuidiam inuidos consumere aiebat. Eos qui cuperent immortales esse, oportere dicebat pie uiuere ac iuste. Ciuitates tunc interire aiebat, cum bonos discernere nequeunt à malis. Cum aliquando à malis laudaretur: Misere, inquit, metuo, ne forte mali quipiam fecerim. Fratrum qui essent concordes coniunctum omni muro dixit esse fortiorem. Eā dicebat

*bat paranda natiaca, quæ cum naufragio simul enarentur.*

*Probro illi dabatur aliquando quod congregaretur malis;*

*At medici, inquit, inter agrotos uersantur, neque tamen*

*\*Lyon. febricitant. Absurdum esse dicebat triticum purgare lo-*

*lio, bellumque inutili milite, Rem uero publicam inuidis non*

*exhaurire. Rogatus quidnam ex Philosophia incratus es-*

*\*almer. set, mecum, ait, colloqui posse. Cuidam sibi in conuicio di-*

*centi, cane, tu mihi, inquit, tibias infla. Diogeni tunicam pe-*

*tenti, pallium explicari iussit. Interrogatus quenam esset*

*disciplina magis necessaria, mala, inquit, dediscere. Eos*

*bortabatur qui maledictis incessanter tolerare, magis*

*quam si lapidibus se quispiam ageret. Platonem insimula-*

*bat, ut fastu turgidum. Cum ergo fieret pompa, insipientes*

*hinnientem frementeque equum, ad Platonem conuersus*

*Tu, inquit, iudicio meo præclarus fuisses equus, Venerat ali-*

*quando ad cum mala uiletudine affectum, & cum uai cer-*

*neret ubi Plato uomuerat: Bilem, inquit, video, fastum, uero*

*non video. Atheniensibus consulebat, asinos ut equos delige-*

*rent. Quod cum illi ab oratione alienum dicrent, at, in-*

*quit, apud uos duces erunt qui nihil didicerunt, solumque de-*

*signati sunt. Dicenti sibi cuidam, multi te laudant, quid*

*enim, ait, mali fecisti? Cum pallij discissam partem coruersam*

*in conspectum dedisset, intuitus Socrates, video, inquit,*

*per pallium tuam uanitatem. Interrogatus a quodam, ut*

*ait Phoenias in libro de Socratis, quid nam faciendo bo-*

*nus, & honestus evaderet: Si mala, inquit, quæ habes, ab*

*ijs qui nouerunt didicisti esse fugienda. Cuidam deliciis*

*laudanti, inimici, ait, delicate uiuant. Adolescenti qui*

*se factori suo conformabat, dic ait, si uocem as acciperet,*

*quanan in re gloriaretur, illo diente, in pulchritudine.*

*Non igitur, inquit, erubescis qui cum inanimi gloriaris?*

*Xvjps xai-*

*•*

*•*

*•*

*•*

*•*

*•*

*•*

pontico adolescenti pollicente illum sibi fore curæ, si natus applicaret qua salsa menta uochebantur, sumpto illo ex uase novo, abiit ad eā que farinam uenundabat, & oneratus abibat. Illa uero pretium petente, hic, inquit, adolescentis dabit, si saltem ceterorum ipsius natus applicuerit. Ipse Anyto exilijs & Melito mortis autor suisse uidetur. Namque Ponticis iuuenibus ob Socratis gloriam solicitatis cum incidisset, eos ad Anytum abduxit, dicens illum moribus sapientiorem esse quam Socratem, qua ex re indignatos circumstantes effugasse illum. Sicubi uero ornatum offendisset mulierem, ad domum illius proficisciebatur, iubebatque virum eius equum proferre & arma, ut si quidem hæc illi essent, delitijs uacare sineret, his enim iniurias propelleret: si alias, cultum amoueret. Quæ autem illi placuerent, ista sunt: Docibile esse uirtutem. Eosdem esse nobiles ac studiosos. Sufficere uirtutem ad beatam uitam nullo indigentem, nisi Socratis uiribus. Virtutem quoque operum esse, neque uerbis multis, neque disciplinis indigentem, sapientemque sibi ipsi sufficere. Ipsius enim esse quæ aliorum sunt omnia.<sup>2</sup> Glorietur <sup>\* ad fin.</sup> priuationem bonum esse labori simile. Sapientem non secundum constitutas leges uicturus, sed iuxta uirtutis normam, ducturumque uxorē procreandorum liberorum causa, formosissimis quibusque congressum mulieribus, atque amaturum. Solum quippe scire sapientem quænam sit amanda. Inscribit illi Diocles & ista, Sapienti peregrinum aut nouum nihil, neque indignus est qui ametur uir bonus. Studiosi amici propugnatores faciunt, qui animosi & iusti sunt. Virtutem armis esse quæ tolli non possint. Præstat cum paucis bonis aduersus milios omnes, quam cum multis malis aduersus paucos pugnare. Sollicitè obseruandos inimicos, primi enim peccata sentiunt. Iustum uirum plurimi facien

faciendum quām propinquum. Viri ac mulieris uirtus ex-  
dem. Bona pulchra, mala esse turpis. Iniqua omnia aliena  
puta atq; peregrina. Mūrum tutissimum prudentiam effe,  
neq; enim decidere, neq; prodi. Mænia struēda in nostris  
animis que capi nō possunt. Disscrebat autem in gymna-  
sio quod κυρρόταρχος appellatur, nō longe à portis ciuitatis.  
Vnde quidā cynicam sectam appellatum uoluit, ipsoq;  
cognominabatur ἀπλοκάρη, ac primus palliū, ut ait Dio-  
cles, duplicauit, ipsoq; solo utebatur, baculumq; sumpsit  
ac peram. Primus autē, ut Neāthes tradit, simplicis quoq;  
palliū usum habuit. Porrò Sosocrates in successionum ter-  
tio, Diodorū Aspēdium & barbam demisisse, & baculo,  
& pera usum esse ait. Hunc solum ex omnibus Socratis  
Theopompus laudat, dicēs fuisse acutissimum, & ex su-  
uitate colloquij quemlibet capere ac ducere quō uellet. Li-  
quet id autē ex libris suis, atq; ex illo Xenophōtis sym-  
posio uideturq; & grauioris sectae Stoicæ princeps fuisse.  
Quocirca & Athenaeus poëta epigrāmatū sic de illis ait,

Ἐτωικῆρ μυθῶν εἰδίμορος, ὁ παράγεια

Δύγματα τῶν ἴσταις ἐνθεμένοι στήλαι

Τὴρ ἀρτάρη Κυρᾶς ἀγαθὸν μέρον, αὐτὸν γὰρ ἀρθρῷ  
Μέμρα καὶ βιοτάρη φύσετο καὶ πόλιας.

Σαρπὸς δὲ ἀδυτάθημα φύλον, τέλον. Οὐ αὐθράστη πάλλοις

Η μία τῶν μηδέποτε ἔρυσε θυγατέρων. hoc est,

Stoicide spectata cohors, qui insignia sacrī

Mandatis melius dogmata uestra libris.

Vnam animi summum uirtutem culmen habere

Vrbes quod seruet sola quod ipsa homines.

Carnis at illecebras alijs, sibi finis ut esset

Vnica perfecit filia Mnemosynes.

Hic & Diogeni tranquillitatis, & Crati continentiae, &

Zenoni

Zenoni tolerantiae dux & autor fuit. Ipse qui ciuitati fundamento subiecit. Enimvero Xenophon suauissimum in colloquio fuisse ait, atq; in rebus alijs continentissimum. Feruntur & ipsius scripta tomus x. Primus in quo de dictione sive de figuris. Ajax sive aiacis oratio. Vlysses sive de vlysse. Orestis defensio, de causidicis. Isographe sive Deßas sive I socrates, aduersus Isocratis αμερτυρου. In secundo tomo de animalium natura, de procreatione filiorum, sive de nuptiis amatorius, de Sophistis φυσιογραφιον. Exhortatorius primus, secundus, tertius, de Teognide quinto. Tomus tertius, in quo de bono, de iustitia, de fortitudine, de lege sive de Republica, de lege sive honesto & iusto, de libertate & scrutitate, de fide & curatore, de interrogacione, de uictoria. Oeconomicus. In quarto tomo Cyrus, Hercules maior sive de fortitudine. In quinto tomo Cyrus sive de regno. Aspasia. In sexto tomo in quo ueritas, de disserendo ἀρτιλογιον. Sathon de contradictione tres. de locutione. In septimo tomo, de disciplina sive de nominibus quinq; de moriendo, de iacta & morte, de his que sunt apud inferos, de usu nominum sive contentiosus, de interrogacione & respoustone, de opinione & scientia quatuor, de natura duo. Interrogatio de natura duo, Opiniones sive contentiosus, de addiscendo problemata. In octavo tomo de musica, de expositoibus, de Homero, de \* iniustitia, & \* admis- impunitate, de Calchante, de exploratore, de uoluptate. In nono tomo de Odyssaea, de uirga Minerue, sive de Telemacho, Helenae, & Penelope, de Protheo, Cyclops, sive de Vlysse, de uini usu, sive de ebrietate, sive de Cyclope, de Circe, de Amphiaraeo, de Vlysse, & Penelope, de eane. In x. tomo Hercules, sive Midas, Hercules, sive de prudentia, sive de fortitudine. Dominus, sive amans.

Dominus, siue exploratores. Menexenus, siue de imperio. Alcibiades, Archelaus, siue de regno. Atq; ita quidē scripsit. Timon autē ob multitudinem corum que scripsit in-  
\* κατηγορία. crepans illum, \* ingeniosum nugatorem eum dixit. Obiq  
γνώσις. morbo, quo tēpore Diogenes ingressus ad illū dixit, Num amico opus est? aliquādo item intrauerat sicam habēs, ad quē ille cūm diceret, quis me doloribus absoluet? ille osten-  
sa sīca, hæc ait: ex ille, doloribus dixi, non uita. Videbatur enim ferme mollius p̄fſterri morbum p̄ amore uite. Et autem nostrum epigranaea in Antisthenem ita se habent:

Tēp̄ bīop̄ oīσθα κύωρ̄ Ἀντισθένες, ὥδε περιναὶ  
Ἄρχα οἰκουμένην φύμασιν τὸ γόμφασιν.

Ἄλλον θάνατον φθίσινός, τὰς ρήτρας τοις λοιποῖς. Τί τέτο;

Πάρτως εἰς αἴθιον οὐδὲ τινὲς δύνηθεν ἔχειν; hoc est,  
In uita canis acer erat Antisthenes, ut tu

Morderes uerbis, haud tamē ore homines.

Mortuus es phthisicus. uerū quis fortè rogabit,

Non' ne ducem ad manus prorsus habere opus est?  
Fuerunt autē et alij Antisthenes tres. Unus ē schola Heraclitii. Alius Ephesius. Tertius Rhodius quidā historicus.  
 Quoniam uero eos qui ab Aristippo fluxere, ac Phedone transegimus, age nunc illos qui ab Antisthene uenerant Cynicos, ac Stoicos hoc ordine adiſciamus.

### D I O G E N E S.

**D**iogenes Icesij mensarij filius, Synopeus fuit. Fugisse illum, cūm pater eius publicē mensam haberet, ac pecunia adulteraret, Diocles autor est. Porrò Eubulides in libro de Diogene, Diogenem ipsum hoc fecisse ait, et cum patre una pulsum fuisset. Ipse quoque in Podalo de seipso ait, falso signare monetā. Quidam uero cum cūm curator effectus esset, persuasum ab opificibus aiunt uenisse Delphos,

phor, atq; Delum, in patriā Apollinis percontatumq; esse  
an id ageret quod ei suaderetur, quod cūm sibi permisum  
esset, euentū rei nō intelligens, de ciuili moneta & adulter-  
rasse, deprehēsumq;, ut quidā uolunt, exilio damnatū esse,  
ut autē alij putant, metu perterritū sponte patriā liquisse.

Sunt qui dicant illum à patre acceptum pecunia\* adulter-  
rasse, neq; illum quidem in carcere diem obisse, hunc autē  
effugisse, prosc̄lumq; Delphos sc̄iscitatum esse, utrum pe-  
cuniam falsò signaret, & quid faciens clarissimus futurus  
esset, atq; ita hoc oraculum cepisse. Cūm uero Athenas cō-  
cessisset, conuenit Antisthenem. Eum ille cūm \* repelleret,  
quippe ex constituto suo neminem recipiebat, uicit perse-  
uerantia sua, illo siquidem aliquādo intentante baculum,  
subiecto capite, & de, inquit, non enim ita durum baculum  
reperies, qui me abs te, quandiu aliquid dixeris, & cere  
possit. Hic iam auditor illius factus est, ac ueluti profugus  
ex patria se ad uictum simplicem contulit. Conspecto, ut  
Theophrastus ait, in Megarico mure discurrete, qui neq;  
cubiculum inquireret, neq; tenebras reuereretur, neq; ali-  
quid corū, que ad uescendum idonea uideretur, appetere,  
& ipse casus suos consolatus est. Pallium, ut quidam uo-  
lant, primus duplicatū in usu habuit, ob necessariū usum,  
utq; illo se dormiens obuolueret, peramq; tulit, in qua &  
cibos ferebat, omniq; ad omnia utebatur loco, & prandēs,  
& dormiens & loquens. Quocirca & Athenienses aie-  
bat Louis porticum ostendens, sibi condidisse \* palatum,  
ubi uesceretur. At baculo siquidem primū innitebatur cūm  
infirmus esset, deinceps autē cum semper ferebat, non qui-  
dem in urbe, sed iter agens, una cum pera, ut resert Athē-  
nodorus Atheniensis princeps, & Polycuktus rhetor, &  
Lysinus Aeschrionis filius. Cūm autem ad quendam scri- \* παραχρέ-  
βει quod κανεὶ<sup>ν</sup>  
νεριτης interpres.

alīas, τῇ πο-  
λεῖσθαι  
δέος οὐδιά-  
δισο.

\* παραχρέ-  
βει.

Διονυσίου  
Olympiodorus

& princeps.

πρεστέτες, ἄρ-

χων.

p̄fis̄et ut sibi pararet cellulam, & ille tardius id exequ-  
retur, dolium, quod in Metroo erat, pro domo habuit, sicut  
& ipse in epistolis testatur. Atq; astate quidē se se in fer-  
nū: harena uolutabat, hyeme uero statuas niue perfunctas  
complectebatur, omni ex parte scipsum ad laborum tol-  
erantiam exercēs. Acer item erat in despiciēdis alijs. Unde  
et Euclidis scholam, alludens ad nomē χοληρόν, id est, bilēm  
appellabat, et Platonis \* auditoriū, consumptionē. Diony-  
si sacerdatis, magna miracula stultorū dicebat. Orato-  
res, turbe ministros. Dicebat autē cūm intueretur, in uia  
gubernatores, medicos, atq; philosophos, animalia omnīa  
sapientissimum bonūm esse. Cūm autē contrā inspiceret  
sommiorū interpres, cōiectores, uates, uel huiusmodi cae-  
teros, uel qui glorie aut diuitijs addicti essent, tunc demū-  
nibil se stultius existimare hominē. Aiebat arbitrari se, in

uita sēpius parandum \* uerbū quam laquerū. Intuitus ali-  
quando Platonem in conuiuio magnifico gustantem oleas,  
quid, inquit, sapiens uir in Siciliam huiusmodi mensarum  
gratia profectus, appositis modo nō frueris? Et ille, at Her-  
cle, inquit, Diogenes, & illuc oleis & reliquis eiusmodi ut  
plurimum uescabar. Et ille, quid, inquit, Syracusae nau-  
igare oportebat, an tunc Attica oleas non ferebat? Phaeo-  
rinus in omnimoda historia Aristippum hoc dixisse tra-  
dit. Et præterea aliquādo caricas comedens obuiavit illi,  
dixitq; liceat tibi degustare, qui cūm acceptas edisset, degu-  
stare dixi, non deuorare. Calcans ipsius aliquando stratū,  
præsentibus Dionysij amicis quos ille inuitarat, dixit, Cal-  
co Platonis inane studium: ad quem Plato, quāto, inquit, o  
Diogenes fastu tunes dum superbiam te calcare putas.  
Alij Diogenē hoc dixisse scrunt, calco Platonis fastum, il-  
lumq; respondisse, at fastu alio Diogenes. Porro Sotion

in quarto refert hoc illi dixisse Platone cynicum. Vinum aliquando postularat ab eo Diogenes atq; caricas, at ille legenā integrā nū sit: ad quem Diogenes inquit, si quidem rogatus fueris, duo & duo quot sunt, respondes uiginti, ita neq; secundum ea quae posceris das, neq; ad quae rogariis respondes: notabat autē illum ut uerbosum. Interrogatus ubinam Græciæ uiros uidisset bonos: uiros quidem, ait, nū quā, sed Lacedæmoni pueros uidi. Cū serio quādoq; loqueretur, nemoq; sibi intenderet, \*se ad sonū \* iuxtam musicum cōtulit. Congregatis autē ad se plurimus exprobauit quod ad inepta studiosè concurrerent, ad ea uero que grātia essent & utilia negligēter cōuenirent. Dicebatq; de fodiendo & calcitrādo certare homines, ut autē boni & probi fieret, curare nemine. Grāmaticos admirabatur, quod cū Ulyssis mala requirerent, sua ignorarent. Musicos itidē in ius uocabat, quod cū lyre chordas congrue aptaret, animi mores incōcios haberet. Sed & mathematicos carpebat, quod solē & lunā & sydera intuentes, que ante pedes essent negligenter. Oratores itē, quod studeret iusta dicere, non autem & facere. Avaros quoq; quod pecunia mituperaret, ac summe diligeret. Reprehendebat eos, qui iustos quidē, quod pecunias continebant, laudabat, pecuniosos uero imitari satagebat. Stomachabatur eis qui pro bona ualitudine sacra ficeret, inter sacrificia cōtra sanitatē coenaret. Scruos mirabatur, qui cū edaces dominos cerneret, nihil diripcrēt ciborum. Laudabat eos, q; uxores ducturi fuissent et nō duceret, et qui nauigatur nō nauigarēt, quiq; accessuari ad rēp. minime accedebant, & qui pueros habituri in delitijs se continerent, & qui se cōponeret ad cōuiuendū regibus, neq; tamē accedebant. Dicebat manus ad amicos nō cōplicatis digitis extē-

Alius, nesciunt oportere. Refert<sup>\*</sup> Hermippus in auctione Diogenis, quod  
 captus ac uenditus, cum rogaretur quid sciret agere, re-  
 sponderit. scire se uiris imperare, atque ad praeconem, predi-  
 ci, inquit, qui nam dominum sibi emere uult. Sedere prohibi-  
 bitus, nihil, inquit, refert, nam et pisces quomodo libet ia-  
 \* Xenia. erant enim. Mirari dicebat, cum olla quidem ac operculum  
 non sine tactu ac tinnitus emamus, solo in homine emendo  
 aspectu contenti sumus. Dicebat Xenia ad emptori suo,  
 ipsum sibi, quemuis esset seruus, obtemperare oportere, nam  
 et medicus et gubernator, si seruus, utique sibi pareatur.  
 Eubulus uero in libro qui inscribitur Diogenis auctio, in  
 filios Xeniae instituisse ait, post disciplinas reliquum  
 equitare, arcus intendere, fundas rotare, atque iaculari. Dein-  
 de in palestra non permittebat pedotribae eos in morem  
 athletarum exercere, sed id roboris tantum, et bone uer-  
 letudinis gratia. Tenebat uero pueri, poetarum, et scripto-  
 rum aliorum ipsiusque; Diogenis plura memoriter, omnemque;  
 illius doctrinæ ratione ut facile memoria teneretur, brevi-  
 ter collectam insinuabat. Domi quoque ministrare docebat  
 cibos leui, ac uili contentos et aqua. Tonderi ad cutem  
 iubebat, incōpositosque deducebat, ac sine tunicis, et cal-  
 ceis tacitos, ac se tantum in uia induentes. Educabatque eos  
 et ad uenationes. Contra illi Diogenis curam habebant,  
 parentibusque commendabant. Senuisse ipsum apud Xe-  
 niadem, idem ipse autor est, ac uici funeris a filiis eius suis  
 se sepultem. Vbi percontante Xenia quomodo se sepe-  
 liri mallet, in faciem inquit. Illo causam interrogante, quo-  
 niam, inquit, post paulum inferiora cœuertenda sunt. Dixit  
 autem hoc quia Macedones iam obtinerent, atque ex humi-  
 libus sublimes fierent. Cum se quisquam in domum magni-  
 fico instructam apparatu induxisset, et fuerit uenire,  
 po

posteaquā excreauit in illius facie spuma cōiecit, deteriorē  
locū ubi spueret se non inuenisse dicens. Alij Aristippo id  
applicant. Cum clamasset aliquando, heus homines, con-  
uenissentq; plurimi, baculo illos agbat dicens, homines  
non purgamenta vocavi. Ait hoc Hecato in primo de usu.  
Alexandrū dixisse ferunt, quod nisi Alexāder esset, Dio-  
genē se esse uoluisset. \*Debiles dicebat nō surdos aut cæ-  
cos, sed qui peram non haberent. Ingressus aliquando se-  
nito suo capite cōuiuum iuuenum, quemadmodum scribit  
Metrocles in usibus, plagas retulit. Postea uomina illorū  
qui se ceciderant inscribens circuibat in Leucone, ea præ-  
se ferens. Ita illis uicē cōtumeliae reddidit, dum reprehē-  
dendos & obiurgādos omnibus exposuit. Dicebat se ca-  
nem esse Ludiatorū, uerū laudantium neminem secum ad  
uenandum exire audere. Dicente quodā\* uiros se in Py-  
thia uincere uiros, equidē, inquit, mancipia. Cūm dicre-  
tur sibi, scuex es, iam quiesce à labore, quid enim, ait, si in  
stadio currere, ad finem oportet cursum remittere, &  
nō magis intendere? Vocatus ad cœnā, affuturū se nega-  
uit, neq; enim sibi priore die gratian habitam. Nudis pe-  
dibus calcabat niuem, & alia quæ prædicta sunt, crudas  
itē carnes edere conatus est, sed ita non persistit. Offen-  
dit aliquādo Demosthenē oratore in diuersorio pranden-  
tem. Illo autē cedente, tāto, inquit, magis in diuersorio fu-  
turus es. Peregrinis aliquando Demosthenē uidere cupiē-  
tibus, medium intendēs digitū, hic, ait, uobis est ille Athe-  
niensium orator. Panem cīsciente quodam & resumere  
erubescente, castigare illum uolens, urcei collum per figu-  
li trahebat officinam. Imitari se dicebat chori magistros.  
Illos enim tonum exceedere, ut reliqui congruum tonum  
arriperent. Plurimos aiebat insanire præter digitum. Si

\* ποιησίαν  
*προβλημάτων*  
*αὐδοφατ.*

quis igitur medium digitum prætendens pergit, infante  
uidebitur, si autem indicet, non ita. Quæ sunt pretiosissima,  
ea minimo uenire, et contraria. Nam statuam tribus mili-  
bus emi, farinæ uero chœnicæ duobus æreis. Ei qui se eme-  
rat Xenia dixit, uide, ut quod præcipitur facias, dicen-  
te illo,

Ἄνω παταμῶν ἵερῶν χωρεῖτι παγάκι.      hoc est,  
Sursum sacrorum fluminum fluunt fontes.

At si medicum, ait, eger emisses, non illi obtuperasse,  
sed dices aea ποταμῶν; nollebat quispiā apud eum phi-  
losophari, cui ille \*pernā dedit, ac sequi se iussit. Vt autē  
ille prae uerecūdia abiecto quod ferebat abscessit, post di-  
quātulum occurrentis illi ridens ait, Tuam & meam am-  
icitiam pernadiſsoluit. Enim uero Diocles eam rem ita de-  
scribit. Dixrat illi quidam, imp̄ra nobis Diogenes. At il-  
le abducto casci frustum strendum dedit. Illo renuentis,  
meam, inquit, ac tuam amicitiam modicum casci dissoluit.  
Intuitus aliquando puerum concava bibentem manu, co-  
tylā pera productam abiecit dices, puer ne uilitate supe-  
ravit. Proiecit & catinum eodem studio, cū uidisset pu-

\* *whm tō rum uisculo fracto, \* concavo pane lenticulam suscipiens  
quāpius. tem. Ratiocinabatur autem in hunc modum : Omnia deorum sunt. Dijs autem amici sapientes sunt. Sunt autē amicorum cuncta communia, omnia igitur sapientum sunt. Inspecterat mulierem in honestius dijs procidentem, ejus superstitionem auferre uolens, ut Zoilus Pergaeus ait, accurrit dicens, Non uerteris mulier ne forte stante post tergum dco, cuncta enim plena ipso sunt, in honeste te habebas? Asclepio percussorem sacrauit, qui procumbentes in faciem accurrens contereret. Solebat enim dicere imprecationes tragicas sibi occurrisse, esse enim sine domo,*

sine ciuitate, priuatum patriu, pauperem, palantem, uitum  
 in dies habentem. Aiebat se obijcere fortunæ quidem con-  
 fidentiam, naturam legi, perturbationi rationem. Ad so-  
lem sedenti in Craneo sibi assistens Alexander ait, pete &  
me quod uis: at ille inquit, noli \* mihi umbram facere, Le-  
gerat quidem diutissime, cumq; ad finem libri nihil ultra <sup>\* à xxviii</sup> <sub>pro</sub>  
scriptum esse ostenderet, bono, inquit, este animo uiri, ter-  
ram intucor. Ratiocinanti cuidam & concludenti illum  
habere cornua, manu frontem palpans, euidem, inquit,  
illa non uideo. Itidem & dicente sibi quodam non esse  
motum, exurgens ambulabit. Ad eum qui de cœlestibus  
disserebat, quando, inquit, de celo uenisti? Spadone quo-  
dam scelerato domui suæ inscribente, nihil ingrediatur  
mali: dominus, ait, domus quoniam ingredietur? Vnguen-  
to inungens pedes dixit, a capite quidem in aërem ascen-  
dere unguentum, sed a pedibus in olfactum. Rogantibus  
Atheniensibus, ut initiaretur, atq; dicentibus, quod apud  
inferos hi qui iniciati sunt præsident, Perridiculum est,  
inquit, si quidem Agesilau & Epaminundas in cœno de-  
gent, uiles autem quiq; iniciati in beatorum insulis crunt.  
Muribus ad ipsius mensam subrepentibus, ecce, inquit,  
& Diogenes parasitos nutrit. Platone canem ipsum ap-  
pellante, sane, inquit, nam equidem ad uenitores remed-ui. E' balneis exiens percontanti an multi homines lau-  
rent, negauit. At roganti num turba multa, confessus est.  
Platone item diffiniente, Homo est animal bipes sine pen-  
nis, cum placret ista eius diffinitio, nudatum penoris ac  
pluma gallum gallinaceum, in eius inuexit scholam dicēs;  
Hic Platonis homo est, unde adiectum est diffinitioni, \* la-  
tis unguibus. Interroganti quam hora prandere oper-  
tet, si diues, inquit, est, quando uult, si pauper, cum potest.  
A pud.

Apud Megarenses intuitus oves pellibus testis, illorū au-  
 tem filios nudos, ait, præstat Megarensis arietē esse quam  
 filium. Ad eum quis se trabe cōcūserat, ac postea dicebat,  
 canēnum, inquit, iterum me scrire uis? Aiebat oratores  
 quidem plebis ministros, coronas autem gloriae bullat.  
 Lucernam interdiu accendens, hominē aiebat quero. Sta-  
 bat aliquido manantibus perfusus undis, his uero qui cir-  
 cunstabant illum miserantibus, Plato, nam et is aderat, si  
 uultis, inquit, illum miserari, abite, gloriae illius cupiditate  
 significans. Colaphū à quopiam accipiens, Hercle, ait, ne-  
 sciebam me galea armato capite ambulare. Midia quoque  
 ipsum colaphis cædente ac dicente, tria milia tibi in men-  
 sa posita sunt, postridie sumpto pugilum cestu, ea sōq; sese  
 illi dixit, tria milia tibi in mensa sunt posita. Lysia phar-  
 macopola sciscitante, an deos esse crederet, Quomodo, in-  
 quirit, non credo qui te dijs inimicum puto? Alij I heodorū  
 hoc dixisse ferūt. Quendam intuitus se undis spargentem,  
 ait: O infelix an ignoras quoniam ut in grammatica erra-  
 tis aspersus non absolveris, ita nec uitæ criminibus euader  
 liber? Culpabat maximè si qui fortunam causarentur, di-  
 cens homines quæ sibi bona uiacentur, non quæ re uera  
 bona essent postulare. Eis uero qui terrentur ad somnia  
 dicebat, ea quidem quæ uigilantes agitis, non inoramini,  
 quæ uero dormientes imaginamini, ea curiosè disquiritis.  
 In Olympia pronunciante præcone, Dioxippus uiros ui-  
 cit, Hic, ait, mancipia, sed ego uiros. Amabatur autem et  
 ab Atheniensibus. Nam adolescenti, cum dolium illius con-  
 triuisset, plagas intulerunt, illiq; aliud dederunt. Refit  
 Dionysius Stoicus, illum post Cheroniā deprehensum ab-  
 ductum esse ad Philippum, a quo, quid esset, interrogatus,  
 explorator, inquit, insatiabilis auditalis tuæ. Ex quo ad-

mirationi habitus, liber dimissus est. Miserrat aliquando Alexander epistolam Athenas ad Antipatru per Athliam quendam cum adesset Diogenes, Athlius, inquit, per Athlium ad Athlium. Perdica comminante nisi ad se ueniret, illum se occisurum, nibil, inquit, magni facies. Nam et cantharus et phalangium id facerent. Illud autem non dubitabat contra minari ac dicere, quod si et absq; se uiueret, feliciter uicturus esset. Claimabat autem saepius hominum uitam facile a diis dari, uerum occultari illam querentibus \* mul- \* multaque sum, ungueta, et his similia. Vnde et ei qui a famulo calciabatur, nondum, ait, beatu es, nisi te etiam absterget: hoc autem erit, si mancus fueris. Cum uidisset aliquando magistratus qui iopœuus uoces dicebantur, quedam ex arario phialam suratum adducentes, magni, inquit, fires paruum ducunt. Intuens aliquando adolescentem lapides in cruem iacentem, euge, inquit, scopo potieris. Circumstantibus se adolescentibus, atq; dicentibus, cauebimus, ne mordet nos, bono, inquit, estote animo filioli, canis betis non uescitur. Glorianti cuidam quod leonis pelle tegetur, desine, inquit, uirtutis stramenta pudefacere. Beatus dicebat Callisthenes, quod magnificis ab Alexandro apparatus exciperetur: at ille, infelix, inquit, est, quod prandeat ac coenat cum Alexandro uidetur. Cum pecunijs egeret, eas se ab amicis repetere non petere dicebat. Quandoque in foro manibus operans, utinam diebat, licet sic perficato uentre non e surire. Adolescentem intuitus cum satrapis ad coenam abeuntem, abductum ad suos reuocauit, obseruariq; iussit. Composito adolescenti quippiam roganti non prius se affirmauit responsum, quam aperte exploraret, uir ne esset an mulier. \* Plaudenti lasciuus \* ueritatis in balneo adolescenti, quanto, inquit, melius, tanto dete- rius

rius inter cœnandum ossa illi quidam ut canis tabant,  
 at ille proprius accedens permungebat ut canis. Oratores  
 atque omnes in dicendo gloriam querentes, ter homines,  
 pro eo quod est ter inflices appellabat. Dixit enim indocti  
 priuatum. ouem \* aureo uellere dicebat. Cum uidisset prodigi cuius-  
 dam domui inscriptum, uenalis sciebam, inquit, quod pre-  
 nimita crapula facile dominum euinceres. Causanti ado-  
 lescenti perturbantim se multitudinem, desiste, inquit,  
 et tu perturbationis indicia proferre. Ingressus sordi-  
 dum balneum, qui hic se lauant, ait, ubi lauantur? Cum  
 rudem pingueumq; citharœdum omnes causarentur, solus  
 ipse laudabat. Rogatus quãobrem, ait, quod talis cum sit,  
 cithara se, nō latrocinijs exerceret. Citharœdum qui sem-  
 per ab auditoribus deserebatur, ita salutabat. Salve galle.  
 Illo autem dicente, cur ita, quia, inquit, canens omnes ex-  
 citas. Cum adolescentem plurimi inspiccerent, ille \* sinum  
 lupinis compleus se incurvabat. Multitudine in eum con-  
 uersa, mirari se dixit quomodo illo diuiso se intuerentur.  
 Dicente quodam uehementer supercilioso, uno istu caput  
 sibi perfringam, at ego, inquit, a sinistris adstante te tremere  
 faciam. Hec gesta se deprecante, ut sibi librorum aliquid  
 exponeret, stultus, inquit, es Hegesia, qui carica quidem  
 nō scriptas eligis, sed uera: uera autem exercitatione ne-  
 glecta te ad scriptam consers: Bi qui sibi exilium expro-  
 brabat, at buius, inquit, miser causa, philosophatus sum.  
 Alio rursus dicente, Sinopei te exilijs condemnat, et ego  
 illos, inquit, mansione. Intuitus aliquando Olympionicem  
 oues pascentem, quam citò, inquit, o præclare, ab Olym-  
 pijs ad \* Nemea te contulisti. Rogatus cuius rei gratia  
 athlete nibil sentiunt, quia, inquit, nullis ac bubulis carni-  
 bus extrusis sunt. Petebat aliquando statuam, regatus cur  
 hoc

hoc saceret, ut me, inquit, nō potiri assuefaciā. Cū postularet quēpiam, quippe & hoc primum propter inopiam, dicebat, si quidē & alijs dedisti, nūhi da, si uero nemini, à me incipe. Interrogatus aliquando à tyranno cuiusmodi erat prestaret statuā sculpere, quo, inquit, Harmodius & Aristogiton fūsi sunt. Rogatus quomodo Dionysius amicis ueteretur, ut\* uasculis, ait, dum plena sunt suspendit. <sup>\*kōvādōs.</sup>  
 abīscit uacua. Inscripterat quidā domui suæ, uxore nupc<sup>o</sup>  
 dūta, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, nihil  
 ingrediatur mali, inscriptis ipse, post bellū auxiliū. Capit  
 arcem omnium malorum dixit. Prodigum quendam  
 intitulit oleas in diuersorio edentem, si sic prandisses, ait,  
 non ita coenares. Bonos uiros imagines deorum esse. Amo-  
 rem uacantium occupationem. Rogatus quid nam c̄bet in  
 uia miserrī, senex ait, egenus. Quæ nā perniciēs mor-  
 deret bellua, ex feris, inquit, obtredator, ex cicuribus au-  
 tem adulator. Intuitus aliquando Centuropos duos pessimè  
 pictos, ait, uter horum<sup>\*</sup> deterior est? Sermonem ad gratiā <sup>\*χάριτα</sup>  
 instructum mellēū esse laqueum dixit. Ventrem uitæ Cha-  
 rytbdim appellabat. Audiēs Didymonē mētachum fuisse cō-  
 prchēsum, dignus est, inquit, ex ipso nomine suspendi. Ro-  
 gatus cur pallens c̄bet aurum, quia, inquit, multos habet  
 insidiatores. Mulierē in lectica intuens non secundū ferā  
 ait esse caueam. Fugitiuum scruum ad puteum sedentem  
 cum uidisset, eae, inquit, adolescens, ne excidas. Cernens  
 uestimentorum forem in balneis, num, inquit, \* ad unguen-  
 talum, an uero ad aliud uestimentum? Cū uidisset aliquan-  
 do mulieres ex oline arbore pendere suffocatas, ut inan,  
 inquit, arbores cæteræ fructum huiusmodi tulissent. In-  
 intuitus sepulcrorum uolatorem, ait,  
 Tūc sūde uale p̄ege,

\* ιτ' ἀληφί-  
 τηρ, ιτ' ἀ-  
 λειψτηρ.

\* νωνειτηρ.

Ἡ τινὲς συλλόσωρ γενέσαρ κατάστιθειώτωρ; hoc est,  
- Sed hic quid uir bone queris?

An aliquam ē uita functis spoliare laborat?

Rogatus num seruulum aut ancillam haberet, negauit,  
dicenti si ergo mortem obiceris, quis nam te ad sepulcrum  
efficeret? qui domo, inquit, indiget. Cum animaduertaret for-  
mosum adolescentem incustodite ob dormientem, manu  
pungens, surge, inquit,

Mήτις τοι εὖ θεοί μεταφέρεις ἐν πλόῳ πάξη. hoc est,

Ne quis te à tergo stertentem cuspide figat.

Ad eum qui preciosa parabat obsonia,

Ωκεανοὶ δίαιοι τίνοι ἔστεγον.

Nate nūbi haud longe uis eris.

Platone de ideis differente & nomināte mensalitatem ex  
cyathitatē, E quidē, inquit, ὁ Plato mensam ex cyathū ui-  
tū p̄p̄p̄jīt̄ta dco, \*mensalitatem uero, & cyathitatē non uideo. Et ille,  
realitatis recte, inquit, quibus enim cyathus mensaq; cōspicitur oculi  
los habes, quo autē mensalitas & cyathitas intelligitur,  
animum nō habes. Interrogati cuidam qualis sibi uidere-  
tur Socrates, furēs respondit. Rogatus à quodā quo tē po-  
re ducēda sit uxor, iuuenibus, inquit, nondū, senibus uero  
nūquām. Interrogatus quid nam uellet, ut colaphum acci-  
peret, galea, inquit. Adolescentē intuens se cōponentem,

si quidē, inquit, ad uiros, \*frustra, si autem ad mulieres,  
nequiter. Videns adolescentulam rubore perfusum, confi-  
de, ait, fili, huiusmodi est uirtutis colos. Cū duos aliquido  
audisset legisperitos, ambos damnauit, dicens alterū qui-  
dem furatum esse, alterum uero non perisse. Rogatus cu-  
m̄ modi uinum libentius biberet, alienū inquit. Dicente si  
bi quodam, plures te irrident, at ego, inquit, non irrideor.  
Dicenti malum esse uiuere, nō, inquit, uiuere malū est, sed  
male

male uiuere. Consulentibus ut fugitiuum quæreret scruum, ridiculum, inquit, est, si Manes absq; Diogene uiuat, Diogenes absq; Mane non poscit. Prandebat oleas, inuenitam uero inter prandendum placentam proiecit dicens:

Ἐὰν τυγάρροις ἐντοδῷπερ νοθίσασθε. Ο,

Ἄλλοτε μάρτισθε δὲ ἡλάση, hoc est,

Longè à tyrannis temet hospes auferas. Ο,

Nunc celeres agitabat equos.

Rogatus qualis esset canis, esuriens, inquit, Melitaeus, satiatus uero Molossicus. Quosdam permulti laudant, neque tamen ob laborem audent cum eis una ad uenationem egredi, ita ne mihi quidem ob dolorum metum congredi atque una uiuere potestis. Rogatus an sapientes placentis uescerentur, omnibus, inquit, sicut et homines ceteri. Interrogatus cur mendicis largirentur homines, non autem philosophis, quia claudi, inquit, ac ceci fieri potius quam philosophos euadere sperant. Poscebat quiddam ab auro, atq; illo tergiuersante, \*ad cibum, inquit, homo te postulo, non ad sepulcrum. Exprobranti quod aliquando falso pecuniam signasset, tempus, inquit, fuit cum talis eram, qualis tu modo, qualis autem ego modo sum, nuquam tu eris. Alteri sibi idem exprobranti, atqui, inquit, emingebam tum celerius, modo non ita. Myndum profectus cum uideret magnificas portas, et urbem modicam, uiri, inquit, Myndij portas claudite, ne urbs uestra egrediatur. Cum uidisset aliquando hominem in purpureo furto deprehensus,

Ἐλλαβε inquit te πορφύρος θάρατος καὶ μοῖρα οὐαταγή. i.

Purpureum cepit fatum, uiolentiq; pateat.

Cratero precante ut ad se ille proficiat, at malo, inquit, sal Athenis lingere, quam apud Craterum frui magnifice instructa mensa. Anaximenes conueniens pingui

q aqua

\* ἀ τρόπῳ δι  
εἰ ταρπῆ.

aequaliculo rhetorem, in partire, inquit, et nobis pauperibus uentrem, quippe et ipse ab onere leuaberis, et nobis  
 emolumento eris. Differente illo aliquando\* pernam pretendeus auditores in se conuerit. Indignante illo, differentiationem, inquit, Anaximenes oboli pretium dissoluit. Cum illi probro daretur, quod in foro manducaret, in foro enim, ait, esurio. Quidam et illud huius esse aiunt, quod intulit illum Plato lauantem olera, accedens tacite illi dixerit, si Dionysio obsecutus esses, olera profecto non lauisser: illumq; ad aurum item respondisse, Et si lauares olera, Dionysio non esses obsequutus. Dicenti cuidam, multi te irrident, et illos, inquit, fert e' asini. Scd non illi asinos curant, neque ego illor, respondit. Conspicto adolescentulo phileophante, cia, inquit, amatores corporis ad anima pulchritudinem traducis. Admirante quodam ea que in Samothra cia sunt donaria, longe, ait, plura essent, si et qui scrupuli non sunt, ea dedicassent. Alij Diagore Medo hoc aspergunt. Formoso adolescenti ad coniuilum eunti, detinor, inquit, remeabis. Illo redeunte et postridie sibi dicente, et abij, et deterior effectus non sum, deterior inquit. Postulabat ab Eurytio difficile quiddam, illo diceste, si mihi persuaseris, equidem, inquit, si persuader possum, suassimati te suffocares. Reuertebatur ex Lacedaemonie Athenas, interrogabatur quo et unde ueniret, A' uiris, inquit, ad mulieres. Rediens ab Olympiis cum rogaretur, an multa ibi turbas fuerit, turba, inquit, multa, sed bonunes pauci. Luxuriosos dicebat similes sicubus que per precipitia nascuntur, quarum fructus homo non gustat, corui autem et vultures comedunt. Phryne scortum Venerem auream Delphibus obtulit, quam ille ita inscripsit: Ex Gracorum intemperantia. Alexandro quoque illi assistente et dicente, Ego sum Ale-

xander magnus ille rex, at ego, inquit, Diogenes canis.  
 Rogatus quidnam facies canis vocaretur, quod eis, inquit,  
 blandior qui dant, in eos uero qui non dant oblatro, ma-  
 los autem mordeo. Ex siccis quadam pomis legebat, \*custode <sup>\*αυτοφρι.</sup>  
 dicente, huic ante paucos dies homo suspensus est, ego, in-  
 quid, illam purgabo. Olympionicien intuens in scortum fre-  
 quenter intendentem, Ecce, inquit, ut eris Martinus a puer  
 la vulgari per collum captus abducitur. Formosa scorta le-  
 tali malso non dissimilia dicebat. Prudenti in platea qui  
 circumstabat identidem acclamabant, canis. At ille uos, ait,  
 canes estis, qui prudentem circumstatis. Cum duo molles se  
 ab eo subducent, nolite, inquit, uiceri, canis betas non co-  
 medit. De pueri stuprato cuius esset rogatus, Tegeates in-  
 quid. Cum uidisset ignauum luctatorum medicinam profitentem,  
 quid hoc, inquit, num et eos qui te aliquando uicerunt, nunc  
 ipse deicias? Cum scorti filium in turbas iastanter Lepides  
 cerneret, caue, ait, ne patrem serias. Puer ostentanti fibi  
 gladium quem ab amatore accepereat, gladius, inquit, pul-  
 cber est, sed capulus fœdus. Laudantibus quibusdam cum  
 qui illi erogauerat, me autem, inquit, non laudatis qui acci-  
 pere merui? Cum à quodam pallium exigeretur, si quid ait,  
 donasti habeo, si autem egisti, utor. Suppositio quodam  
 dicente, aurum habet in pallio, ita sane, inquit, idcirco illo  
 supposito obdormio. Rogatus quid ex philosophia lucra-  
 tus fuisset: et si nihil aliud, inquit, uel hoc ipsum quod ad  
 omnem fortunam paratus sum. Interrogatus unde esset,  
 \*mundanus ait. Sacrificantibus quibusdam ut filium a diis  
 impetrarecunt, ut, inquit, bonum impetratis non immolatis.  
 Cum stipem aliquando posceret <sup>\*μεριωνη</sup> agrotanti, ait <sup>TAN.</sup>  
<sup>\*δεῖτε τὸ γα</sup> <sup>παχύν.</sup>

Tes μὲν ἀλλοι οὐάγοντες ἄνδρας Ἡέτορος οἰχοσ χαῖρας. i.

Tu reliquos spolia sed ab Hectore contine dextram.

Scorsa dicebat regum esse reginas, petere enim quodcumq;  
eis uideretur. Atheniensibus Alexandrum Liberum patre  
decernentibus, & me, inquit, Seraphin facite. Exprobran-  
ti quod loca imunda introiret, & sol, inquit, in secessu  
abit, neq; inquinatur. In fano coenans inter panes scendi-  
dos appositos, sublatos abiecit dicens, in sacrū nihil oper-  
tere sor didum ingredi. Dicente quodā, cur nihil sciens phi-  
losopharetur, & si, inquit, philosophiam simulo, hoc ipsum  
philosophari est. Laudabatur puer ad illum adductus, quod  
ingenio excelleret, essetq; optimis moribus, quid ergo, in-  
quit, me indiget? Qui recta dicerent nec facerent, eos cy-  
tharæ similes aiebat, hanc enim nihil audire, neq; sentire.  
Theatrum ingrediebatur ex aduerso excuntium. Rogauit  
cur ita faceret, hoc, ait, in omni uita facere studio. Videns  
aliquando adolescentulum effeminari, non pudet, ait, de-  
terius, quam naturam ipsam, de teipso statuere? Illa enim  
te virum fecit, tu te cogis mulierem fieri. Intervis quendam  
parum cordatum aptare psalterium, non erubescit, inquit,  
qui sonos ligno aptes, animū ad uitam non componat! Di-  
centi quidam, idoneus ad philosophiā non sum, quid ergo,  
inquit, uiris, si ut bene uiuas nulla tibi cura est? Contemne  
te quodam patrem, non pudet, ait, cum contemnere, qui tibi  
ut magnum sapias est autor? Videns decorum adolescen-  
tem indecorē loquentem, non erubescit, ait, ex eburnea na-  
gina plumbeum educens gladium? Cū illi probro dare-  
tur, quod in cauponā biberet, & in tonstrina tondeor, in-  
quit. Vitio uertebatur illi quod ab Antipatro accepisset  
palliolum, tum ille inquit:

Illiad. 7.

Οὐτοὶ ἀπόβλητα ἵστι θεῶν δρικυδίας λόρα. hoc est,

Rei scienda deūm non sunt insignia dona.

Cū illi quidam trahem impegisset, ac dicaret, cane, uirga  
iūrum

Item cedens ait, caue. Supplicante quodā meretrici, quid,  
ait, nū miser, ab illa cūm prestet fruſtraris. Vnguentis de <sup>Xvndia dura</sup>  
libato uide, ait, ne<sup>\*</sup> fragrantia capitis fætorem uitæ prae-  
fiet. Scruos quidem dominis, malos autem cupiditatibus ser-  
uire dicebat. Rogatus cur mancipia ἀνθράποδα sint appellata,  
quia pedes, inquit, habent uirorum, animum autem  
quem tu tunc habes qui hoc interrogas. A prodigo pete-  
bat minam, à quo cūm rogaretur cur ab alijs obolum, ab se  
peteret minam, quia, inquit, ab alijs omnibus denuo me ac-  
cepturus sp̄ero, abs te uero an rursus accepturus sim, θεῶν  
λγόντας οὐταν, hoc est, In genib⁹ diuīum positum est.  
Cum probro daretur, quod Platone non petente ipse pe-  
teret, et ille, inquit, petit.

Ἄγχι σχέψη κεφαλὴν ἵνα μὴ πενθαδὸν ἀλλα. hoc est,  
Sed caput admouens, reliqui ne forte reſciscant.

Sagittarium intuitus imperitum iuxta scopum consedit di-  
cens, ne forte me feriat. Eos qui ad uoluptatem aspicerent  
fili ac fruſtrari dixit. Interrogatus an mala eſſet mors,  
quonam, inquit, modo mala, quam preſentē non ſentimus?  
Alexandro ſtante atque interrogante num me times? Quid  
enim, inquit, es, bonum, an malum? dicente bonū, quis ergo,  
dit, bonū timet? Disciplinam iuuenibus quidem sobrietatē,  
ſenioribus ſolatiū, pauperibus diuitiās, diuitiibus orna-  
tum eſſe dixit. Didymoni mœcho cur anti aliquando puel-  
le oculum, uide, inquit, ne uirginis oculum curans, puellam  
corrumpas. Dicente quodam amicos illi insidiari, et quid,  
ait, agere oportet, ſi amicis et inimicis æque utendum erit?  
Rogatus quid eſſet inter homines optimum, libertas, in-  
quit. Ingressus aliquando ſcholam cūm uideret musas mul-  
tas, paucosque; discipulos, cum dijs, inquit, preceptor mul-  
tos habes discipulos. Solebat autem omnia palam facere,

Et que ad Cererem et que ad Venerem pertinent, atque  
 iusmodi conclusiunculis utebatur: Si prandere nibil malum  
 est, neque in foro prandere malum est. Non est autem malum  
 prandere, nec in foro quidem prandere malum est. Cumque en-  
 te ora omnium obuiuscemper operaretur, utinam licet, siebat,  
 perfricato uentre a fane conquiescere. Referuntur in eum  
 et alia, que cum sint multa, prolixum esset et omnia pro-  
 sequi. Dicebat autem duplēcēm esse exercitationem, alterā  
 esse animi, alterā corporis. hanc secundum quam in exerci-  
 tio perpetua quae sunt imaginationes praestant ad uirtu-  
 tis opera quedam adminicula. Porro alterā sine alterā esse  
 imperfēctam, nihilominus bona habitudine et robore inter-  
 ea que competit ad numerato, quippe que ueluti circa  
 corpus, ita et circa animam sint. Adiecebatque argumenta,  
 quod ad uirtutē facile exercitio proficiatur. Cernere enim  
 se in artibus mechanicis et alijs opifices ex consuetudine  
 operis non minimā\* operandi celeritatem fuisse consecutor.  
 Athletas item et tibicines inter se et minere tanto inter-  
 uallo, quanto maiore studio et labore uersati fuerunt. Atque  
 si quidem ita isti exercitationē ad antīnum transtulissent, ne  
 quaquam iniūtūliter aut imperfectē laborarent. Nihil dece-  
 bat in uita omnino absque exercitatione perfici, eam uero  
 omnia exuperare posse. Cum igitur repudiatis inutilibus  
 laboribus naturales insegni, ac uiuere beatē debeamus,  
 per summatā dementiā infelices sumus. Namque ipsius quoque  
 contemptus uoluptatis si nos assuefecrimus incundimimus  
 fit. Et sicut hi qui consuecrunt uoluptuosē uiuere, moleste  
 inde se auelli patiuntur, ita qui aliter exercitati sunt, faci-  
 limē ipsas contēnunt uoluptates. T'alia docebat atque etiam  
 uenire ipsa præstabat, monetas reuera adulterans, quod  
 nihil minus naturalibus, quam legitimis deferret, eandem

mitè formam, quam Hercules, se unire affirmans nihil liberati preferens, omniaq; sapientum esse dicus, eiusmodi rationibus, quas supra allegauimus usus, Omnia, inquiens, deorum sunt. Amici autem sunt sapientibus dīj. Sunt autem amicorum omnia communia, omnia igitur sapientum sunt. Ac de lege, quod sine ipsa geri resp. non possit. Nam sine civitate nihil conferre quod urbanum est, urbs uero ciuitas est, lex uero absq; ciuitate ad nihilum utilis, est igitur urbana lex. Nobilitatem uero & gloriam, & buiusmodi cetera ridebat, dicens malicie esse uelamenta. Solam rectam esse rem pub. quae esset habenda in honore. Dicebat & mulieres communes esse oportere, nuptias nihil esse arbitratuſ, sed ut quisq; cuiq; persuasisset, ita illi coiret, communesq; idcirco filios fieri. Nihil esse iniquū duxit ex templō quippiam accipere, aut quodvis gustare animal, ne iniustum quidem esse humanae uestiū carnibus, idq; ex aliorum gentium consuetudine liquere, atq; hac recta ratione omnia in omnibus & per omnia esse dicens. Namq; & in pane carnes esse, & in olere panem, cum panis & corpora reliqua, in omnibus per occultos quosdam meatus ac tumores ingeantur, atq; una cuaparent, sicut & in Thycide manifestum est, siquidē ipsius sunt tragœdie, & non Philisci Aeginitæ ipsius familiaris, sive Pasiphontis Luciani, quem scribit Phanorinus in omnimoda historia post obitum eius scripsisse. Musicæ uero, & geometria, & astrologie, ceterorumq; similiū fuisse negligente, ueluti inutili & quæ minime essent necessaria. Fuit autē prop̄tiissimus ad obuiandum ijs, quæ dicerentur, ut ex superioribus liquet. Quin & sui auctionē fortissime pertulit. Nā cūm in Aeginā nauigaret, atq; à piratis fuisset cōprehensus quorū princeps erat Scirpalus, in Cretā deductus, uenditus esset, præcone inter-

rogāte, quid scire et facere, respōdit, scire se hominibus domi nari. Vnde quū indicasset digito Corinthiū quendā, habuit ingenuo prætereuntem Xeniadēm quem prædiximus, huic, inquit, me uende, hic enim domino indiget. Emit igitur illum Xeniades, Corinthumq; secum adducens filijs preceptorē dedit, et toti domui p̄ficit. Is uero ita se gesit in omnibus, ut sursum ac deorsum cursitans ille dicaret, bonus genius domum meā ingressus est. Resert Cleomenes in libro qui pædagogus inscribitur, necessarios suos illum redimere uoluisse, illum uero eos fatuos dixisse. Neq; enim leones seruos esse nutrientium, sed econuerso illos seruire leonibus. Nam serui timere est, seras uero hominibus terrori esse. Ex at autem uiro mirabilis persuadendi uis, adeo ut quemlibet oratione facile caperet. Fertur deniq; Onesicratuſ quidam Aeginensis Athenas misisse, alterum ex duobus liberis suis, Androsthenem nomine, cumq; cum quadisset Diogenem, illuc perstitisse, misisse itidem quem prædiximus Philiscum, qui erat maior natu, ipsumq; itidem detentum fuisse. Postremo uero ipsum aduenisse, atq; una cum filijs philosophatum esse, tanta Diogenis sermonibus suauitas inerat. Audivit ipsum et Phocion, qui eognomatus est Bonus, et Stilpo Megarensis, et complures alij ciailes uiri. Fertur nonaginta ferme annorum obisse diem. Porro de ipsius morte uaria habetur opinio. Sunt enim qui dicant illum cum bouis pedem crudum comedisset, billem sibi consciuisse, atq; ita perisse, ex quibus est Cercidas Megalopolita siue Cretensis in Meliambis sic:

Οὐ μάρτι πάγες γέ τοῖς Σιρωπόλεσ τύρος  
Ο βακτοφόρος διπλούμενος, αὐθεύθυνος  
· ἀλλ' ἀνίβα, χαιλός τοτ' ὀδόγραστηράσ  
· Καὶ τὸ πνήμα σινδακώρ, ἦμ φάλαθιας

Διογένες ταῦτα γένεται σπάνιός τε κύρων.      hoc est,  
Non enim patitur priscus ille Sinopeus  
Baculifer ille, & duplicatus, sub diuo pastus.

Tandem qui sublatus est, cum labris dentes affirmasset,  
Et spiritum continuisset, erat enim uerè  
Diogenes Iouis filius, & celestis canis.

Alij dicunt cùm polypum canibus partiri uoluisse, morsum  
in cruris\* nervo, ac ex eo defunctum esse. Ipsius tamē necesse  
farij, ut in successionibus ait Antiphene's, id potius appro-  
bant, quod spiritum continendo animam exhalauerit. Dege-  
bat enim in Crano, id erat gymnasium ante Corinthum.  
Cum uero ex more familiares adiissent, pallioq; obuolutum  
deprehenderent, non illum dormire arbitrati, erat quippe  
minime somnolentus, reuelato pallio animam efflasse inuenie-  
runt, suspicatiq; sunt illum hoc fecisse desiderio migrandi  
ex uita. Hinc inter eos qui cum sepelirent oborta seditio, ut  
ferre ad manus uentum sit. Aduentibus autem patribus il-  
lorum atq; primatibus ita sedata discordia, sepultū esse iu-  
xi portam que in Isthmum fert. Erigentes autem super il-  
lius tumulum columnam, canem desuper ex lapide Pario  
sculpserunt. Postea & ipsius ciues æreis illum statuis hono-  
rarunt, ita inscribentes:

Γεράσης καὶ χαλκὸς ὅποιος κρέβε. ἀλλὰ σὸν οὐτι

Κῦδος ὁ πᾶς διῶρ Διογένες καθελεῖ.

Μῆνος ἵπποι βιοῖς αὐλάρκα θέξαρις θείας

Οὐαῖος, καὶ φωνὴς οἰμος ἐλαφρότελος.      hoc est,

Aera quidem absumit tempus, sed tempore nunquam

Interitur a tua est gloria Diogenes.

Quandoquidem ad uitam miseris mortalibus æquam

Monstrata est facilis te duce, & ampla uia.

Est item de eo tale epigramma carmine proæleumatico:

Διόγειος αὐτεῖ, λέγει, τίς ἔλαβε σι μόρος .

Ἐστὶ αἴδος, ἔλαβε με κανὼς ἀγριοψ οὐδὲτεξ. hoc est,

Diogenes age loquere, quis exitus ad insitros

Te abstulit, abstulit' ne canis morsus serox;

Aiunt quidam illum dum moreretur mandasse insepultum  
projici cadaver, ut omnes bestiae participes ipsum essent si-  
ne in foveam superiecto modico puluere iniicerent. Alij au-  
tem in Elissum se immitti voluisse tradunt, ut esset fratribus  
utilis. Demetrius autem in aequinoctio ait eadem die Alexan-  
drum Babylonie, Diogenemq; Corinthi uita funebre esse.  
Erat autem senex Olympiade c x 111. Feruntur eius ista no-  
lumina : Dialogi capitū. Ichthyas, graculus, pardus, plebs  
Atheniensium, Res publica, ars moralis, de dimitijs, Amato-  
rium, Theodorus, Hypsias, Aristarchus, de morte, Epistole,  
Tragedie septem, Helena, Thyestes, Hercules, Achilles,  
Medea, Chrysippus, Oedipus. Porro Socrates in primo suc-  
cessionum, & Satyrus in quarto de uitis, nihil eorum esse  
Diogenis affirmant. Tragœdiolas autem ait Satyrus Phi-  
lisci Arginensis esse, Diogenis discipuli. Sotion autem in se-  
ptimo hac sola Diogenis esse ait, de uirtute, de bono, amato-  
rium, nuen dicum, τολμαιη, pardum, Cassandra, Ce-  
phalionem, Philiscum Aristarchum, Sisyphum, Ganyme-  
dem, de usu epistolae. Fuerunt autem quinq; Diogenes. Pri-  
mus Apolloniates physicus. Eius autem scriptorum istud  
initium fuit, Quicquid est quod dicere aggredior, opere-  
preium esse uidetur initium irrefragabile ponere. Secun-  
dus Sicyonius qui Peloponnesiaca scripsit. Tertius hic ipse.  
Quartus Stoicus ex Selencia, appellatus est autem Baby-  
lonius ob uincitatem. Quintus Tarsensis, qui de questioni-  
bus poëticis scripsit, quas etiam soluere nititur. Hunc uero  
philosophum Athenodorus in quinto de ambulationum ait,

quid.

*quod ungi solitus esset, lucidum scippe apparet.*

MONIMVS SYRACUSANVS.

**M**onimus Syracusanus Diogenis quidem discipulus, famulus uero mensarij cuiusdam Corinthij fuit, ut Socrates tradit. Ad eum Xeniades qui Diogenem emerat, frequens communicabat, uirtutem hominis, atque in dicendo uim admiratus, Monimum in sui pellexit amorem. Ille enim continuè simulata uesania abiecere monetum, omnemque mensam pecuniam cepit, donec a domino repudiatus continuò se ad Diogenem contulit. Adhuc autem et Crati Cynico sepiu, ceterosque id genus studiosè consecutus. Qua ex re factum est, ut eum donum adhuc magis insaniare putarit. Fuit autem uir eloquens ac doctus, adeo ut Menander comicus ipius mentionem fecerit in quadam comoedia, que Hippoconius inscribitur, sic de eo dicens:

\*Xenias  
Cratis.

Μόνιμος τις ἦν ἄνθρωπος, ὁ φιλόσοφος,  
Ἄδοξότερος μικρῷ δὲ ὁ τὸν πέραν ἐχωρ.  
Πίκρας μὲν ἐπ τρῖ�ς. ἀλλὰ καὶ ἐπόρος βέματι  
Ἐφθέγξατ' ἀστέρι μυτερὲς, μάτι τὸν δίκαιον  
Τῷ γρῦπι σωθῆμ, καὶ τοῖς βουμένοις  
Τέτοις, ὃπλος δὲ τάντα δι προσαττῶν καὶ βυπῶν  
Τὸ γένεσιν τοῦτον τύφων εἶναι πᾶμ ἔφει. *hoc est,*  
Monimus fuit quidam sciens uir, o Philo.

Contemptior quidem, strenuus sed inanticam.

Tres ergo peras uerum similitudinis  
Verbo est loquuntur, tale per Iouem nihil  
Quale illud est, Te ipsum nosce, aut confinia.  
His uerbis, scurra prater haec et sordidius.  
Nam cuncta fastum dixit esse cetera.

Adeo uero gravis ac constans fuit, ut contenta gloria sola meritatem appeteret. Scripsit autem iudicra sententijs serijs

\*iōpūv. serijs permixta, de\*appetitionibus duo, & exhortatorium.  
ONESICRITS.

**O**Nesicritum quidam Aeginensem tradunt. Porro Demetrius Magnesius Aslypalensis fuisse ait, et hic ex Diogenis ludo probatissimus. Videtur autem quidam habere simile cum Xenophontc. Ille enim cum Cyro, hic cum Alexandro militauit. Ille Cyri παιδίαν, hic Alexandri scripsit initia. Ille Cyri, hic Alexandri prosecutur laudes. Est autem & stylus utriusq; similissimus, nisi quod apographus, & quod transcriptum est dissentit ab archetypo et exemplari. Fuit & Menander Diogenis discipulus cognomeno Drymus Homeri admirator, & Hegesaeus Sinopeus κλαῖς cognominatus, & Philiscus Aeginensis, ut prediximus.

## CRATES THEBANVS.

**C**rates Thebanus secundi filius, ipse quoq; inter sapientissimos Diogenis discipulos fuit. Ceterum Hippobatus non Diogenis ipsum fuisse discipulum ait, sed Brysonis Achivi. Huius ista sententia ludicra:

Πήρη τὸ πόδις ἐγένετο μέσω ἐνὶ οὐρώπῃ τύφῳ  
Καλλί καὶ πλέρα, περθῆσσος, ἀδίκηψε χυτα.  
Ἐισ ἡρὶ δικέτι εἰσαλεῖ ἀντὶ μωρός, παράστησος  
Οὔτε λίχνος πόρυν ἐπαγγελλόμενος πιγῆτι,  
Ἄλλα δὲ θύμορ καὶ σινόρδα φέρει, καὶ σῦνα καὶ αἴρει.  
Ἐξ ὧν δὲ τολεμεῖσι πρός ἀλλήλοις πόρι τέττωρ  
Οὐχ ὅπλα κέκτινται πόρι κέρματος, δὲ πόρι πλόξης. I.  
Est quædam nitidio constructa urbs mantica fastu,  
Pulchra quidem & pinguis, circumflua, rebus regena,  
Quam nullus parasitus adit, stolidus uie penetrat,  
Deditus aut quisquam damnosis ganeo scortis.  
Allia sed, panes, fucus, prostratiq; lupinos,

Nec pro gloriola capiunt aut sordibus arma.

Est & Ephemeris illa vulgatissima ita se habens: Ponito coquon minas decem, medico drachmam, assentatori talenta quinq; consiliario funum, meretrici talentum, philosopho triobolum. Vocabatur autem & θυρηπαροῖης, quod in oratione egredetur domum & corriperet. Sunt autem & eius hi hersus:

Τάῦτ' εἰχε δῶσ' ἐμαθόη καὶ ἐφρόντισα, Καὶ μῆλα μετωπή<sup>την</sup>  
Σεμψίδαλον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὅλα τοφες ἐμαρφέ.

Hoc est,

Tantum babeo quantum didici, quantumq; labore  
Percepi, & studio, rapuit sed cætera fastus.

Et quod illi ex philosophie studio accessisset,

Οἱρμωψ τιχοληξ, καὶ τὸ μηδεὸς μέληψ. hoc est,

Chœnix lupini, & cura nullius rei.

Fertur eius & illud: Amorem sedat fames, sin minus tempus, eis uero si uti non uales, laqueus. Floruit circa centesimam & decimam tertiam Olympiadem. Hunc ait Antisthenes in Successionibus, cum in tragedia quadam cernebat Telephum sportulam tenentem<sup>\*</sup> aliasq; opulentum ad cynicam philosophiam prorupisse, illumq; patrimonio uenitudo, erat quippe uir nobilis, cum congregasset plus quam ducenta talenta, ciuibus ea diuidisse, adeoq; constanter philosophatum esse ut & Philemon comicus ipsius mentionem facerit, ait nempe:

Καὶ τὸ δίφερον μὲν εἰχεψ ἴματιοψ δασὺ

Ἰψὶ χρηστὸς οὐ, τὸ δὲ χρυσῶν φάκος. hoc est,

Aestate erassum uestiebat pallium,

Sed hyeme pannum, ut temperans euaderet.

Refert autem Diocles persuasisse illi Diogenem ut peculium dimitteret, ac si quid pecuniae haberet, iactaret in m-

re,

re. Atq; Cratis quidem dominus illi ab Alexandro, Hipparchia uero à Philippo. Quosdam ex propinquis ad se uenientes, atq; auertere ab instituto molientes se per numero baculo persequebatur, constansq; perdurabat. Porro Demetrius Magnesius ait deposuisse illum pecuniam apud trapezitam ea conditione, ut si quidem filij idiote essent, eam illi redderet: sin autem philosophi, plebi distribueret, nihilo quippe egere philosophos. Erat ostibenes autem, cum ex Hipparchia, de qua dicimus, natus sibi esset filius Pasicles nomine, cum iam adultum ad ancillæ adduxisse domum ac dixisse, hoc ei paternum esse matrimonium. Ceterum mechanorum apud Tragicos exilia et caedes esse premium, eos uero qui scortis congrederentur apud Comicos ex luxu et ebrietate in insaniam uerti. Huius frater Pasicles fuit Euclidis discipulus. Eius facetum quiddam Phauorinus in secundo commentariorum refert. Ait enim cum pro quodam intercederet apud gymnasij principem, eius coxas tetigit. Illo indignante, quid enim, ait ille, non ne et i statua sunt sicut et genua? Dicebatq; possibile non esse inueniri qui lapsus non sit, sed ueluti in malo punico granum etiam aliquod putridum esse. Cum Nicodromum citharædum iritas set, cæsus in faciem est. Cartulam itaq; imponens fronti inscripsit, Nicodromus faciebat. Scorts ex industria insectabatur maledictis, una et scipsum exercens ad perserenda conuicia. Demetrio Phalereo qui panes ac uinum miserat, conuiciabatur dicens, utinam et fontes panes ferrent. Constat igitur aquam bibisse. Ab Atheniensibus ciuilis iuris petitum arguebatur quod sindone anaciretur, quibus ille, Theophrastum, inquit, ostendam uobis opertum sindone non credentibus, induxit illos in tonstrinam ubi ille tondebatur, ostenditq; lino coopertum. Cum Thebis à principe gymna

*Sij flagris caesus esset, sine ut alijs placet, Corinthi ab Euthyre  
erate, ac pede traheretur, ridebat, dicens:*

Ἐλκε πολὺς τέλαχός διὰ βηλὸν θεωρεῖσθαι. hoc est;

*Protractum pedibus detrusit limine sacro.*

Diocletes autem pertractum etum à Menedemo Eretricis  
testatur. Nam cum esset decorus & Asclepiadi Phliasio-  
nsui esse uideretur, tetigit Crates illius coxas diceus, intus  
Asclepiades, qua ex re indignatum Menedemum traxisse  
illum, idq; cum dixisse. Zeno uero Citticus in libris de usu,  
pellem onis quoq; insuisse pallio refert, ut esset deformior.  
Erat autem & facie turpis, et cum se exerceret, ridebatur.  
Solebat autem sublatis manibus dicere, confide Crates pro-  
oculis & corpore reliquo. Hos enim uidebis irrisores iam-  
iam & morbo contrahiri, & beatum dicere, se autē ignauia  
arguere. Dicebat autem tandem philosophandum esse, donec  
uideantur duces exercitus esse \*asinarij. Desertos dicebat  
eos qui cum assentatoribus essent, nō secus ac uitali cum in-  
ter lupos sunt: neq; enim cum illis qui bene uelint, neq; cum  
his, sed insidiatores. Cum autem sentiret se morti proxi-  
mum, infpiciebat scipsum dicens:

-Στάχψ οικ φίλε κανρήσ.

Bairds αἰδοσθόμηντιν φέρειν διὰ γῆς. hoc est,

-Vadis nunc optime curue;

Vadis ad Orci aedes, longa gibbose senecta.

Erat quippe ex senectute curuatus. Alexandro rogante  
num uellet restitui ac refici patriam suam, quid, ait, opus  
est? rursus enim fortassis Alexander eam alius diruet. Habe-  
re se patriam contemptum gloriae & paupertatem, que in  
potestatem fortunae nunquam sint cessura. Diogenisq; ci-  
uem esse inuidiae\* insidias non metuentes. Meminit ipsum et  
Menander in Genunis dicens:

卷四

Συμπόσιον τελέσας ψήτρην διέκανεν οι μεν,

Οὐασδρός καράτης, τοῦδε κακωνῶν ποτὲ οὐ γνωμένος. hoc est,

Mecum ambulabis testa pallio, uelut

Cratete nuper uxor atro cum cane.

Et filiam tradebat illis, ut ipse ait, probationi triginta inde  
etis diebus discipuli eius.

### M E T R O C L E S.

**M**etrocles Hipparchia frater, cum prius audiret  
Theophrastum Peripateticū, adeò corruptus erat,  
ut cum saepe inter differendum crepitum uentris emitteret,  
præ dolore animi domi inclusus moraretur. Hoc agnito  
Crates ingressus est ad eum consolaturus, ac lupinis indu-  
stria uoratis, persuasit quidem illi primum uerbis, nihil me-  
li fecisse, fore quippe prodigiosum, si non et secundum na-  
turam flatum emitteret. Tum uero et ipse in huiusmodi  
crepitum crumpens illum similitudine rei seruauit, ac uer-  
bis in spem erexit. Hinc ipsis auditor fuit, euasitque uir in  
philosophia eminens. Hic libros suos, ut ait Heanton in  
primo usuum, combusit dicens:

Ταῦτα λέγει ὁ εἰρηνεὺς φίλος φαραγγατοῦ. hoc est,

Hec somnorum sunt imaginacula:

Ac si dicceret, nugas et deliramenta.

Sunt qui Theophrasti commentaria, que ex illius ore per-  
ceperat, combusisse ferant, ac dixisse:

Ἔφαγε πρόμολον ὡδή, Θείτις ρύτου σοῖο χατίζει. hoc est,

Mulciber huic propera, tuaeget Thetis arte decora.

Res docebat partim emi pecunia, ut domum, partim tem-  
pore et diligentia, ut disciplinas liberales. Dinitias noce-  
re nisi quis dignè utatur. Obiit senex à seipso suffocatus.  
Porro discipuli eius fuere Theombrotus, atq; Cleome-  
nes. Theombroti auditor fuit Demetrius Alexandrinus,

Cleom-

Cleomenis autem Timarchus Alexandrinus & Echeclles Ephesius, qui & ipse Theombroton audierat, à quo Menedemus, de quo postea dicemus. Fuit autem inter illos insignis & Menippus Sinopeus. Capta est & illorum uerbis Metroclis soror Hipparchia.

## HIPPARCIA.

**H**ipparchia Metroclis soror. Erant autem Maronitæ Hambo. Anabat uero Cratis uitam atq; uerba, neque ullæ omnino procorum excellentia potuit auelli, non opibus, non nobilitate, non pulchritudine, sed hæc omnia sibi Crates erat, parentibusq; nūnabatur scipsum, nisi huic traderetur, necaturam. Cum igitur Crates à parentibus puella rogaretur, uti ab hoc illam proposito auerteret, postquam egit omnia nec persuasit, exurgens omni sua supellestile ante illius oculos exposita, hic ait sponsus, hæc eius possejio est, ad hæc delibera. Neq; enim esse nostri cōsors poteris, nisi eadē studia attigeris. Elegit continuò puella, sumptoq; illius habitu unā cum uirō circuibat, & congre diebatur in aperto, atq; ad coenam profici sebatur. Quo tempore & ad Lysimachū ad conuiniū uenit, ubi & Theodorū impiū coarguit sophisma huinsmodi obijcens, quod faciēs Theodorus iniuste agere nō diceretur, id Hipparchia si faciat, facere iniuste nō dicetur. Theodorus aut̄ scipsum feriens iniuste non agit, ne Hipparchia quidem Theodorū cädēs iniuste agit. Tum ille ad id quidē minime respōdit, sed illius palliū traxit. Sed neq; territa, neq; turbata est Hipparchia, ut mulier, uerū dicēte sibi illo:

\* Τύρν τὰς παρ̄ ἵσοις ιὐλιτσας κερπίδας. hoc est, \* aliae vī-

Radios reliquit hæc apud telas suos.

Sum equidem, inquit, Theodore, sed num tibi male de me ipsa statuisse uideor, si tempus, quod in telis consumptura

erant, disciplinæ potius impedi? Hæc & alia innumera de philosophante fœmina dicuntur. Fertur & Cratis epistolarum liber, in quibus præclarè philosophatur. Stylus ipse sape Platoni similis uidetur. Scripsit et tragedias difficultissimo philosophiae stylo, quale illud est,

Οὐχ ἦς πάτρας μοι πῦρος, οὐ μία γειτόνη,  
Πάσσης ἢ χάρση καὶ πόλισμα καὶ οἴκος  
Ἐποιεος ἡμῖν ἵνδιατηλί πάρα. hoc est,  
Non turris una, nec casa una patriæ  
Mihi est, sed uniuersæ arces terre, & domus  
Parati nobis mansio & coenacula.

Obiit uetus, atq; in Boeotia sepultus est.

### MENIPPVS PHOENIX.

**M**enippus & ipse Cynicus, patria quidem Phœnix, conditione seruus fuit, ut ait Achæicus in ethica. Diocles autem dominum ipsius Ponticū fuisse, Batoneq; noctatum tradit. Cum uero præ cupiditate pecuniae importunius peteret, Thebanus fieri ualuit. Edidit quidem dignum memoria nihil, at ipsius libri multo risu referti sunt, non secus atq; Melcagri, qui tempore eius fuit. Refert Herennius diuturnum fœneratorem fuisse, vocatumq; ex re uerodarq; tādē. Nāq; nautica usura fœnerari solere, et pignori accipere, ut pecunias cōplures cogeret. Tādē insidiis ppeñū omnibus priuatū esse, ac præ macrore laqueo sibi uitā extorisse. Nos autem lusimus in eū hoc carnine.

Φείρια τὸ γένος, ἀλλὰ Κρήτεος κύνα λυροδαρψίη,  
Τέτογχη τεκλάζεται, εἰσθα Μετιωτὴ τοσος, Οὐδενοι  
Οὐτοὶς οὐαρχεῖ ποτὲ καὶ πάντα ἴδαλλει.  
Εἰ ἡ τρόπος φύσις κινδύνοι ἀντίθετη μέτρασεν. hoc est,  
Phœnicem genere, sed Creticum canem diuturnum  
fœneratorem,

Sic enim vocabatur, nosti Menippū feritā, ut Thebis

Ille perfudicbat olim, & omnia profligabat.

Si autem canis naturam nouisset, se suspendisset.

**Q**uidā eius libros nō ipsius esse, sed Dionysij & Zopyri Colophoniorū tradunt, qui iocādi causa cōscribentes uelut censori idoneo dederūt. Fuerunt autem Menippi sex: Primus qui de Lydis scripsit, Xāthūq; breuius sit. Secundus hic ipse. Tertius Stratonicus sophista, ex Caria oriundus. Quartus sculptor. Quintus & sextus pictores, utrosque memorat Appollod. Cynici autē uoluntina x 111. sunt. Nenīe, testimonia, epistole cōpositæ ex dcorū persona, ad physicos & mathematicos, grammaticos q; & Epicuri sc̄tū, & eas que ab ipsis religiosè colūtur imagines, & alia. <sup>hānādār.</sup>

### M E N E D E M V S.

**M**enedemus Coloti Lampacenii discipulus fuit. Hic, <sup>\*τριήστης.</sup> Mut ait Hippobotus, in tantum \* prodigiose superstitionis uenerat, ut sumpto habitu furie circumiret, dicens speculatorum sc̄ ex inferno uenisse ijs qui peccarent, ut descendens hec ibi demouibus renunciaret quæ uidisset. Vestis autem talis erat pulla tunica talaris, astricta puniceo balteo, pileus arcadicus capiti impositus habens intexta elementa x 11. \* cothurni tragicī, barba prolixā, virga <sup>ψιλήσα.</sup> in manu fraxinca. Atq; iste quidem uitæ sunt singulicinusque Cynicorū. Subiicienda nunc & quæ in genere illis uisa sunt. Siquidem & sectam hauc philosophiæ esse iudicamus, non ut quidam uolunt, constantiam uitæ. Placet ergo illis rationalem naturalemq; philosophiam tolli optere, ab Aristotle Chio non discedentibus moraliq; soli intendi, quodq; plerique Socrati, hoc Diocles Diogeni inscribit, hunc afferens dixisse inquirendum,

Οὐδετοί ἐπ μεγάροισι κακέρ τὸν αἴθρη τε τέτυκται. .i.

Quid dominibus nostris prauī recti q; geratur.

Repudiant & disciplinas liberales. Denique neq; discendas literas dixit Antisthenes, ne frugi effecti peruerteretur alienis. Tollunt & geometriam & musicam, & cetera id genus. Nempe enim & Diogenes euidam ostendenti sibi ὀροτηνίον, utile sane inuentum, ait, ne priuemur cœna. Ad cum uero qui musicam ostentabat ait,

Γράμμις γέλεσθω τὸν μὲν δικαιότατον πόλιν  
Εὖ δ' οἶκος, τὸν ταλποῦ καὶ τερψίσματον. hoc est,  
Magna reguntur urbes nam prudentia:  
At una cantu non queat regi domus.

Placet eis & finem esse secundum uirtutem uiuere, ut Antisthenes ait in Hercule, quemadmodum & Stoici. Nam societas quedā est inter has duas sectas, unde & \* Cynismum dixerit breuem ad uirtutem uiam, atque ita uixit & Zeno Citticus. Placet itē eis simplex & parabilis uictus, quippe qui\* sobrijs cibarijs utuntur, & solis pallijs. Diversitas, gloriam nobilitatemq; contemnunt. Pleriq; etiā herbis & aqua tantum frigida utuntur, operimentisq; fornicis oblatis & dolijs, sicuti Diogenes, qui dicebat Deorum esse proprium nihil indigere, eorum uero qui dijs essent similes minime egere. Virtutem dicunt esse docibilem, ut in Hercule ait Antisthenes, esseq; minimè reciendiendum, sed studiosè colendum, ac sine peccato sapientem, & \* simili amicum fortunæ quoque nihil permittendum.

Quæ uero inter uirtutem & uitia sunt, indifferētia, ut Aristo Chius, appellant. Et isti quidē Cynici fuere.

Veniendum nunc ad Stoicos, quorum princeps fuit Zeno Cratis discipulus.

# DIOGENIS L A-

## ERTII DE PHILOSO-

### phorum uita, Liber Septimus.

ZENO CITTICVS.



ENO Mnasij sine Demetri filius Citticus ex Cypro, Graeca ciuitate Phoenicibus accolis. Collo fuit in alteram partem inclinatione, ut refert Timotheus Atheniensis in lib. de uitis. Apollonius autem Tyrius, gracili corpore, statu procero, et atra cute fuisse illum autor est. Vnde illum quidem, ut Chrysippus in v. \**καρπούσια*. prouerbiorū ait, Acgyptū "palmitē dixit. Crurahabuit turgida et imbecilla infirmaq; Iccirco et Persus in cōmentarijs cōuiualibus, ipsum refert cōplures cōnas declinasse. Vescebatur perlibēter sicubus\* recētibus atq; ad \**χρυσόν*. solē paſſis. Auditorq; ut dictū est, Cratis fuit. Deinde Stilponen etiā audisse et Xenocratē decennio perpetuo non desunt qui affirment, sicut Timocrates in Dionc. Polemonis itidem frequentasse auditoriū. Porro Hecaton et Apollonius Tyrius in primo de Zenone lib. scribit, cūm oraculum cōsuluiisset, quo pacto uiuere optimè posset, respondisse decum, si mortuis concolor esset. Quod ille cūm intellexisset, se ad legendos antiquorū libros magno contulisse studio. Deniq; Cratis hoc modo familiaritate usus est. Purpuram ex Phoenicia mercatus aduectās ad Pireū naufragium fecit. Ea iactura subtristior factus Athenas ascendit annos triginta natus, sed itq; iuxta librariū. Legente autē illo secundū Xenophontis cōmentariorum, delectatus ille, et iam lætior sciscitur, ubi nam ciuimodi uiri morarentur. Opportuniē tunc præterenunte Crate, digito illum bi-

bliopoli ostendens, hunc, inquit, sequere. Ex eo iam Cratii  
auditor factus est, aptissimus alioqui ad Philosophiam, utrum  
uerecundior, quam ut se ad impudentiam cynicam conferre pos-  
set. Id ubi animaduertit Crates, curare etiam in hoc illius  
dens, ollen lenticula referta dedit ut per Ceramum ferret.  
Cum autem uideret pudescere illum ac se praeter uerecundia te-  
gere, baculo istam perfregit illam. Illo fugiente et lenticula  
per crura defluente, quid, inquit, fugis paniculum? nibil  
mali passus es. Aliquando igitur audiuit Cratem. Quo te-  
pore cum scripsisset de Rep. quidam iocantes aiebant, in can-  
da canis illum scripsisse. Præterea scripsit et ipsa, de vita se-  
cundum naturam: de appetitu, siue de hominis natura: de per-  
turbationibus, uel de uitiosis, de officio, de legi, de \* Grece  
peritia, de affectu, de toto, de signis, Pythagorica, univer-  
salia, de distinctionibus, Problematum Homericorum quinq[ue], de  
poëtica auditione. Est ipsius item et ars et solutiones et  
argumenta: i.e. commentaria Cratii moralia, atque isti quidem  
libri eius sunt. Postremò discessit, et quos prediximus en-  
davit ad xx annos, ubi et illum dixisse ferunt. Tunc secundis  
uentis nauigauit, quando naufragium feci. Alij sub Crate hoc  
dixisse aiunt, qui in bene fortuna facit, quem nos ad philo-  
sophiam impellit. Alij dum Athenis diversaretur, auditio nau-  
fragio dixisse illum ferunt, Reuiri sane egit fortuna, quem nos  
ad philosophiam impulit. Quidam deposito Athenis ente,  
sic demum ad philosophiam fuisse conuersum. Vertens igitur  
se ad porticum uariam, quem et παιονιαν τεinos appellabatur,  
et ex uariis et multæ scientiae pictura Polygnoti ποιησις,  
orationem formabat, uolens et locum illum stabiliter facere, nullisque  
seditionibus ultra uiolabilis. Namque ad m. cccccx x x. cl.  
ues ibi fuerant necati. Eò igitur ad illum audiendum discipuli  
ian consuebat, atque ideo Stoici vocati sunt etiam qui ab ipso  
antea

ante Zenonij appellabatur, ut Epicurus in epistolis ait. Siquidē & ante illū Stoici qui in illa morabantur, poētæ dicti erāt, ut ait Eratosthenes in v. 11. de antiqua comoë dia, à quibus multū incremēti ea appellatio accepit. Enim uero summō in honore apud Athenienses habebatur Zeno, adeo ut urbis ac moenī apud illū claves deponerent, coronaq; aurea, & area imagine honorarent. Hoc autem & ciues ipsius fecisse ferūt, magno sibi ornamento fore uiri imaginē existimātes. Amplectebatur illū & Sidonij Citti ei. Suscepiebat illū & Antigonus, & si quando Athenas cōtēdisset, auditor eius erat, multumq; erabat ut se ad eū cōferret. Id ille non paruit quidē ipse, ceterum Persaeum unum ex familiaribus nūsit Demetrij filium genere Citticū, qui olympiade cxxx. florebat, Zenone iam sene. Est autem hic exemplum epistolæ Antigoni, ut refert Apollonius Tyrus in his qua de Zenone scripsit.

R E X A N T I G O N V S Z E-  
N O N I P H I L. S.

EGO fortuna me quidem & gloria uitam tuam anteire existimo, ceterum disciplinis studijsq; liberalibus et perfecta felicitate quam tu possides, longe abs te præcelli sentio. Quocirca te orare statui, uti ad me proficisci aris, id mihi persuadens te preces meas minime irritas fieri passurum. Tu igitur modis omnibus enitere, ut tuo cōtubernio fruamur, certò sciens, nō mei tātum, sed omniū simul Macedonū cruditorē fore. Nā qui Macedoniæ regem erudit, atq; in uirtutem imbuīt, cum & subditos quoſq; instruere ad fortitudinē & probitatem, certū est. Nā cuiusmodi fuerit dux, tales ut plurimū subditos fieri necesse est. Vale,

Ad hæc Zeno ita respondit:

ZENO ANTIGONO REGI 5.

AMPLECTOR tuum tam uchemens discēdi ſu-  
dium, quod ueram, utilcm atq; necessariā, non popularē  
er que ad perueritēdos mores tendit, eruditionē apprehe-  
dere instituis. Qui enim philosophiae amore ac studio te-  
netur, declinatq; celebrem illā & uulgarem uoluptatem,  
que quorundam adolescentulorum animos effocinat, cū  
non natura modō nobilitatem tueri, uerū quidem uirtus-  
tis quoq; instituto manifestum est. Porro liberali ac nobi-  
li ingenio si adieciatur inodica exercitatio, neq; desit pre-  
ceptoris copia, miture ad perfectam uirtutis euadit fru-  
gem. Evidē nisi senectus mihi obſisteret, sum enim octo-  
genarius corpusq; præterea in ualidum, ipſe ad te uenire,  
ut inbes. Quia uero id non datur, quosdam ex contuber-  
nibus meis ad te mitto, qui animu bonis me minime infi-  
riores sunt, & corporis etiam commodis exuperant. Huſi  
tu studioſe congregare, nihil quod ad perfectam perti-  
uet beatitudinem deſiderabis: Vale.

Misit autem Perſeum quem prædictimus, Thebanumq;  
Philonidam. Vtriusq; horum Epicurus mentionem facit  
in epistola ad Aristobulum fratrem, cōgressosq; Antigo-  
no memorat. Placuit Atheniensium quoq; de illo decre-  
tum, quoniam est memorabile subnectere. Est autem eius-  
modi decretum: Arrenida principe Acamantidis tribus,  
quinto magistratu Augusti decima, magistratus decima-  
teria præsidentium concio rata decreuit, Hippio, Crati-  
ſtoleſ Xympeteon & ceteri primarij, Thraſo Thraſo-  
nis filius Anæensis dixit, Quoniam Zeno Mnasei filius,  
Citticus, complures annos in ciuitate philosophè uersatus  
est, atque in omnibus uir bonus esse perſtitit, ac iuuenes  
qui ad illū discipline cauſa cōuenient ad uirtutē & fru-  
gal

gilitatem exhortando, ad ea que sunt optima intendit, ut  
cum suam uerbis ac doctrina sua consentaneam exemplar  
omnibus preponens, bona fortuna uisum est plebi lauda-  
re Zenonem Mnasæi filium Citticum, & aurea corona ri-  
tè ac legitime ornare propter singularcm eius uirtutem  
& temperantiam. Preterea que construxere illi sepultu-  
ram in Ceramico publicè. Coronæ autem facienda ex ædi-  
ficandi que tumuli plebem iam quinque uiros ex Athe-  
niensibus eligere qui curam habeant. Decretumq; hoc scri-  
bam plebis inscribere columnis duabus, licetq; sibi alte-  
ram in Academia, alteram in Lycio ponere. Sumptus ue-  
rò columnarum distribuere cum qui negotijs præcessit, ut  
omnes intelligent Athenieusium plebem bonos uiros &  
uiuos & defunctos honorare. Ad huiusmodi autem stru-  
cturam electi sunt Thraso Anacaeus, Philocles Piraeus,  
Phædrus Anaphlystius, Melon Acarneus, & Mycythus  
Sympalleteus. Hoc exemplar decreti fuit. Refert autem  
Antigonus Caristius ipsum se non negare Citticum. nam  
cùm unus eorum è numero fuerit, atque in columna de-  
scriptus sit, qui ad lauacristructuram contulere Zenonis  
philosophi, ut etiam Citticus adiaceceretur orauit. Cùm ue-  
rò fecisset aliquando <sup>\*</sup>uasculo cauum operculum, circun- <sup>\* λανθη.</sup>  
ferebat pecuniam, ut Crates preceptor promptum ha-  
beret ac paratum necessarium uictum. Aiunt illum plus  
quam mille talenta habuisse cùm uenit in Græciam, eaq;  
nautis scenerari solitum. Edebat modice panem & mel,  
& suavis uini paululum bibebat. Pueris semel serè aut bis  
uisus est, & ancillula quadam, ne sexum odiſſe uideretur.  
Eandem quoque domum ipse & Persæus una habuit. Is  
cùm aliquando tibicinam mulierem ad eum induxisset,  
ab se raptam ad Persæum abduxit, eratq; ad illum aditus

facilis, neque ipse difficile quod quisque uellet circumdatur, adeo ut sepe apud eum Antigonus canaret rex, atque ad Aristoclem citbarodem ad coniuium cum illo una ibat. Sensim tamen id cuitasse traditur, ac declinasse, ne nimis esset popularis, adeo ut in summo gradu consideret deuictans uel alteram perturbationis partem. Neque uero, ut Cleantes ait in libro de aere, iubebat aere dare, circumstantes uti ne sibi molesti essent. Cum circumstaret enim multi conferti, ostendens in porticu in summo ligneam arae circumferentiā, Hec, ait, aliquando in medio erat exposita, quia uero impedimento erat, scorsum posita est. Vos igitur uosmet ex medio tollentes minus molestiarum nobis exhibebitis. Demochare autem Lachetis filio salutante illū, atque dicente, si quid opus haberet dicturus ac scripturus Antigono prebituro omnia, indignatus postea illi congressus non est. Fertur autem post Zenonis mortem Antigonum dixisse, qualem spectaculum perdidisti. Unde et Atheniensibus per Thrasonem legatum, ut in Ceramicō illi sepulturam facerent, petiit. Interrogatus autem cur illum adeo admiraretur, quia, inquit, cum illi a me multa et magna sepedata sint, nunquam emollitus est, neque humilius apparuit. Erat autem et ad inquirendū solers, subtilisque in omnibus et diligens. Unde et Timon in Sillis de eo ita scribit:

Kai φοίρασερ ίδειν Διχρόγραψιν σκιτρῷ ιψι τέρψι  
Πάρτωμινειρησαρ, οὐδὲ Κρέστην γέργαθον αὐτῆς  
Μικρὸς ιώρυγον δὲ εἶχεν εἰλάσσονα σκυρδατῶν. hoc est,  
vidi et in umbruso fastu Lichnogram Phoenissam  
Omnia que cuperet, sed biabat gyrgathus eius  
Distillans, et cui scindapso erat inferior mens.  
Diligenter autem et accurate cum Philone dialectico se  
excet;

exercebat, atque una uocabat. Vnde non minori admirationi apud iuniorem Zenonem est habitus, quam Diodorus preceptor eius. Erant autem cum ipso <sup>\*</sup>nudi sordidiq; homines, ut ait Timon:

\* γυμνοὶ πάλαι

Ορφα πονεσάων σύναρτεν τίπος, οἱ περι πάντας

Πτωχότα τοι τ' ἡσαψ, ή περότατοι ἀγῶν. hoc est,  
Vnam in congeriem donec cumularet egenos,

Qui leuitate, simul superarent sordibus omnes.

Enimvero gestus ipsius subtristis grauisq; et acer fuit. Vnde et rugabat frontem, et ora contrahebat. Vili praeterea ualde apparatu erat, et qui barbaricam tenuitatem redoleret, idq; sub praetextu frugalitatis faciebat. Si quent obiurgasset, circuncisē id ac breuiter, neq; nimiū, sed uelut ex longinquō faciebat, ut exēpli gratia de eo qui se nimio studio cōponeret aliquando ait. Cūm enim ille uchiculum quoddā lente segniterq; transcederet, meritò, inquit, suspectum habet lutum, neq; enim se in illo ueluti in speculo intueri potest. Cūm uero Cynicus quispiam oleum se in uasco non habere diceret, atq; ab eo postularet, se minimè daturum assuerauit, abeūtem uero animaduertere iussit, uter esset impudentior. Cūm esset autē in amasiū Chremo nide affectus, ipso et Cleāthes assistētibus surrexit, cūq; admiraretur Cleāthes, ait, et medicos audio dicētes, praeclarū esse ad tumores quoq; remediu quietem. Duobus in cōiuio iuxta se recumbentibus, cūm is qui sibi adiacebat, inferiorē sociū pulsaret pede, ipse hunc pulsauit genu, cō \* κερασίων. uerso illi, quid ergo, ait, illū abs te pati arbitraris qui sub te est? Ad eum qui pueros amabat, neq; magistros habere sensum ait, si semper inter pueros uersentur, neq; illos. Dicēbat autem <sup>\*</sup> cruditorum sermones et imperfectos Alc- \* εὐπαθῆς  
xandriæ pecunia similes esse. Nam gratos quidem oculis, <sup>†</sup> et

ac pictos monet & instar, nihil tamen esse meliores. Eos uero qui secus essent, tetradrachmis Atticis assimilabat, temere quidem ac rustice incisis, sed qui pictam orationem superare possint. Aristotele autem discipulo non satis ingenuos & inulta, quædam etiam temere procaciterque dissidente, possibile non esse, inquit, ita dicere, nisi ebrios te genuis- set pater. Unde ipsum etiam loquacem appellabat. Brevis ipse in loquendo & circuncisus.

<sup>¶ 17. 2.</sup> Edaci cuidam nibil oso-  
niorum socijs inter conuinandum relinquenti, appositum  
ingentempiscem sustulit, solusque comedere uelle uidetur.  
Cum ille in eum intueretur, quid ergo, ait, socios quo-  
tidie tolerare arbitraris, si tu meam edacitatem ferre non  
uales? Adolescentem instantius quim per etatem conueni-  
ret, quiddam inquirentem, ad moto speculo iusit inspicere,  
rogauit deinde num sibi uideretur ei faciei co grucere tales  
questiones. Dicente quodam Antisthenis sibi copluram  
nimè placere, adducto in medium Sophoclis testimonio,  
rogauit, num illi bene quedam etiam habere uiderentur,  
illo se nescire dicente, non puderet, inquit, si quid ab Anti-  
sthenem male dictum sit, hoc indagare & memoriter tenere,  
si quid uero boni, negligere neque meminisse?

<sup>¶ 18. 2.</sup> Cuidam bre-  
via esse philosophorum dicit afferenti, uera, inquit, lo-  
queris, oportet nempe, si fieri possit, breues esse illorum &  
syllabas. Dicente quodam de Polemone, quod alia proponeret & alia loqueretur, substomachans, quanti enim,  
inquit, faciebat que dabantur? Operæ pretium esse dicebat,  
cum qui disputationem in morem histrionicum uoce viribus magnum  
esse, os tamen aperire non debere immodecum, quod  
faciunt qui plurima loquuntur quidem, sed ea bene dicere  
non possunt. His quibene diceret, locum minimè relinquendum,  
ucluti preclaris artificibus in spectando. Contrario  
audit

auditorem sic eis quæ dicuntur intentum esse oportere, ut non uacet illi ad uotus faciendas. Adolescenti loquaciiori, autem, inquit, tuæ, in lingua cōfluxere. Formoso cuidam dicens, non uideri sibi amaturum sapientem, nihil, ait, uobis formosis esset infelicius. Dicebat et philosophorū plurimos, multis in rebus esse insipientes, in paruis fortuitisq; \* <sup>τυχήσα.</sup>

imperitos. Adiiciebatq; Capheſij illud, qui cum animaduerteret quendam ex discipulis inflatum atq; turgidum, percutiens dixit, nō si magnus fueris, bonus eris, sed si bonus, magnus. Adolescenti quodam audacius loquente, dicere, inquit, non possum adolescentis quæ occurruunt mihi. Rhodio cuidam formoso atq; diuīti, ceterū ad aliud nihil utili, cum nollet recipere cum ad philosophiam, primò quidē super gradus concisos sed cre illam iussit, ut abollam fecdaret, deinde uero in pauperum locum introduxit, ut inter paunos eorum uersaretur, postremo recessit adolescentis. Nihil fastu esse indecentius dicebat, id quod tum in ceteris, tum in iuuenibus maximè. Monebat non circa uoces et uocabula memoriam, sed circa intelligentiam mentem exercere oportere, ut ne ueluti <sup>Grace</sup> <sup>ψεψις</sup> lixaturam quandam assumamus. Cōuenire maxime iuuenibus dicebat in omnibus ut summa honestate, habitu, incessu, amictu. habebatq; semper in ore Euripidis de Capaneo uerſus,

Bίος μὴ αὐτῷ, οὐκισταὶ δὲ λαβε γάρ τοι,

Φέρνεις δὲ οὐτι μεῖζον εἰχει πίνεις ἀνθε. hoc est,

Erat quidē illi unde uiueret, sed fortuna nō effrebatur,

Neq; maiori fastu erat quam qui uis pauper.

Dicebat ad perceptionem disciplinarum nihil esse alius poëtica, nulliusq; nos rei maiorem inopiam perpeti, quam temporis. Interrogatus quis esset amicus, alter, inquit, ego. Scrutum in furto, ut aiunt, deprehensum uerberabat

rabit, cumq; ille diceret, fatale mihi erat furari, & cedi, inquit. Prolebritudinem dixit uocis florem esse, alijs uero pulchritudinis nocem. Cum familiarium cuiusdam iuuenie fluentem aspexisset, uideo, inquit ad illum, tui furoris uestigia. Cuidam unguiculis delibuto, quis, ait, mulierem oleum Dionysio cuidam querenti cur se solum non corrigeret, quia, inquit, tibi minus credo. Inepta, & nihil ad rem loquenti adolescentulo, indecirco, inquit, aures habemus duas, & os unum, uti plura audiamus, loquamur pauca. In conuiuio tacitus sedebat: percontanti causam, nuncia, inquit, regi adesse quendam, qui tacere sciat. Qui autem interrogabant legati a Ptolemeo aduenerant, & discere cupiebant quid de illo regi nunciarent. Interrogatus quoniam esset animo aduersus maledicta, dixit, uelut si legatus absque responso remittatur. Refert Apollonius Tyrius, quod cum Crates eum per pallium a Stilpone retraheret, dixerit, o Crates copimodissime auribus philosophum tenes. Cum igitur persuaseris, tum illum trahe. Nam si per uim egeris, corpus quidem apud te, sed animus apud Stilponem erit. Versatum illum & cum Diodoro, Hippobulus autor est, apud quem & dialectice studuit. Iam uero proficiens atque prouectus Polemonis frequentabat auditorium \* calcandi fistus causa. Denique illum dixisse ferunt, Non latet nos Zeno te per hortii ianuas irrepere furariq; dogmata, eaq; Phoenicum more induere. Ferunt circa dialecticus sibi septem species dialectices θερπούσι sermonem demonstrasset, interrogasse quidnam sibi mercedis dari uellet, poscentiq; centum, ducentum dedisse, tanto discendi amore tenebatur. Aiunt illum primū μαθητον, id est, officium vocasse, librumq; de illo scripsisse. Hesiodi item uetus mutare solitum in hanc sententiam:

\* ἀτροφια  
τικα.

Kαὶ μὲν πανάρπιζε ὁς εὐ ἀπόντι πίθηται.

Ἐσθλὸς δὲ αὖτανίζεται ὁς αὐτὸς πάντα νοέσῃ. i.

Optimus ille quidem qui paret recte docenti,

Nec malus ille, potest qui per se noscere cuncta.

Præstantiorē enim eum esse, qui bene quod dicitur audire posse, atque eo uti, quām qui per seipsum opinia assequitur, huic enim solum adesse intelligentiā, qui uero obtinet pereret, inesse præterea et effectum. Rogatus cur severus cū esset, in continuo tunen bilareceret, et Iupini ait, cūm sint amari, perfusi tamē aqua dulcescunt. Porro Hecaton scribit in secundo chriarum, cuiusmodi confortia non illibēter admittere solitum, ac dicere melius esse pedibus quam lingua labi, bene paulatim aliquid fieri nō patrum esse. Hoc alij Socratis dicunt. Erat autem patientissimus, et simplicissimi uictus, crudisq; tantū cibis utebatur, et tenui pallio, ita ut de illo dicaretur:

Τὸν δὲ τὸν ἄρρενα καρδιῶν, τὸν δύμαρα τὸν αἰταράρωφ

Οὐ φλόξενον οὐδεῖστει, τὸν δέ τοι δινή,

Οὐχ ὁς τὸν θύμον ἐναρρέμειος, ἀλλὰ δὲ τὸν αἴτηρόντος

Ἄμφι διδασκαλίᾳ τεταταγμένοντα τούτα τοιούτα μαρτυρία. hoc est,

Hunc non acris hyems domuit, non frigidus imber,

Non solis radij, non uis terribilia morbi,

Non quicquid uulgò pretiosum, invictus at unus

Instabat grauibus studijs, noctesq; diesq;.

Comici tamen imprudentes hunc dum uituperant, laudant.

Namq; Philemon in comedia philosophi ait:

Εἰς ἄρτους δέ τοι ισχάει, τετταῖην γέλωσ.

Φιλοσοφίαν μαντίνει τὸν αὐτὸν φιλοσοφῆ

Πέμψει διδάσκοντα μαθητὰς λαμπάρη. hoc est,

Cum pane caricas uorat, et aquam bibit,

Exercet ignotum philosophiæ genus,

*Docet esurire, debinc auditores capit.*

Alij Posidippū putant. Iam uero ferme & in prouerbium abiit illud, ut diceretur de eo, Continentior Zenone. Sed & Posidippus ait in translatis, Itaque diebus decem Zenone continentius. Re enim uera omnes praecedebat ferme excellentia, & honestate, magnaq; per louem felicitate. Quippe nonagesimo octauo etatis anno uita exeruit incolamus, atque integer, ac sine morbo. Persaeus autem in scholis moralibus septuaginta duorum annorum migrasse tradit ex uita Athenas quippe concessisse etatis anno x x i i. Quinquaginta uero & octo annos scbole praefuisse Apollonius autor est. Sic autē obiit. Cum abiit e schola, offendit, digitumq; perfregit. Manu uero terram scriens, dixit illud ex Niobe,

*Ἐρχομα τιμὴν αὐεῖς,      hoc est,*

*En adsum, quid me oro, uocar?*

Continuoq; se strangulans interiit. Athenienses autem illum in Ceramico sepelirunt, decretisq; quæ suprà prediximus, honorauerunt, uirtutis illi testimonium addentes. In quem Antipater Sidonius sic scripsit:

*Τύρος ὁ δὲ Ζήνων κιτήσιος φίλος, ὃς τοτε' ὅλυμπον*

*Ἐδρακετός, ὃς Οάρη Πάλιος ἀνθέμετος.*

*Οὐδὲ τάγ' Ἕρακλεος αἰθλια, τὴν δὲ ποτ' ἄρρενα,*

*Ἄτραπον μένος εἴρετ σαρροσυνας.      hoc est,*

*Hic Zeno ille deus patriæ, qui nuper olympum*

*Scandit, nee Ossa Pelion imposuit.*

*Gesta etenim magni non Herculis ista, sed altior*

*Virtute innenit solus ad astra uiuam.*

Zenodotus Stoicus \*Zenonis discipulus aliud scripsit in  
hanc sententiam:

*Ἐκλιπας, αὐτάρηνδ ἀταφεῖς, κεριανὸν πλῆτων*

\* Δογματικός,  
Diogenes.

Zérōp σὺν πολιῶ τεμνός ἐπισκινέω.

Ἀρστα ψῆλόγοφ ἔργεις, ἀνεθλίσω ἢ πρεσβεῖς

Αἴρεσιν ἢ βέβη ματέρ ἡλιοθόρας.

Εἰ ἢ πάτρα φοίνικα, τίς ὁ φθόνος ἢ πηγὴ ὁ Κάδμος

Καρνος, ἀφ' ἣ γραπτήρα Ἑλλὰς ἢ χει σελίδα. hoc est,

Vixisti frugi, spredo prædiuite luxu

Specandus, cano Zeno supercilio.

Pugnasti ingenio, inuenisti mascula uerba,

Et tibi libertas dulcis amica fuit.

Sipatria es Phœnix, quid turn? nam Cadmus et ipse

Phœnix, cui debet Grecia docta libros.

In genere autem de omnibus Stoicis Athenaeus epigrammatum scriptor hoc edidit:

Ω Σταικῶρ μυθῶρ ἐπίκμονες, ὃ πανάργα  
Δῆμασία ταῖς ἴδραις ἐνθάμβουσι σιλίσι.

Τὸν αρετὰρ φυχᾶς ἀγαθὸν μόνον, ἄδει ψῆλος

Μόνα, καὶ βιοτὰρ ῥύσατο μὴ πόλιας.

Σαρπὺς δὲ ὑδηπάθημα φίλοι τὸν Τίλον ἀνδράσιν ἄλλοι  
Η μία τῶν μετάμυτος ἕκυπε θυγατέρων, hoc est,

O Stoicæ gnarisse, quām insignia uestra

Dogmata, quæ sacris scribitis in tabulis.

Esse bonum unam animi uirtutem, sola tuctur

Quod ualidas urbes, quodq; ea sola homines.

Ast alijs uite scopus esset spurca uoluptas,

Vna egit pulchra filia Mnemosynes.

Diximus iam quemadmodum Zeno è ulta discesserit, atq;  
in parometro nostra sic de eo scripsimus,

Τὸν κιτήια Ζύνωνα βασιψ λόγος, ὃς ὑπὸ γέρεω

Πόλλα καμάρη λένην, οἵδε μέλιτρος ἀστρος

Οὐδὲ ὅτι προσιδῆτες ποτὲ φη, χειρὶ γάιαρ ἀλοσας

Ἐρχομας αὐτόματος οὐκ, τί μι, τί μεκλας. hoc est.

Cittensem natię extinctum Zenona loquuntur,

Hi confitum annis, hi perisse fame.

Ast ali⁹ dixisse ferunt lapsu male lesum,

Ecce tibi ultro adsum, quid me ita quæso uocauit?

Nam nonnulli ita mortuum afferunt, atq; de eius morte hac dicta sunt. Refert Demetrius Magnesius in equinoctiis Mysseum huius patrem saepè utpote mercatorē Athenas aduentantem complures Socraticos libros Zenoni adhuc puerū aduexisse. Tamq; tunc in patria philosophiae desiderio flagrantem, Athenas profectum: Crati congressum esse. Videatur autem, inquit, et ipse circa negationes errantium finē statuisse. Sed et per capparim, ait ille, iurabat sicut et Socrates per canem. Quidam tamen, ex quibus est Cassius Scep̄t̄ius, in plurimis Zenonem accusant. Primo quidem quod disciplinas liberales inutiles denuntiet, in principio sue recip. Secundo quod inimicos et hostes et seruos et alienos sibi inuicem dicat omnes qui probitati studeant, et parentes filiorum, et fratres fratum, et propinquos propinquorum. Rursusq; in rep. commendat cines, et amicos, et propinquos, ac liberos solos esse qui sint studiosi. Stoicis itaq; parentes ac liberū inimici sunt, non enim sunt sapientes. Uxoresq; communies itidem in rep. statuat, ac secundum ducentos, neq; sacra, neq; iudicia, neq; gymnasia in uribus construi permittat, atq; ita de moneta scribat. Nummum uero neq; commutandi gratia, neq; peregrinationis causa parari arbitrandum est, eaudemq; uestem viros ac mulieres indui precipiat, nullaniq; corporis nudare partem. Porrò hanc eius esse remp. et Chrysippus in libro de rep. scribit. De amatorijs item disseruit in principio libri, qui inscribitur, ars amatoria. Similia identidem scribit in diatribis. Huiusmodi quedam sunt apud Cassium, itemq;

apud

apud Hesidorum rhetorem Pergamenum qui etiam expun-  
 et ac erasa ait ex libris quae male sentirent, ac dicere  
 Stoici ab Athenodoro Stoico, cui commissa erat scruanda  
 biblioteca Pergamena, deinde inserita esse deprehensa  
 ac periclitante Athenodoro. Haec enim de his quae illi fue-  
 runt obiecta. Fuere autem octo Zenones. Primus Eleates,  
 de quo dicimus. Secundus hic ipse. Tertius Rhodius, qui  
 locorum scripsit historiam. Quartus historicus, qui Pyrrhi in  
 Italia ac Sicilia gesta cōscripsit, epitomenq; Romanorum,  
 & Carthaginensium rerum. Quintus Chrysippi discipulus  
 quilibet quidem scripsit per paucos, sed cōplures discipu-  
 los reliquit. Sextus medicus Herophilus, intelligentia acu-  
 mine potius, quam scriptura clarus. Septimus grammaticus,  
 cuius inter cetera etiam epigrammata feruntur. Octauus Si-  
 donius gener, philosophus Epicureus, sensu & elocutio-  
 ne clarus atq; apertus. Zenonis uero discipuli fucte com-  
 plares, hi tamen nobiliores, Persaeus Demetrii filius Citti-  
 ci. Hunc alij quidem necessarium, alij uero famulum illius  
 tradunt, unumq; ex his qui ad scribendos libros missi sibi  
 ab Antigono fuerant, cuius & filij Alcyonei nutritor fu-  
 erit. Eius igitur experimentum cum aliquando capere Anti-  
 gonus uellet, falsò sibi nunciari fecit predia sua ab hosti-  
 bus suisse direpta, & cum tristior effectus esset, uides, in-  
 quid, diuitias non esse indifferentes. Feruntur eius ista no-  
 lumina: de regno, Laconica res, de nuptijs, de impietate,  
 Thyestes, de amoribus, Exhortatorij, θαυματογένεσις, χρεῖων,  
 IIII. cōmentaria, in Platonis leges v II. Aristo, Miltiades  
 Chios qui ἀθηναϊκός, hoc est, indifferentia inuexit, Hicril-  
 lius Chalcedonius, qui finem dicit esse scientiam. Dionysius  
 qui in uoluptatem transfluit. Nam ob uerbenem lippitu-  
 dicem granabatur iam dolorem dicere indifferentem. Fuit

autem Heracleotes. Sphaerius Bosporanus, Cleanthes Phainij filius Asius, qui illi in schola succedit. Hunc ille etrem durioribus tabulis comparare solebat, que uix quidem ex cum difficultate scribuntur, sed quae inscripta fuerint, scruant diutius. Porro Sphaerius post Zenonis mortem Cleanthes idem auditor fuit, dicemusque de illo cum ad Cleanthes uenerinus. Erant autem et isti discipuli Zenonis ut Hippobodus ait, Athenodorus Solensis, Philonides Thebanus, Calippus Corinthius, Posidonius Alexandrinus, Zeno Sidonius. In genere uero de dogmatis Stoicis omnibus in Zenonis uita mihi diceundum putaui, quod is eius sectae autor fuerit. Sunt quidem eius et conscripti libri, in quibus ita locutus est ut Stoicorum nemo. Porro dogmata sine decreta sunt ista in summa. Dicemus autem summarium ut in aliis consueuimus facere. Tripartitum esse dicunt philosophie rationem, aliam quippe physicen, ethicen aliam, tertiam logiken dici. Sic autem primus diuisit Zeno Citticus in libro de oratione, Chrysippusque in primo de oratione, atque in primo Physicorum. Apollodorus item Ephillus in primo Introductionum ad dogmata. Eudromusque in morali institutione. Diogenesque Babylonius et Posidonius. Haec neero partes Apollodorus quidem locos uocat, Chrysippus uero atque Eudromus species, alijs genera. Enim uero philosophiam animali similem dicunt, ossibus ac nervis logicen, carnibus ethicen, anima physicen conffrentes. Sicut tamen uno, esse quippe superficiem logicen, sequentia ethicen, intima et penitus abstrusa physicen. Sunt qui agro frugifero, quippe circuniectam sepem logicen, fructum ethicen, humum ac arbores physicen. Nonnulli ciuitati muris optimè septae ac pulchre ex dignitate administratae. Neutrano uero partem preferri alteri, sicut quidam coru mixta

arbitrantur, easq; confusè ac permixtè tradunt. Alij uero  
 logicum primam, secundam physicen, tertiam ethicen sta-  
 tuunt. Ex quibus est Zeno in libro de ratione, & Chry-  
 sippus, & Archedevius, & \*Eudromus. Ptolemaensis uero,<sup>\*vduo, Eu-</sup>  
 ro Diogenes ab ethicis incohatus. Apollodorus autem ethi-<sup>denuo.</sup>  
 cca secundo in loco constituit. Porro Panætius & Posidonius à physicis initia sumunt, ut Phanius inquit, Posidonij necessarius, in primo Posidonij qui de scholis inscribi  
 tur. Ceterum Cleanthes sex philosophie partes ait, dia-  
 lecticam, orationem, moralēm, ciuilēm, naturalem, theolo-  
 gicam. Alij has partes non rationis, uerū philosophiae  
 ipsum tradunt, ut Zeno Tarsensis. At partem in binas di-  
 sciplinas diuidi pleriq; autumant, rhetorica atq; dialecticam.  
 Quidam uero & indefinitam speciem quæ de regu-  
 lis est atq; iudicijs. Alij definitam ipsam diuidunt. nam de  
 regulis atq; iudicijs partem assumunt ad inuenientiam ueri-  
 tatis: in ipsa enim fantasiarum differentias dirigunt. Ean-  
 dem itidem definitam ad agnitionem ueritatis, quippe  
 per notiores res accipiunt. Porro rhetoriceen arte bene di-  
 cendi circa orationem, ad persuadendū idoneam. Dialecti-  
 cam uero recte differendi scientiam, circa orationem, quæ  
 interrogatione & responsonie consistit, uersari dicunt.  
 Quocirca ipsam ita diffiniunt, Scientiam ueri falsiq; &  
 neutrius. Ac rhetoriceen quidem ipsam tripartitam esse di-  
 cunt. Nam aliam deliberatiuam, aliam iudicialem, tertiam  
 demonstratiuam. Diuidi autem in inuentionem & elocu-  
 tionem, & dispositionem, & actionem. Orationem autem  
 rhetoricaen, in exordium, & narrationem, & confutatio-  
 nem & epilogum. Ceterum dialecticam diuidi in <sup>\*figuram</sup> corum quæ significantur & uocis locum. Et locum quidem  
 corum quæ significantur, diuidi in figurā corum quæ fin-  
 s 3 gun

guntur, atq; *cis* subsistant, & ijs enunciationibus atq; ex-  
 se perfectis & predicamentis & finalibus, rectis atq; fa-  
 pinis generibus atq; speci. bus. Eadem ratione & ex orationibus,  
 ex modis atq; syllogismis, ex *cis* item que preter  
 uocem & res sunt sophismatis, ut sunt sermones falsi atq;  
 ueri, & negantes, *σωράτας*, & his similes, deficiētes & an-  
 \* *κατίθεται*. bigui & cōcludeentes & obscuri, \* *cornuti*, & *āridi*, hoc  
 est, nihil importantes & metētes. Esse autem dialectice lo-  
 cum proprium quē prediximus de uoce ipsa, in quo ostendit  
 literati uox, & quadam orationis partes, ac de sole  
 cismo & barbarismo & poēmatibus & amphibolijs, &  
 de canora uoce<sup>1</sup>, & de Musica, & de terminis secundum  
 quosdam, divisionibus item & dictionibus. Aliunt autē uti-  
 liissimā esse syllogisorū intelligentiā ac subtilitatem, quip  
 pe demonstratiū ostendere, idq; multum ad emendationē  
 dogmatū conferre, ordinē & memoria<sup>\*</sup> doctrinam assumptū  
 \* *πατερινήν*, iudicare. Esse autem hanc orationē & ad cogendum & al-  
 concludendum idoneā. Porro syllogismum orationē ratio-  
 ciuantē ex his constare. Demonstrationē orationē esse per  
 ea quae magis cōprehenduntur, id quod minus comprehen-  
 ditur: de omnibus colligentem. Fantasiam uero impressam  
 in animo. Nominis figurā propriè translatae figuris que  
 in cera per anulū fiunt. Verū fantasiam aliam esse compre-  
 hendere, aliam uero comprehendere non posse. Compre-  
 hendere quidem eam quam rerum esse indiciū dicunt, que  
 fiat ab existente secundum ipsum existens insignitam,  
 atq; impressam altius. Non comprehendendi uero eam que  
 aut nou ab existente, aut ab existente quidem, non aut se-  
 cundum ipsum existens proficiatur. Ipsam uero dialecti-  
 cam esse necessariam, uirtutēq; in specie uirtutes continen-  
 tem, à πονηρούσι, sciantiam qua docemur quando conser-  
 tare

tire oporteat, & quando non. Porro ἀνθειστάτα, validam orationem ad id quod decet, ne impertinenti argumento cedamus. Itidem καὶ οἰτεγέλαψ, quā dicitū nūni esse orationis, ne ab ipsa in contrariū abducatur. Nam autem appellat ἀμαρτίστητα, habitum esse aduersus sūtile argumentū, intellectum ad rectū rationem referentein. Ipsamq; scien-  
tiam dicunt, aut certam comprehensionem sine habitum in intellectu, susceptione nihil à ratione deviantem. Ceterum absq; dialecticæ speculatione sapientem in oratione sine lapsu noui futurum. Quippe ex illa dignosci uerū atq; falso, probabile item & quod ambiguè dicatar intelligi. Ea remota iam non licere rite interrogare atq; responderē, sed pertingere cani, quæ in negationibus est tenacritatem, ad ea etiam quæ fiunt, adeò ut in absurditatem ac uanitatem uertantur qui fantasias minimè exercitas habent, neq; aliter acutum & ingeniosum, cautumq; omnino in dicendo & fore & uisum iri sapientem. Eiusdem enim esse reflē & loqui, recteq; cogitare, cuiusdemq; ad ea quæ proponantur differere, & ad ea quæ interrogantur responderē, quæ sint omnia uiri dialecticæ periti. Hæc igitur in eis quæ ratione colliguntur summatum illiuisa sunt: atq; ut etiam particularia non omittamus, & ista quæ secundū illos ad institutionis artē tendunt adiiciamus, quæ ipsa ad verbum Diocles Maguesius in excusione philosophorum ponit, dicens ita: Placet Stoicis orationem de intellectu ac sensu præponere in ordine uelut iudicium quoddā, quo: re-  
rum ueritas noscitur. Secundū genus fantasia est, & secundum quod oratio de confessione & cōprehensione & intelligentia præcedēs. Cetera non absq; fantasia constant, ea quippe præcedit. Deinde mens eius officium sit enuntiare quod à fantasia patitur, exprimit uerbo. Differt autem fan-

tasia à fantasmat. Fantasia enim uisum animi est: cuiusmo-  
 di in sonnijs fit. Fantasia uero est formæ in animo impres-  
 sio, hoc est, mutatio, sicut Chrysippus in xii. commentarij.  
 Neq; enim suscipiendum est formationem huiusmodi esse  
 ueluti sigilli formam. Nam possibile non est figura plures  
 eodem in loco simul fieri. Intelligitur autem fantasmat  
 esse quæ ab existente secundum existens impressa, forma-  
 ta atq; insignita est: qualis proœctio non fieret à non exi-  
 stente. Enim uero fantasiarum iuxta illos aliae sensibiles  
 sunt, aliae non. Sensibiles quidem quæ per sensus suesca-  
 sum accipiuntur. Non sensibiles autem ille sunt quæ perci-  
 piuntur animo, ueluti incorporalium rerum & eorum que  
 ratione tantum accipiuntur. Porro sensibiles ab his que  
 existunt cum cessione & consensione fiunt. Sunt autem  
 fantasiarum etiam evidentia quæ ab existentibus rebus  
 quomodolibet fiunt. Præterea fantasiarum aliae sunt ratio-  
 nales, aliae irrationales. Rationales quidem rationalium  
 animalium, irrationales irrationalium sunt. Rationales  
 igitur intelligentia sunt, irrationales nomen hactenus non  
 habent. Et aliae quidem artificiales sunt, aliae autem in artem  
 non cadunt. Aliter quidem ab artifice spectatur imago, ali-  
 ter ab artis imperito. At uero sensus secundum Stoicos dici-  
 tur spiritus à principali ad sensum pertingens, & que  
 per illos fit comprehensio, sensumq; ipsorum opificum,  
 secundum quod pleriq; fiunt dabiles. Atlioq; ipsa sensus  
 appellatur. Ceterum comprehensio secundum illos fit sen-  
 su quidem, ut albi & nigri, lenis & asperi: ratione uero  
 eorum quæ ex demonstratione colliguntur, puts deos esse,  
 eosq; humanis rebus prouidere. Nam quæ intelliguntur  
 partim per incidentiam, partim per similitudinem, alia per  
 rationem, alia per compositionem, quædam per contrarie-  
 titatem

tum intellecta & animaduersa sunt. Per incidentiam quae  
de sensibilia intellecta sunt, per similitudinem uero que  
ab adiacente aliqua re, ut Socrates ex imagine. Per ratio-  
nem autem ex incremento quidem ut Tytius ac Cyclops:  
ex detramento autem ut Pygmeus. Sed ad ceutrum terre  
ex proportione intellectum est a minoribus orbibus. Per  
translationem uero, ut in pectore oculi. Per compositionem  
autem, ut Hippocentaurus intelligitur, & per contra-  
rium mors. Nonnulla item per transitionem intelliguntur,  
ut que dicta sunt, & locus. Naturaliter autem iustum quip-  
pam & bonum noscitur, & per priuationem ut mancus.  
Haec sunt que illi de fantasia & sensu & intelligentia tra-  
duxit decreta. Atriunt ueritatis esse iudicium comprehensi-  
bilem fantasiam, eam uidelicet que ab existente profici-  
tur, ut Chrysippus in xii. physicorum tradit, & Antipa-  
ter, & Apollodorus. Nam Boethius quidem complura iudi-  
cia reliquit, mentem, sensum, appetitionem et scientiam. Sed  
enim Chrysippus ab illo dissentiens in primo de oratione,  
iudicium dicit esse sensum & anticipationem. Est autem an-  
ticipatio naturalis intelligentia eorum rerum que univer-  
saliter sunt. Alij uero quidam ex antiquioribus Stoicis re-  
ctam rationem iudicium tradunt, ut Posidonius ait in libro  
de iudicio. Verum enim uero dialecticæ speculationis ratio,  
omnium iudicio, uidetur inspicienda a uocis loco. Est autem  
nox aer ierit; seu ut ait Diogenes Babylonius in arte quam  
de noce scripsit, sensus est, qui propriè auditu percipitur.  
Animalis quidem nox, est aer ex impetu percussus. Homi-  
nis uero mox est articulata nox, & que ex mente profici-  
scitur, ut ait Diogenes, que à xiiii. ætatis anno consum-  
matur. Sed & corpus est nox secundum Stoicos, ut ait Ar-  
chedenius quidam in libro de noce, & Diogenes & Anti-

pater & Chrysippus in secundo Naturalium. Omne enim quod facit aliquid corpus est, facit autem uox que à loquuntibus ad auditores pertendit. Dictionis autem secundum Stoicos, ut Diogenes ait, uox literata est, ut dies est. Oratio autem uox significativa, quae ex mente proficiuntur. <sup>\*Iam huius.</sup> Loquatio est dictio expressa iuxta genium uaricitatem, quemadmodum Attico more dicitur δάλαντα, Ionico uero ἡρικη. Dictionis uero elementa uiginti quatuor literæ sunt. Dicitur autem litera tripliciter, elementum, figura, & nomen, ut α. Porro septem sunt uocalia elementa, α, ε, η, ι, ο, ω, υ. Mates sex, β, γ, δ, κ, π, τ. Differit autem uox à dictione: nam uox quidem et sonus est, fit enim dictio nihil significans, ut Blattyri, non sic autem oratio. Differunt item dicere ac pronuntiare. Nam proferuntur uoces, dicuntur autem res quae dici possunt. Orationis uero quinq; sunt partes, ut ait Diogenes in libro de uoce, ac Chrysippus, nomen, appellatio, uerbum, coniunctio, articulus. Antipater medium adiecit in libris de dictione et de his quæ dicuntur. Est autem appellatio secundum Diogenem, pars orationis significans cōmūnem qualitatem, ut homo, equus. Nomen uero, est pars orationis significans propriam qualitatem, ut Diogenes, Socrates. Verbum est pars orationis significans incompositum prædicatum, ut Diogenes, uel sicut quidam uolunt, elementum orationis sine casu significans aliquid constructum, de aliquo, uel aliquibus, ut lego, scribo. Coniunctio autem pars orationis est sine casu, connectens orationis partes. Porro articulus elementū est orationis casuale, distinguens nominum genera et numeros, ut δ, τη, θεοί, οι, αι, ά. Virtutes orationis quinq; sunt, Græcismus, euidentia, breuitas, decorum, compositio. Est igitur Græcismus recta secundum artem loquutio, non vulgarem consuetudinem. Euidentia est dictio

etio mentis interpres, qua id quod intelligimus aperte lo-  
 quimur. Breuitas est dictio ipsa tantum quae sunt necessa-  
 ria continens, ad significacionem rei. Decorum dictio est  
 cuique rei propriè accommodata. Compositio dictio est qua  
 rusticitas dicendo devitatur. Porro ex uitij Barbarismus  
 dictio est præter consuetudinem filicium Græcorum. Soler-  
 cisimus autem est oratio incongrue constructa. Poëma item  
 est, ut ait Posidonius in ea introductione quam de dictio-  
 ne scripsit, dictio numerosa certa mensura constans, atque  
 pro se orationis speciem exceedens: ut maxima tellus & Io-  
 uis & ether. Poësis autem significatiuum est poëma diuinatur  
 humanae rationis; rerum imitationem complectens. Definitio  
 est, ut ait Antipater in primo de definitionibus, oratio per  
 resolutionem perfectè enunciata, siue ut Chrysippus ait in  
 libro de definitionibus, assignatio. Descriptio autem est ora-  
 tio figuratè ad res inducens, sive definitio, definitionis uim  
 simplicius exprimens. Genus est plurium cogitationum quæ  
 austeri non possunt cōceptio, ut cum dico animal. Hoc cum  
 enuclea per species comprehendit animalia. Cogitatio est  
 imaginatio mentis, neque aliquid existens, neque aliquid fa-  
 ciens, sed ueluti aliquid existens, & aliquid faciens, ut cum  
 cogitatur equus etiam non presens. Species est quæ sub ge-  
 nere continetur, sicuti sub animaliis nomine continetur ho-  
 mo. Est autem maximè generalis, quæ cum sit genus, genus  
 non habet. Est propria maximè, quæ cum sit species uero ha-  
 bet speciem, sicuti Socrates. Est autem generis diuisio scis-  
 sio in continentes species, ut animalium sunt alia rationa-  
 lis, alia irrationalia. Contraria diuisio est generis in spe-  
 ciem scissio per contrarium, uelut per negationem, ut exi-  
 stentium quedam sunt bona, quedam uero non bona. Sub-  
 diuisio est diuisio sub diuisione, ut illud, existentium alia  
     sunt

sunt bona, alia non bona. Eorum autem quæ bona non sunt, alia mala sunt, alia indifferentia. Partitio autem est generis in locos ordinatio, ut Crinis ait, quemadmodum bonorum alia quidem circa animum, alia circa corpus sunt. Amphibolia dictio est duas aut plures res significans, per orationem ac propriètatem, & secundum eandem consuetudinem, ut plura simul in eadem dilectione possint colligi, nesciunt cum dicimus à deo nō possit cecidit: significatur enim eadem non esse aliquid tale, aula ter cecidit: & rursum tunc, tibicina cecidit. Dialectica est, ut ait Posidonius, uerorum, falsorum, ac neutrorum scientia. Ut satur autem ipsa, ut Chrysippus ait circa significantia & significata. Hæc igitur atque huiusmodi de speculatione uocis differunt. Porro in loco qui de rebus significatis est, constructur oratio de his que dici possunt, & persiculis enuntiationis ac syllogismis, item de deficientibus, & prædicamentis, rectisq; ac supinis. Aliunt autem illud dici posse quod secundum rationalem subsistat imaginationem. Eorum uero alia dicunt esse perfecta. Stoici, alia imperfecta. Ac deficientia quidem sunt, quæ imperfectam habent enuntiationem, ueluti cum dicimus, Socrates scribit: queritur enim, quis: Perfecta uero sunt, quæ plenam habent enuntiationem, ueluti cum dicimus, Socrates scribit. Itaque deficientibus quidem prædicamenta, perfectis uero enuntiationis, syllogismi, interrogations, responsiones applicantur. Est autem prædicatum quod de aliquo enuntiatur, aut res de aliquo, aliquibus ue composita, ut Apollodorus ait, siue dicendum deficiens constructum recto casu ad enuntiati generationem. Prædicatorum autem, alia quidem sunt accidentia, ut nauigare per scopulos, atque alia quidem predicata recta sunt, alia supina, alia neutra. Recta quidem sunt, quæ conseruantur cum aliquo ex casibus obliquis,

quis, ad prædicti generationem, ut est, audit, uidet, loquitur. Supina uero sunt, quæ cum particula passiva confiriuntur, ut est, audior, videor. Neutra sunt, quæ neutrō se habent modo, ut est sapere, ambulare. Reciproca in agendo & patientio uero sunt, quæ in supinis supina non sunt. Sunt autem actiones cuiusmodi est illud, tondetur, se enim qui tondetur cōpletebitur. Obliqui uero casus sunt genitius, datus, accusatius, ablatus. Enuntiatum uero est id quod est uerum aut falso est, aut perfecta res negans quantum in scipso, ut Chrysippus in dialecticis definitionibus scribit. Enuntiatum est, aut uegans, aut affirmans quantum in se ipso, puta dies est, Dion ambulat. Appellatum est autem Grece ἀφίειν quod affirmet uel neget. Nam qui dicit, dies est, uidetur affirmare diem esse. Si enī dies sit, uerum est quod proponitur enuntiatum, si uero non, falso. Differt autem enuntiatum, & interrogatio, & percontatio, & imperativum, & adiurativum, & substantivum, & appellativum, & enuntiatio simile. Enuntiatum quippe est, quod dicentes pronuntiamus quippiam aut uerum aut falso esse. Interrogatio, res est perfecta quidem sicut enuntiatum, sed quæ responsione requirat, ut est, num dies est? Hoc neq; uerum neq; falso est. Itaq; dum dicimus, dies est, enuntiatum est, dum uero dicimus, Num dies est? interrogatio. Percontatio uero res est ad quam signanter respondere non possumus, sicut in interrogacione etiam, sed dicere, in hoc loco habitat. Imperativum autem res est, quam dicentes imperamus, ut est illud:

Σὺ μὲν βάθι τὰς ἐπὶ θύρας πόρες.      hoc est,

Tu uerticosi uade ad Inachi uadum.

Adiurativum est res quam si deceat quippiam, compellet oportet & obtestetur, ut illud est:

Atpūsl

Ἄτρεδον μέγιστη ἄκρας ἀνθρώπῳ Αγάμεμνον.  
Maxime Rex hominū multorū Atrida Agammemnon.  
Est autem simile pronuntiatio, id quod enuntiati prolationem habens ex quadam parte, abundat, seu uitium extractus enuntiatorum cadit, ut illud:

Οὐχὶ νελός γέ ὁ παρθένος;  
Ὄς Πειραιῶνοι τεφρὸς ὁ Βουλᾶς. hoc est,  
Formosus an non est hic virginum locus?

Quām similis est hic Prismi natis subsequi.  
Est et ambigures quædem ab enuntiato differens, quem si dicat, quispiam ambigat. Non ne simile aliquid est dolor atq; uita? Neq; enim uerae neq; falsæ sunt interrogations et perconationes, et his similia, cùm pronuntiata aut uera sint, aut falsa. Enuntiatorum alia simplicia sunt, alia non simplicia, ut ait Chrysippus et Archedemus et Athenodorus et Antipater et Crinis. Simplicia quidem sunt quæ constant ex enuntiato non ambiguo, uel ex enuntiatis, scilicet dies est. Non simplicia autem sunt, quæ constant ex enuntiato ambiguo, uel ex enuntiatis. Ex enuntiato quidem ambiguo, ueluti si dies est. Ex enuntiatis uero, si dies est, lux est. In simplicibus uero pronuntiatis est enuntiatum et negativum et priuatuum et prædicatum et indefinitum. In his autem quæ simplicia non sunt, est conexum et solutum et implicitum et disiunctum et causale, et quod explicat id quod maius est, atq; id quod minus est, pronuntiati quidem, ut non dies est. Est autem huius species quæ superenuntiatio dicitur, ea uero est enuntiatio enuntiatum, ut non dies est, ponit autem dies est. Negativum uero est quod constat ex negativa particula et prædicato, ut nullus ambulat. Priuatuum uero genus est, ex priuante particula et enuntiato consistit secundum uim, ut istud

inhumanus est iste. Prædicatiuum autem est quod constat ex recto casu & prædicato, ut Dion ambulat. Indefinitum est quod ex indefinita particula, sive ex indefinitis particulis constat, ut aliquis ambulat, ille mouetur. Porro non simplicium enuntiatorum coniunctum quidem est, ut Chrysippus in Dialecticis, & Diogenes in arte Dialectice tradunt, quod constat per si, coniunctionem coniunctiuam. Vult autem hæc coniunctio ut subsequens statim sequatur, quod præibat, ut si dies est, lux est. Adiunctum uero est, ut Crinis ait, in arte Dialectica, enuntiatum quod à coniunctione, quoniam, dependet incipiens à pronuntiatio & in enuntiatum desinens, ut quoniam dies est, lux est. Spondet autem coniunctio ista, secundum item sequi post primum, primumq; subsistere. Complexum uero enuntiatum est quod copulatiuis quibusdam coniunctionibus constat, ut & dies est & lux est. Disiunctum autem est quod aut coniunctio disiuncti disiungit, ut, aut dies est, aut nox est. Denuntiat autem ista coniunctio alterum enuntiatum falsum esse. Causale autem est enuntiatum quod per quia constitutur, puta, quia dies est, lux est, perinde ac causa sit secundi, primum. Declarans autem quod potius dicitur enuntiatum, est quod construitur per eam coniunctionem potius, quod declarat, & media enuntiatorum ponitur, ut potius dies est quam nox est. Declarans uero minus, pronuntiatum est superiori contrarium, ut minus nox est quam dies est. Preterea enuntiata illa secundum ueritatem & mendacium sibi inuicem opposita sunt, quorum alterum negatur ab altero, ut dies est, & dies non est. Coniunctum ergo uerum est, cuius oppositum principali intentioni dicentis repugnat, ut si dies est, lux est. Hoc uerum est, nam non lux, quod dicitur oppositum designanti, repugnat ei quod dicitur,

cisur, dies est. Coniunctum aut falsum est cuius oppositum antecedenti non reluctatur, ut si dies est, Dion ambulat. Nam illud, Dion non ambulat, non repugnat ei quod dicitur, dies est. Adiunctum autem uerum est, quod a uero inchoans in consequens definit, ut quoniam dies est, Sol est supra terram. Falsum autem aut a falso incipit, aut non in consequens definit, ut quoniam nox est, Dion ambulat, si dicitur id de die. Causale autem uerum est, quod a uero incipiens in consequens definiuit, non tamen habet definiendi initium consequens, ut quia dies est, lux est. Ei enim quod dicitur dies est, sequitur necessarie lux est. sed quod dicimus lux est, non sequitur dies est. Causale uero falso est, quod aut a falso incipit, aut non in consequens definit, aut habet initium definiendi non respondens, ut quia nox est, Dion ambulat. Probabile pronuntiatum est quod ad confessionem inducit, ut si quid aliqua peperit, eius illa mater est. Est autem id falso, neque enim uis ouis est mater. Preterea sunt alia possibilia, alia impossiblia. alia item necessaria, alia non uecessaria. Possibile quidem est, quod probat uerum esse externis non aduersantibus, ne uerum sit, ut uinit Diocles. Impossibile est, quod uerum esse probari non potest, ut terra uolat. Necessarium est, quod cum uerum sit, falsum esse non potest, aut potest quidem, sed que extrinsecus sunt falsum esse conuincunt, ut uirtus utilis est. Non necessarium autem est, quod ex uerum est, ex falso tamen esse potest, si exteriora non repugnant, ut ambulat Dion. Verisimile pronuntiatum est quod plures, ut uerum sit, occasiones habet, ut uiuimus etiam. Sunt item aliæ pronuntiatorum differentiae, ipsorumque ex iniucem in falso ex conuersa incidentie, de quibus latius dicimus. Oratio est, ut Crinis ait, quæ constat ex lemmate uel lemmatis,

matis, & assumptione, & conclusione. Est autem huiusmodi, si dies est, lux est. assumptione uero, dies autem est. conclusione, lux ergo est. Modus autem est uelut orationis figura, cuiusmodi est illud: si primus est, secundus. at qui primus est, est ergo secundus. Longotropos autem est, quod ex utrisque cōponitur, ut, si uiuit Plato, spirat Plato. At qui prius in se habet, igitur & posterius. Inuenitum est autem id genus in prolixioribus uerborum structuris, ut non necesse esset assumptionem longam, conclusionemq; dicere, sed tantummodo inferre. primum autem est, ergo & secundū. Orationum uero alic quidem conclusionem admittunt, aliae non. Non recipiunt quibus oppositum conclusionis reluctatur lemmatu connexioni, cuiusmodi est hoc, si dics est, lux est. dies autem est, ambulat ergo Dion. Quae uero conclusionem admittunt, partim quidem æquiuocæ id genus dicuntur cōclusionē, partim syllogisticē. Syllogisticæ quidē sunt quæ uel absq; demonstratioē sunt, siue ad eas quæ sunt eiusmodi adducunt, secundum aliquam uel aliqua positiones. Sunt autē huiusmodi, si ambulat Dion, mouetur ergo Dion. Conclusionē autem sunt specialiter que colligunt nō syllogisticē, ut falsum est, dies est & nox est, dies autem est, non ergo nox est. Præter syllogismos autem sunt quæ probabiliter quidem syllogisticis adiacent, non autem concludunt, ut si equus est Dion, animal est Dion, non ergo animal est Dion. Orationum item aliæ uere sunt, aliæ falsæ. Veræ quidem sunt, quæ ex ueris colligunt, ut si uirtus prodest, uitium nocet. Falsæ autem sunt quæ falsum aliquid in assumptionibus habent, uel quæ nō concludunt, ut si dies est, lux est. dies autem est, uiuit ergo Dion. Sunt quoq; possibiles orationes & impossibiles, necessariæ & nō uecessariæ. Sunt etiā quæ quod demonstratiōne

tione non cedant, & abdantur dicuntur. Aliæ quidē apud  
 alios. Ceterū apud Chrysippū quinq; ex quibus omnis  
 ratio texitur, accipiunturq; in concludentibus & syllo-  
 gismis & tropicis. Prima est huiusmodi, in qua omnis ora-  
 tio texitur, ex coniuncto & antecedente, à quo inchoat  
 coniunctum quipiam & desinens, ut si primus, secundus,  
 atqui primus, ergo secundus. Secunda est, quæ per coniunc-  
 tum & oppositum consequentis, oppositam habet ante-  
 cedentis conclusionem, ut si dies est, lux est, atqui nox est,  
 non ergo dies est. Fit enim assumptio ex opposito conse-  
 quenti, conclusioq; ex opposito antecedenti. Tertia de-  
 monstrativa est, quæ per negationem complexione et unū  
 aliquid eorum quæ in complexione sunt, infert oppositum  
 reliqui, ut illud, non est mortuus Plato, & uiuit Plato, at-  
 qui mortuus est Plato, non ergo uiuit Plato. Quartā est  
 quæ per disiunctum, & unum eorum quæ sunt in disiun-  
 cto oppositam habet conclusionem reliqui, ut illud, aut est  
 primum aut secundum, atqui primum est, non est ergo se-  
 cundum. Quintā est in qua omnis oratio construitur ex  
 disiuncto & uno opposito eorum quæ in distincto sunt,  
 infertq; reliquum: ut, aut dies est, aut nox est, non est au-  
 tem nox, dies ergo est. Nam in uero uerum sequitur se-  
 cundum Stoicos, ut dies est, lux est: in falso falso, ut nox  
 est, falso tenebrae sunt: & in falso uerum, ut uolare ter-  
 ram, esse terram. Vero tamen falso non infertur. Nam  
 dum dicimus esse terram, non sequitur ut uolat terra.  
 Sunt item ambiguae quedam orationes, obscuræ ac late-  
 tes, & οὐραῖς, & ceratides, & utides. Est autem ob-  
 scura & involuta oratio huiusmodi, Nō pauca duo sunt,  
 non etiam tria, ne ista quidem, non autē & quatuor, atq;  
 ita usq; decē. duo autem pauca sunt, & decēm igitur. oītē  
 autem

autē est oratio cōiunctiua, ex infinito & finito constans,  
assumptionē uero & conclusionē habens, ut si quis est hic,  
non est ille Rhodi. Ac huiusmodi sunt in logice Stoici, ut  
maxime asserant dialecticum solum esse sapientem. Omnis  
enim res per eam quae in uerbis est speculationem cerni,  
queq; ad naturam pertinent, & que rursum ad mores lo-  
gice egere adminiculo. Quid dicere oportet de rectitu-  
dine nominum, quo pacto statuerunt leges in operibus, nō  
facile dixerim. Porro cum due sint cōsuetudines quae uir-  
tuti subincident, altera quidem quid quodq; sit in rerū na-  
tura inspicit, alia uero quid nocetur. Atq; in bunc modum  
de rationali philosophiae parte disserunt. Enim uero mora-  
lem philosophiae partem in subiectos dividunt locos, ui-  
delicet de appetitione, de bonis & malis, de affectibus, de  
uertute, de fine, dec̄; prima \* estimatione, & de actibus \* aſſiat.  
ac de officijs, de adhortationibus & dehortationibus. In  
hunc autem modum subdividunt, Chrysippus, Arche-  
demus, Zeno Tarsensis, Apollodorus, Diogenes, Antipa-  
ter & Posidonius. Nam Citticus, Zeno & Cleantes, ut  
antiquiores simplicius tractarunt. At hi rationalem, na-  
turalemq; philosophiae partem diuiserunt. Primam autem  
hanc animantis appetitionem fuisse dicunt, scipsum tuen-  
di atq; seruandi natura sibi ipsum ab initio ita cōciliante,  
ut Chrysippus ait in primo de finibus, primum proprium  
eiusq; animali dicens ipsius fuisse commendationem, huiusq;  
\* notionem. Neque enim fas erat animal ipsum uel ab se \* evadere  
alicum fieri, uel omnino id fieri, uel non sibi maxime  
propinquum fieri. Restat igitur ut dicamus hanc ipsum  
sibi maxima concordia & charitate deuixisse. Ita enim  
& noxia propellit, & quae sibi sunt utilia suscipit.  
Quod autem dicitur quidam primam appetitionem ani-

mantibus ad uoluptatem fieri, falso esse cuīcunt. Accessio  
 nem enim arbitrantur si quid sit uoluptatem esse, cū  
 ipsam per se natura inquisicrit, & quæ commendationi sue  
 sunt accommodata percepit, quemadmodum exhibaresunt  
 animalia, uiresuntq; arborcs. Nihil quicquā, aiunt, discre  
 uit natura in arboribus & animalibus, quādo de illis absq;  
 motu noluntatis ac sensu disponit, & in nobis quedam ca  
 ratione fuit. Cū uero ex superfluo appetitio animatibus  
 accreuit, qua utentes peragat quæ sua sunt, in eis quidem  
 naturali quadam ratione appetitionem illam disponi. Ce  
 terū cū rationalibus perfectiore\* precepto data sit ra  
 tio, ut ex illius prescripto & cōuenienter naturae uiuāt,  
 ex natura sibi insitū esse, ea quippe artifex accedit mode  
 ratrixq; appetitionis. Quocirca primus Zeno in lib. de na  
 turā hominis, finem ait consentaneū secundum naturā ui  
 uere, id autem est secundum uirtutem uiuere, ad eam quip  
 pe natura nos duci. Similiter & Cleanthes in lib. de uo  
 luptate, & Posidonius, & Hecato in lib. de finibus. Rur  
 sus secundum uirtutem uiuere, idem est quod secundū ex  
 perientiam eorum quæ secundum naturam accidunt uiue  
 re, ut Chrysippus in primo de finibus ait, partes enim na  
 turae uniuersi sunt naturae nostrae. Idcirco finis efficitur  
 \* consentaneū secundum naturam uiuere, secundum suam  
 atq; uniuersorū naturam, nihil eorum faciendo que à cō  
 muni lege prohibentur, quæ est recta ratio in omnes per  
 ueniens, eademq; in Ioue hoc principe gubernationis oon  
 nium quæ sunt. Esse autem hoc ipsum felicis hominis uir  
 tutem & copiā uitæ cum omnia geruntur ex cōcentu qui  
 apud uniuersumq; est pro uoluntate gubernationis oonniū.  
 Diogenes igitur fine diffinit esse rationi rite obtē perare  
 in eis eligendis quæ secundum naturam sunt. Archedemis

autem

autem nihil officiorū omittendo uiuere. Naturam autem Chrysippus quidem eam cui consentaneè oporteat uiuere, & cōmūnem intelligit, & propriè humānā. At uero Cleāthes cōmūnc tantummodo naturam, suscipit, quam sequi oporteat, non etiā particularem. Virtutemq; affēctiōnē esse cōsentientem, & ipsam propter seipsam esse uirtutem, nō ob metum aliquem aut spem, aut aliquid eorum que sunt externa, sed in sece cuiusq; cōstitutam esse beatā uitā. Nam cūm sit animæ insita ad confessionē totius uitæ: peruersi autē rationale animal plerūq; exterioribus negoīis inductum, plerūq; rationaliter persuasum, aliquādo autem ob familiarium<sup>\*</sup> instructionem. Natura enim occasio- <sup>\* natūrālē</sup>nes dat minimè peruersas. Est autem uirtus alia quidem cōmūniter omnibus perfectio quædam, ueluti statua, alia inuisibilis, ueluti sanitas, & alia speculativa, ut est prudentia. Ait enim Hecato in primo de uirtutib; scien- tiam quidem & speculatiās quæ ex speculationib; con- stant uirtutes tueri, ut prudentiam atq; iustitiā. Specula- tione autem uacantes eas quæ ita sūmē per extensionem inspiciātur, ut illæ quæ ex speculationib; cōstant, ueluti sanitatem & robur. Quippe & insipientiā quæ & in spe- culationis parte est, se qui contingit, ac proferri sanitatem, non secus ac <sup>\* forniciis</sup> structuræ robur accedere. Appel- <sup>\* φαντάσιο</sup>lantur autem ab iōp̄oī, quia cōfessiones non habent, sed accedunt, & circa ignuos sunt, ut sanitates & uires. Ar- gumentū uero quod substantialis uirtutis sit, ait Posidoni- us in primo moralis orationis, quod in projelli faciunt Socrates, Diogenes, & Antisthenes. Esse autē & uitium subsistens, quia uirtuti opponatur. Docibilē uero esse uirtutem & Chrysippus in primo de sine dixit, & Cleāthes & Posidonus in exhortationib; & Hecato. Quod autē docib

docibilis sit ex eo constat, quod boni ex malis sicut. Panes-  
tius quidem duas posuit virtutes, contemplationem & affi-  
uam. Alij tres, rationalem, naturalem, & moralem. Qua-  
tuor Posidonius, plures Cleanthes, Chrysippus, & Anti-  
pater. A pollophanes uero unam dicit virtutem, prudentiam.  
Porro uirtutum alias quidem primas, alias uero eis subie-  
ctas. prius quidem, ac ueluti principes has esse, pruden-  
tiam, fortitudinem, iustitiam, temperantiam. harum autem  
in specie, magnanimitatem, conscientiam, tolerantiam, in-  
genium, consilium. Ac prudentiam quidem scientiam, esse  
bonorum ac malorum, ac mediorum. Iustitiam uero scientiam  
eorum que eligenda sunt, queque fugienda, queque sunt me-  
dia. Ceterim magnanimitatem, scientiam que habitum fa-  
ciat excelsorem omnibus que contingere possint ex aequo,  
bonorum ac malorum. Continentiam uero affectionem in-  
superabilem recte rationis, siue habitum uoluptatibus in-  
uictum. Porro tollerantiam, scientiam, siue habitum earum  
rerum quibus insistendum sit, uel non, atque mediarum.  
Ingenium autem habitum celerem officij inuentorem. Co-  
silium uero, scientiam inspicendi quae nam, & quo pacto  
gerentes utiliter quipiam operemur. Consentaneum est  
autem uitiorum quoque alia prima, alia his esse subiecta,  
puta imprudentiam, formidinem, iniustitiam, intemperan-  
tiam, incontinentiam, & hebetudinem, & malum consilium  
his esse subiecta. Esse autem earum rerum ignoracion initium,  
quarum sciencia uirtus sit. Bonum uero communiter quidem  
id esse quod sit utile, proprietate uero siue idem, siue ab utili-  
tate non alienum. Quocirca ipsam quoque uirtutem & parti-  
ceps ipsius boni, ita tripliciter dici, cuimodo sit, bonum  
ex quo contingit, ueluti in uirtutis actum. A quo autem  
ueluti studiosum uirtutis participem. Aliter ita proprietate de-  
finiunt

finiunt bonum, quod sit perfectū secundum naturam rationalis uel quasi rationalis. Huiusmodi uero esse uirtutē, ut participes sui actus ac probos reddat. Accessiones uero ipsius gaudium esse & letitiam, & his similia. Eodem modo & in malis, aliud quidem esse imprudentiam, formidinem, iniustitiam, & his similia. quae autem participant uitiosos esse actus & malos homines. Horum esse acerbiores maxorem & angorem, & cetera in hunc modum. Praterea bona alia esse circa animum, alia extrinsecus, alia neq; circa animum neq; extra. Ea quidem que sunt circa animū, uirtutes esse, uirtutisq; actiones. Quae uero extrinsecus sunt, nobiliter habere patriā, & amicum charum atque probum, harumq; rerum comitem felicitatem. Quae uero neq; extrinsecus neq; in animo sunt, quemq; ipsum sibi ipsi esse bonum ac felicem. Rursus autem mala partime esse circa animū, ipsa uidelicet uitia actusq; uitiosos, partim extrinsecus, ut stultam habere patriam & stolidum amicum, & quae ista consequuntur. Infelicitate partim neq; extrinsecus esse, neq; circa animum, ut ipsum sibi ipsi esse malum, atq; infelicem. Item bona alia versari circa fines, alia in effectu consistere, alia utrungq;. Simul esse amicum quidem, & quae ab ipso nobis proueniunt commoda, effectu esse bona. Porro confidentiam, & magnitudinem animi, & libertatem, & oblationem, & letitiam, & tranquillitatem, omnemq; uirtutis actum, finis in parte esse, eadem uero utrungq; simul esse. Nam ex eo quidem quodd perficiunt felicitatem, effectiva sunt bona: ex eo uero quod illam ueluti partes ipsius implēt, ad finē pertinet. Par iratione malorū quoq; alia esse finalia, alia effectiva, alia in utrungq; modum se habentia. In inuicem tempore & quae ab ipso oriuntur incommoda effectiva esse,

Stupiditatem autem & humilitatem, & scrupulū, & mo-  
 lestiam, & mœrorem ac tristitiam, omnem actum malitie  
 ad finem pertinere. Ea uero se utroq; modo habent: Nam  
 & ex eo quod inscrunt infelicitatem, affectiua sunt: & ex  
 eo quod eam, utpote ipsius partes, implent, ad finem per-  
 tinent. Prætere abonorum animi, alia habitus sunt, dia-  
 \* diuersas. affectiones, alia neutrū corū.\* Affectiones quidē virtutes  
 \* iriguntur. sunt, habitus autem studia. Porro\* actiones neq; habitus  
 neq; affectiones sunt. Cōmuniter autē bonorū quadā sunt  
 mixta, ut fœcunditas prolis, & quieta senectus. Simplex  
 uero bonū est scientia, ac semper quidem præsentia bona  
 virtutes, non semper autē, ut gaudiū, deambulatio. Bonum  
 autē omne conduceat, & oportū, & cōmodū, & utilē,  
 & honestam, & pulchrū, & optabile, & iustum esse. Cō-  
 ducēs quidē quod ea cōferat, quibus emolumētum capi-  
 mus. Oportū quod ea que oportet cōtineat. Commodū,  
 quod ad id accommodatū sit, ut excedat emolumento ex-  
 trinsecus cōtra cōtractā cōmēcia. Utile, quod usum pre-  
 stet utilitatis. Honestū uero quod laudabilem cōuenientiā  
 operetur. Pulchrum, quod moderatē sui usum præbeat:  
 ἀπίλημα, quod tale sit ut iuuare posse. Optabile, quod  
 eiusmodi est ut optione præposita meritō id eligamus. Iu-  
 stum uero, quod iuri ac legi cōcordet, efficiatq; societates.  
 Honestū autē quod sit, perfectū dicūt bonū quod omnes à  
 natura habeat quæsitōs numeros, sitq; perfectē moderatū.  
 Eius quatuor species tradūt, iustitiā, fortitudinē, tēperan-  
 tiā & scientiā. Porro his honestas actiones consummari.  
 Eadē itidē rationetur quod est, in species quatuor scin-  
 dunt, in iniustitiā, formidinē, intemperantiā, & insipien-  
 tiā. Dici autem honestum unicē quidem, quod eo qui  
 hoc prædicti sunt, meritō omni laude dignos facit. Aliter  
 autem

autem bene & aptè ad opus suum natum esse. Aliter uero quod exornet, cum dicimus solum sapientem bonum, honestumq; esse. Dicunt autem quod honestum sit, id solum esse bonum, ut Hecato in primo de bonis ait, ut Chrysippus in libro de honesto. Id autem esse virtutem & quod sit virtutis particeps, cui aequale illud est, bonum omne quod sit, id etiam honestū esse. Honestū autē ac bonum tantum ualere. Id autē huic simile est. Nam quia bonum est, honestum est: Est autem honestum, bonum ergo est. Putant & omnia bona esse paria, bonumq; omne sumu no per esse appetendum, idq; nec augmentum suscipere, nec detrimentū. Eorum autem quæ sunt, aiunt alia bona, mala alia, alia neutra. Bona quidem uirtutes esse, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, & cetera id genus. Mala uero his opposita ultiā, imprudentiam, iniustition, & cetera. Neutra uero, quæ neq; prosunt neq; obfunt, ut est uita, sanitas, pulchritudo, uoluptas, uires, opes, gloria, nobilitas, & quæ eis opposita sunt, mors, aegritudo, dolor, turpitudo, infirmitas, inopia, obscuritas atque ignobilitas, & his similia, ut ait Hecato in septimo de fine, & Apollodorus in Etice, & Chrysippus. Non enim esse ista bona, sed indifferentia per speciem producta. Sicut enim caloris proprium est calefacere, non refrigerare, ita & boni propriū prodeſſe est, & non nocere. Non autē magis prosunt, quam noceat opes atq; sanitas. Quo autē bene & male uti possumus, id bonū non est: diuinitis autem & sanitate bene & male uti possumus, nō est igitur bonū opulentia & sanitas. Posidonius tamen ista quoq; bona esse dixit. Sed neq; uoluptatē bonū esse dicunt, & Hecato in nono de bonis, & Chrysippus in libris de uoluptate. Esse enim & fædas uoluptates; uerū nihil quod scđum

fit esse bonum. Prodeesse autem est mouere, aut habere securum uitutem. Contrà uero nocere est mouere, aut habere secundum uitium. Duobus autem modis dici indifferetia. Uno quidem, ea quae neque ad felicitatem, neque ad infelicitatem conferunt, ut sunt diuitiae, sanitas, uires, gloria, et cetera id genus. Nam ex sine his contingit felicem esse, cum earum usus uel rectus felicitatis, uel prauus infelicitatis autor sit. Aliter autem dicuntur indifferetia, que

\* apriam. neque appetitum, neque occasionem mouent, ut est, uel \* partes in capite habere capillos, uel imparies, uel extendere, uel contrahere digitum. Priora enim quae diximus indifferetia non ita se habent. Illa quippe ex appetitu et occasione mouent. Iccireo alia quidem ex eis eliguntur, cum cetera ex qua ratione uel eligenda sint, uel fugienda. Porro

\* apertuura. indifferetia alia quidem producta sunt, quae nocant, alia abducta. Producta quidem, quae habeant existimationem abducta uero quae existimatione careant. Existimationem uero quidem conferre aliquid ad consentaneum uitium, que circa omne bonum est. Aliam uero mediam quandam uim, aut usum conferre ad eam uitam que sit secundum naturam, cuiusmodi dicere possumus opes atque sanitatem, si quid affectant commodum ad naturalem uitam. Metuere enim nunquam sapientem, sed cauere. Cupiditati uoluntatem contrariam dicunt, que sit appetitio rationabilis. Quemadmodum igitur sub prioribus perturbationibus quedam cadunt, ita et sub primis affectionibus. Namque uoluntati adiungi benevolentiam, placiditatem, lenitatem, dilectionem. Cautioni autem uerescundiam, castitatem, et cetera id genus. Gaudiorum, iocunditatem, laetitiam, et quanitatem. Atiunt autem ex semper quietum esse, ac perturbationibus uacuum. Ese item et aliud sine affectu malum, quod tantundem ualeat, ac

si dicatur durus & ad uirtutis actiones immobilis. Fastu  
itidem uacare sapientem, quippe tanei honorem & gloriā  
existimare, quanti dedecus & ignominiam esse & malam  
quemlibet sine fastu. Quippe qui ex quo mouetur ad decus  
& ignominiam. Seueros item aiunt esse sapientes omnes,  
quod neque ipsi loquantur ad uoluptatem, neque ab aliis ad  
uoluptatem dicta admittant. Esse autem & alios seueros qui  
ad rationē acris uini seueri dicantur, quo ad medicamenta  
potius quam ad \* propinacionem utuntur. Synceros item \* ευτυχεία  
esse sapientes, obseruareque & cauere solitè, ne quid de se  
melius quam sit conuēdere putemur, fuso seu arte aliqua  
mala occultante, & bona que insunt apparere faciente, ac  
circuncidere uocis omnem fictionem. Esse itidem speciem  
& negotijs remotos. Cauere enim ne quid præter officium  
ficiant, ac eos uinum quidem bibere, non autem inebriari.  
Nunquam item sanitatem mentis excidere. Incidere tamen  
aliquando in imaginationes absurdas, propter atræ bilis  
redundantiam, siue ob delirationē, non quidem deviatione  
rationis, uerū ex imbecillitate naturæ. Neque dolore ea  
pirendum sapientem, quod ea exigitudo sit animi, ratione  
aduersante, contractio, quemadmodum Apollodorus ait,  
in moralibus. Diuinos quoque esse, quod in seipsis quasi ha  
beant deum. Malum uero, impium & sine deo esse, quod  
duplici ratione accipitur, siue quod deo contrarius dicatur,  
siue quod aspernetur deum. Id tamen malis omnibus non  
conuenire. Pios autem & religiosos esse sapientes, peritos  
euim esse diuini iuris omnes. Porro pietatem scientiam esse  
divini cultus: dij s item eos sacrificia facturos, castosque futu  
ros. Quippe ea quae in deos admittuntur peccata detestari,  
dij sque charos ac gratos fore, quod sancti iustique in rebus  
divinis sint. Solos uero sacerdotes esse sapientes, consu  
lere

lere quippe ac decernere \* uero cum errore fiunt, ut multilare se ipsum, substantiamq; proiecere : eadem ratione et de his que praeter officium sunt. Preterea officiorum alia quidem semper efficienda sunt, alia uero non semper. Et semper sane, ut est interrogare atq; respondere, et umbulare, et eius generis omnia. Eadē et in his que sunt. praeter officium ratio est. Est etiam in medijs officiū aliquod, ut est pueros obtemperare paedagogis. Aliunt autē animā octo in partes esse diuisam. Esse autem has illius partis quinq; sensus, et uocis et cogitationis instrumentum, que est ipsa mens, et generandi uim. Enim uero ex falsis accedere mentis peruersiōnem, ex eaq; complures pullulare perturbationes, atq; inconstantiae causas. Est autē secundū Zenonem ipsa perturbatio irrationabilis ac praeter naturā animi motus, aut immodicus animi impetus. Porro perturbationum supremarū, ut ait Hecato in secundo de perturbationibus, ac Zeno in eo quem scripsit itidem de perturbationibus libro, quatuor esse genera, dolorē, metū, concupiscentiam, uoluptatem. Putant autem perturbationes iudicia esse, ut Chrysippus in libro de perturbationibus ait. Quippe auaritiam opinionē esse de pecunia, quod honesta sit: ebrietatemq; itidem, et intemperantiā, et cetera similia. At dolorem quidem irrationabilem animi contractionem esse. Eius autem species misericordiam, inuidiam, emulationem, zelotipiam, angorem, conturbationē, tristitiam, mærorē, confusionē. Misericordiā dolorem esse ex alterius prolata iniuria. Inuidiam uero dolore esse, in alienis bonis. Emulationem dolorem ex eo, quod aliis, eo potiatur quod quisq; cupierit. Zelotypiam et gritudinem esse ex eo ueniente, quod ad sit alteri quod ipse quisq; habeat. Angorem uero et gritudinem esse premētū, Con-

turb

turbationem ægritudinem esse urgenter, difficultatemq;  
prestantem. Tristitia ægritudinem altius insitam animo,  
atq; crescentem. Mærorum ægritudinem laboriosam. Cō-  
fusionem ægritudinem esse irrationabilem, mordentem, et  
presentia conspici prohibentem. Timorem autem esse me-  
tum impendentes mali. Porro ad timorem et ista referunt,  
metum, pigritiam, pudorem, terrorem, tumultum, anxietati-  
tem. Esse autem metum timorem trepidationem facientem,  
Pudorem metum esse ignominiae. Pigritiam metum futuri  
laboris. Terrorum metum ex insuete rei imagine profici-  
scientem. Tumultum metum esse cum adhæsione uocis. Cō-  
cupiscētiā uero irrationalem esse appetitum, cui et ista  
tribuantur, indigentia, odium, contentio, ira, amor, iracun-  
dia, excandescētia. Est autem indigentia cupiditas que-  
dant cùm eo nō potimur quod cupimus, ac ueluti à re ipsa  
separata, frusta uero ad illum nititur. Odium uero est cu-  
piditas qua male cuiquam optamus, cum profectu aliquo  
et incremento. Contentio cupiditas quedam est circa op-  
inionem tuendam. Ira libido puniendi eius est, qui laesisse  
uideatur iniuria. Amor autē est cōcupiscentia quedam in  
prestanti ingenio uiros non cadens. Est enim insidiatrix  
industriæ et studij per apertam ac se ingenerentem pulchri-  
tudinem. Iracundia est ira inueterata et plena odij, ulci-  
scendi tempus obseruans, quod hisce uerbis ostenditur:

Ἐπιτεγ γῳ τε χθῷ ὅπ γε καὶ αὐτῇ μαρ νεῖστε τε

Ἄνδραι καὶ μελόποιοι δεψ ἵχει κότορ δέρρα τελεῖσσι. hoc ē,  
Nam si quidem ad tempus bilem sibi concoquat atram,

Non tamen ira animo exceedet nisi poena sequatur.

Porro excandescētia est ira nascens, et mox subsistens.  
Ceterū uoluptas est irrationabilis eius rei appetitus que  
uideatur expetenda. Eius partes sunt, delectatio, gaudium

in malis, oblectatio, effusio. Est autem delectatio uoluptas sauitate auditus animam deliniens. Insultatio autem uoluptas in malis alienis. Obiectatio quædam est induitio animi; inclinatio, ad uoluptatem emolliens. Effusio uero virtutis dissolutio est, atq; reuissio. Sicut autem in corpore sunt ægrotationes quædam, ueluti podagrae, & articulorum dolores, ita & in animo glorie, & uoluptatis appetitio immodica, & ceteræ eiusdem generis. Est ægrotatio morbus cum imbecillitate. Morbus autem opinatio uehementis eius rei quæ uideatur expetenda. Et sicut in corpore casu giguantur ægritudines, quemadmodum κατάρροι, & διάρροιαι, ita & in animo sunt quædam procliuitates, ut insidentiae, contentiones ac similia. Esse autem & bonas affectiones diunt tres, gaudium, cautionem, uoluntatem. Esse uero gaudium placidum, & constans contrarium dolori, rationabilemque uoluptatem. Cautionem uero, malorum declinationem cum ratione timori contrarium, quæ est declinatio sine ratione. Nam metuere existimationem probati uießitudinem, quancunq; statuerit peritus rerum, ut uerbi gratia, commutare cum hordeo triticum. Esse igitur producta, quæ & existimatione habent, ut in eis quidem quæ ad animam pertinent, ingenium, artem, profectum, & his similia. In corporalibus autem, uitam, sauitatem, robur, bonam habitudinem, integratatem, pulchritudinem. In eis uero quæ sunt exterius, diuitias, gloriam, nobilitatem, & in his similia. Contrà autem superioribus, in his quidem quæ ad animum pertinet, obtusitionem, hebetudinem, inertiam, & his similia. Porro in rebus corporis, mortem, morbam, imbecillitatem, malam habitudinem, debilitatem, turpitudinem, & his similia. In exterioribus autem, paupertatem, obscuritatem, ignobilitatem, & cetera in hunc modum.

Neq;

Neq; uero producta sunt, neq; non producta, quæ necutro  
se habent modo. Præterea productorum alia quidem per  
scipsa producta sunt, alia uero propter alia, alia & pro-  
pter scipsa, & propter alia. Per scipsa quidem, ut inge-  
nium, profectus, & similia. Per alia uero, ut diuitiae, nobis-  
titas, & cætera id genus. Ob scipsa uero & alia, ut ua-  
lentia, uiuacitas, sensuum incolumentas. Per scipsa quidem,  
quia per naturā sunt: per alia uero, quia non modico usui  
sunt. Eodem sc̄ modo habet abductum contraria ratione.  
Officium autē id esse dicunt, quod cur factum sit probabi-  
lisratio reddi potest: pertingere autem id ad arbores etiā  
& animantes. Notari nāq; & in his officia. Ceterū &  
à Zenone primo τὸ καθῆκον ita appellatum est officium, ex  
eo quod per quosdam ueniat, appellatione sumpta. Esse  
autē id actionē quandā naturalibus rebus propriā. Nam  
ex his quæ secundū appetitum geruntur, alia quidem esse  
officia, alia præter officium. Ea uero officia intelligenda,  
quæ ratio facienda suaserit, ut parētes honorare, fratresq;  
ac patriam tueri, amicos parare, illisq; adesse. Præter offi-  
cium sunt quæ ratio fugienda suggesterit, ut est parētes ne-  
gligere, fratribus omittre curā, amicis non consentire, pa-  
triāq; aspernari, & cætera in hunc modum. Quæ autem  
ratio fieri, neq; ueritat, neq; postulat, ea neq; officium esse,  
neq; præter officium, ut est festucā tollere, tenere stylum,  
urceum & cætera id genus. Atque alia quidem officia \* suuylida.  
esse absq; errore, alia cum errore. Sine errore quidem, ut  
ualeitudinem suam, sensusq; tueri & similia. Quæ de sa-  
crificijs, templorum instructionibus\* inductionibusq; cæ-  
teris quæ sunt dijs gratissima. Colendos item parentes ac  
fratres secundum deos monent. Aliunt autem affectum &  
indulgentiā in filios ipsis esse naturalē, malisq; inesse ne-  
gant,

gant. Peccata item paria existimant, ut Chrysippus sit  
 in 1111. naturalium quæstionum, Persæusq; et Zeno.  
 Nam si uerum uero maius non est, nec falso maius  
 erit, ita nec fraus fraude, nec peccato peccatum. Nam et  
 qui centū stadijs abest à Canopo, et qui uno, eque in Ca-  
 nope non sunt, ita et qui minus peccat, et qui amplius,  
 eque in recto opere non sunt. Heraclides tamē Tarsensis  
 Antipatri Tarsensis necessarius, atq; Athenodorus impe-  
 ria peccata dicūt. Accessurū item sapientem ad reūp. nisi  
 quid impedit, ut Chrysippus in 1. de uitis ait: namq; et  
 uitia propulsaturum, et ad uitutem excitaturum cives  
 suos. Vxorem item ducturum, procreandorum libero-  
 rum causa, ut Zeno ait in repu. Sapientem præterea non  
 opinaturum, hoc est, mendacio non accessurum, neq; assen-  
 surum cuiquam, cynicam sectam amplexurum: esse enim  
 illam ualidam ac celerem ad uitutem uiam, ut Apollodo-  
 rus in moralibus fatetur. Gustaturū insuper humanas car-  
 nes, si ita casu obuenierit. Solumq; sapientem esse liberum,  
 malos autem seruos. Esse enim liberalitatem per se ali-  
 quid agendi, qua stulti et mali omnino careat. Esse autem  
 et scrututem aliam que in subiectione consistat, et ter-  
 tiam que in conditione ac subiectione sit, cui opponitur  
 dominatio et ipsa mila. Non modò autem liberos esse sa-  
 pientes, uerum et reges. Cum sit regnum imperium ne-  
 mini obnoxium, quod de sapientibus solita scritur, ut Chry-  
 sippus ait in lib. quod Zeno propriè sit usus nominibus.  
 Statuere enim ait oportere principem de bonis ac malis;  
 haec autem malorum scire neminem. Similiter ad magi-  
 stratus, et iudicis, et oratoriam solos illos idoneos, nem-  
 neniq; malorum. Esse itidem et inculpatos, quod in peccata  
 incidere non posint: esse innocuos, nam neq; alijs nocere,

neq;

neq; sibi: misericordes autem non esse, neq; ueniam alicui habere. Neq; enim prætermissores constitutos à lege cruciatu. Nā cedere misericordiaq; & māsuetudo ipsa nulli inest animæ, aduersus cruciatus simulatione benignitatis, neq; illos arbitrii duriores. Sapientem nihil corum admirari, quæ uideantur inopinata, & insperata, ut Charonia, fluxusq; maris ac refluxus, & fontes calentium aquarum, atq; ignium evaporationes. Enim uero neq; solitarius, inquiunt, sapiens uiuet. Est enim familiaris natura atque actione gardet, exercitationemq; suscipiet firmandi acroborandi corporis causa. Orabitq; inquiunt sapiens, acuota faciet, bona à diis postulans, ut Posidonus in primo de officijs, & Hecato in tertio de paradoxis aiunt. Dicunt item amicitiam solos inter bonos quos sibi inuicem studiorum similitudo conciliet, posse consistere. Porro amicitiam ipsam societatem quandam esse dicant omnium, quæ sunt ad uitam necessaria, cum amicis ut nobisipsis utamur: atq; ob id amicum eligendum pronuntiant, amicorumq; multitudine inter expetenda ponunt: inter malos non posse constare amicitiam. Cum nemine stultorum esse litigandum, omnesq; stultos insanire. Neq; enim prudentes, esse uerum per insaniæ e qualibet stultitiam omnia gerere. Sapientem omnibus benefacere, sicuti & Ismeniam dicimus tibiis omnibus bene cecinisse. Sapientum quoq; esse omnia. Quippe perfectam illis potestatem à lege præstitam. Cæterum malorum ac stultorum quidem esse quemadmodum & iniquorum, aliter quidem ciuitatis, aliter utentium dicimus. Virtutes sibi inuicem ita esse connexas, ut qui unam habuerit, omnes habeat: esse enim illarum communius speculations, ut Chrysippus in primo de virtutibus, & Apollodorus in physice secundum \* antiquum morem, & He-

catō in l. i. de uirtibus aīunt. Qui enim probni sit, ea  
difficere, ex agere que sīt agenda, quæ uero facienda  
sīt, ed & eligenda esse & sustinenda & distribuenda ex  
perseueranter tenēda. Sequuntur autē prudentiā consilio-  
rum maturitas, & intelligentia, temperantia uero ordinis  
dexteritatis, & ornatius. Inſtitiam autem equitas & grati-  
tudo, fortitudinemq; cōstantia atq; ualentia. Placeat autem  
eis nullam inter uirtutem ex uitium esse mediū. Peripateti  
eis contrā inter uirtutem ex uitium profectum faciēnib;  
Quemādmodū enim lignum aut distortum aut rectū oper-  
tere esse uīunt, ita inſtūm uel iniſtūm neq; uero inſtūs ne-  
que iniſtūs, atq; in ceteris ſimiliter. At uirtutem Chry-  
ſippus quidem amitti posse, Cleantes uero non posse ait.  
Ille posse amitti per chriſtatem & atram bilem, ille non  
posse ob ſirmas ac ſtabiles comprehenſiones, ipſam uero  
effe eligendam. Erubescimus deuiq; in hiſ qnæ male agi-  
mus, adeo ut quod ſit honestum, id ſolum ſcimus effe bo-  
num, ipſamq; ſibi ſufficere ad bene beateq; uiuendum, ut  
ait Zeno ex Chryſippus in libro de uirtutibus, & Heca-  
to in ſecundo de bonis. Si enim, inquit, magnitudo animi  
ſola ſufficit, qua onines fastigio mentis tranſcendam, i-  
psaq; pars uirtutis eſt, profeſſor & uirtus ſola ſufficit ad  
beatam uitam, ea quoq; cōtemnens quæ moleſta uidentur.  
Panætius tameu ex Poſidonius uirtutem minimè ſufficeret  
dicunt, uerū opus eſt bona ualeſtudine, & affluentia re-  
rū & robore. Placeat itē eis uirtute ſemper uti, ſicuti Clean-  
thes ait. Amitti enim non potest, ſemperq; perfecto animo  
utetur sapiens. Natura quoq; ius non poſitione conſtare,  
ſicut ex legē & rectā rationē, ut Chryſippus in libro de  
honesto ait. Videtur autē eis ne diſſonantia quidē à phi-  
loſophia diſcedere. Haç enī ratione prius deſcēturā om̄ē.

itum quam defuturam philosophiam, ut Posidonius in exhortationibus ait. Liberales quoq; disciplinas esse magnus sapienti, Chrysippus autor est. Placet item illis nullum nobis ad animantes ceteras ius esse, ob naturae dissimilitudinem, ut Chrysippus in primo de instituta, & Posidonius in primo de officijs tradunt. Amaturum quoq; sapientem eos iuuenes qui præ se ferant indolem generosam, ingeniumq; ad uirtutem propensum, ut Zeno in libro de repub. & Chrysippus in libro de uitis primo, & Apollodorus in libro de moralibus aiunt. Amorem uero admiculum beneficentie propter apparentem uenustatem, neq; congressus est uerum amicitiae. Nam Thrasonidem & quidem cum haberet in potestate amatam, abstinuisse ab ea, ne in odium ueniret. Esse igitur amore amicitiae nodum, ut Chrysippus in libro de amore ait, neq; esse cum in uicio. Pulchritudinem item uirtutis esse florem, & cum triplex uite genus sit speculantiam, actuum, & rationale, tertium illud eligendum dicunt. Quippe de industria factum à natura rationale animal ad speculationem, & actionem. Rationabiliterq; aiunt sapientem seipsum educturū ex uita, & patriæ & amicorum causa, siue inter nimium acerbos doloris aculeos, siue membrorum mutilationes, aut incurabiles morbos illi occumbendum sit. Placet item illis uxores quoq; communes esse oportere apud sapientes, ut quislibet illi congrederetur que sibi prior occurrit, ut ait Zeno in rep. & Chrysippus in li. itē de rep. Diogene itidē Cynico ac Platone huius rei autoribus. Omnes enim patrum instar & qua charitate diligemus, tolleturq; adulterij suspicio & zelotypia. Eam uero remp. esse optionā quæ sit mixta ex regno, & populari dominatu, optimorūq; potentia, atque in moralibus quidem decretis huiusmodi sunt,

pluraq; huiusmodi tradunt, non improbabili ratione sub-  
 nixi. Verum ista summatis, ac ueluti per capita & clemen-  
 ta tetigisse sufficiat. Ceterum physicam rationem dividunt  
 in locum, de corporibus, & principijs, & elementis, &  
 dijs, & finibus, & loco, & inani. Et ista quidem per spe-  
 cies dividunt, generaliter autem in locos tres, de mundo,  
 de elementis, tertium de causis. De mundo locum in duas  
 distinguunt partes. Una enim consideratione in ipsius aesi-  
 sci societatem, & mathematicos, per quam defixis uagiq;  
 syderibus disputant, quemadmodum si sol tantus sit, quan-  
 tus uidetur, & lunae itidem quanta sit magnitudo, & de  
 ortu, occasuq; syderum, atq; ceteris huiusmodi questio-  
 nibus. Alteram eius considerationem esse, que solis con-  
 gruat Physicis, qua que sit illius substantia queritur, ac  
 de sole utrum genitus, an ingenitus sit, & utrum anima-  
 tis sit, an inanimis, corruptibilis ne an incorruptus, &  
 prouidentia agatur nec'ne, atque in hunc modum de reli-  
 quis. Causalem quoque rationem & ipsam esse biparti-  
 tam. Eius alteram speculationem medicis esse communem  
 questionem, qua inquirunt de principali anime, & de his  
 que fiunt in animo, & de seminibus, atq; eius generis ce-  
 teris. Reliquum uero mathematicos quoq; sibi usurpare,  
 quo modo uidelicet uidemus, & que sit causa perspicacis  
 imaginationis, qua ratione constent nubes, tonitrauq;, &  
 irides, & \* arce & cometæ, & his similia. Videtur autem  
 illis dup esse rerum omnium principia, faciens uidelicet ac  
 patiens. Quod igitur patitur sine qualitate esse sustentiam  
 materiam. Quod autem faciat, uerbum deum esse quod  
 in ipsa sit. Hunc enim quippe sempiternum per ipsam o-  
 mnem singula creare. Ponit autem hoc decretum Zeno  
 Citticus in libro de essentia. Cleantes quoq; in libro de

atomis

atomis, & Chrysippus in primo physicorum in fine. Archedemus quoq; in libro de elementis, & Posidonius in secundo naturalis rationis. Differre autem aūunt principia, & elementa. Nam illa quidem ingenita esse, & corrupti non posse elementa uero per igneam evaporationem corrupti. sed & corporea esse principia, & ipsa informata, hec uero formata. Corpus autem appellat Apollodorus in physica, quod segetur in tria, in longitudinem, latitudinem, & altitudinem. Id autem solidum corpus appellatur. Porro superficies est corporis finis, seu corpus longitudinem solam habens, ac latitudinem, sed carens altitudine. Hanc autem Posidonius in quinto de sublimibus & secundum intelligentiam, & secundum substantiam relinquit. Linea superficie finis est siue longitudo absq; latitudine, siue corpus solam habens longitudinem. Punctus autem est linea finis, notaq; minima. Vnum quoq; deum esse, ipsumq; & nientem, & fatum, & Iouem, multisq; alijs appellari nominibus. Principio igitur illum cum esset apud se, substantiam omnem per aerem in aquam convertisse. Et quemadmodum in foetu semen continetur, ita & hanc serendi rationem in humore talem re sedisse materia ad operandum aptissime parata, ex qua cetera post haec gignentur. Tam genuisse primum elementa quatuor, ignem, aquam, aerem, terram. Differit ista Zeno in libro de universo, Chrysippusq; in primo physicorum, & Archedemus in quodam de elementis. Est autem elementum ex quo primò prodeunt quæ fiunt, & in quod extremū soluantur. Esse autem quatuor elementa simul, infecta, incomposita, substantiam materiam. Esse autem ignem calidum, aquam liquidam, aerem frigidū, terramq; aridam. Quinetiā adhuc in aere inesse eandem partem. Summo enim in loco ignem

u 3 esse

esse quem etibera appellant. In quo primū immobiliū astro-  
rum orbē esse natum, deinde errantiam, post bunc aēra, tū  
aquaui, ex extremū autem omniū terrā, quæ media omniq;  
sit. Mundum uero tripliciter dicunt ipsumq; deum, quem  
ex omni substantia dicunt propriam qualitatem, qui &  
in corruptibilis, & ingenitus sit opifex tantū operis ac or-  
namenti, ut quotannis orbes suos peragat sol, in seipsum  
omnium sustentiam consumens, ac eam rursus ex seipso  
gignens, ipsumq; ornatum astrorum mundum esse dicunt.  
Tertium, qui sit ex utrisque compositus. Et autem mun-  
dus propriæ qualitatæ universæ substantiæ, siue ut ait Pos-  
sidiōnius in meteoricis præceptis, qui constat ex celo &  
terra, atque ex illorum naturis siue qui constat ex diis &  
hominibus, eisq; rebus que horum gratia condite sunt.  
*\*lāp.* Cœlum autem est extrema circumferentia in qua \*divinum  
omne fixum ac locatum est. Mundum quoq; regi ac admirari  
strari secundū mentem de prouidentiam, ut Chrysippus ait  
in v. de prouidentia & Posidoniū in x 111. de diis, mente  
per omnes illius partes pertingēte, sicut et in nostra anima  
contigit, sed per hanc magis, per alias minus. Per quasdam  
enim ueluti habitus recepit, ut per ossa, ac nervos: per alias  
ueluti mens, ut per principale. Sic igitur & mundum totū,  
qui animal est, & animatus, ac rationalis, habere principa-  
le suum etibera, ut ait Antipater Tyrinus in octavo de mun-  
do. Chrysippus autem in primo de prouidentia, & Posi-  
donius in libro de diis, cœlum autem principale esse mun-  
di, Cleanthes uero solem. Chrysippus autem rursus à se dif-  
ficiens in codem, purissimum dixit ac liquidissimum ethe-  
ra, quem etiam priuum assertunt esse deum sensibiliter,  
ueluti infusam esse per ea que sunt in aere, per cunctas  
animantes & arbores, per terram autem ipsam secundum  
habi-

habitum. Vnum esse mundum & hunc finitum, globosq; figura. Namque ad motum esse huiusmodi orbem aptissimum, ut ait Posidonius in quinto de ratione physica, & Antipater in libris de mundo. Extra ipsum autem circumsum esse uacuum immensum, quod sit incorporeum. Incorporeum autem id esse, quod a corporibus continetur queat, non autem continetur. Porro nihil in mundo esse uacuum, sed inter se mirabili esse unitate deuinctum, Id enim cogere coelestium ad terram concordiam & congruentiam. De uacuo autem differit Chrysippus in lib. de inani, & in primo naturalium artium, & Apollophanes in physica, Apollodorus item & Posidonius in secundo generationis naturalis. Esse autem incorporeahac similia. Tempus praeterea esse incorporeum, quod internellum sit mundi uotus. Huic praeteritum quidem esse infinitum ac futurum, praesens autem finitus. Placet autem eis corruptibile esse mundum, quippe genitum eorum ratione qua per sensus intelliguntur. Cuius ex partes sunt corruptibles, & totum, partes autem mundi corruptibles sunt: In se enim inuicem mutantur. Est igitur corruptibilis mundus. Ac quis quid mutantri in deterius potest, corruptibile est: mundus autem huic mutationi & corruptioni obnoxium est. Namq; et siccatur, & in humorum soluitur. Mundum uero fixi, cum exigue substantia per aerem uersa in humorum fuerit, deinde crassior ipsius pars esse. Ita fuerit terra, porto subtilior in aerem cesserit, eademq; magis ac magis extenuata iugnient evanescit. Tu ex his permixtis exortas esse animates, & arbores, & alia eiusmodi. De generatione igitur ex corruptione mundi, & Zenon in lib. qui de toto inscribitur disputat, & Chrysippus in primo physicoru, & Posidonius in 1. de mundo, Cleantes ite, & Antipater in x. de mundo.

Porro Panetius corruptibilem afferit mundum. Quod autem sit animal mundus, et rationale, et animatum, et intelligibile, et Chrysippus in primo de prouidentia disserit, et Apollodorus in Physica, et Posidonius. Sit autem animal quod sit substantia animata sensibilis. Animal enim eo quod non sit animal prestantius est. Nihil autem mundo prestantius est. Est ergo animal mundus. Porro animal esse inde manifestum est, quod anima nostra inde uoluti assulsa sit. Boëtius autem ait non esse animal mundum: Vnum autem esse, et Zeno in libro de toto, et Chrysippus, et Apollodorus in naturalibus, et Posidonius in primo naturalis rationis tradunt. Uniuersum autem dicitur, ait Apollodorus, mundus, et secundum alterum mundum id quod ex mundo, et exteriore uacuo constat. Mundus igitur finitus est, sed inane illud infinitum. Ceterum sydera illa que fixa sunt cum cœlo toto una circumferri, erantia uero suis motibus agi. Porro solē obliquum iter per agere per signisrum orbē. Lunam simuliter nunc plenam esse, nunc cornibus fulgere. Esse autem solem purissimum ignem, ut ait Posidonius in decimo septimo de coelestibus, ac terræ molē sua magnitudine uincere, ut idem ait in decimo sexto naturalis rationis. Esse autē orbicularē ad mundi rationē, idē ipse autor est. Ignē idcirco esse, quod omnia ignis peragat munera, maiorem autem terræ globo, quod tota ab illo illustretur, neq; ipsā modō, sed etiam cœlum. Id quod et terra coni instar umbrā faciat, maiore esse significat. Omnibus autem ex partibus cerni propter magnitudinem. Lunam uero plus habere de terra, quippe que illi propior est. Nutrirī autē et hæc ignea, et astra cetera. Solē quidem ex mari magno, quod sit intellectualis vapor. Lunam uero ex potabilibus undis, quod sit permixta aeri,

ac vicina terre, ut Posidonum in sexto de ratione naturae ait, ex terra cetera. Putant et sydera globosa esse, et immobilem terram. Lunam proprio quidem carere lumine, sed id a sole mutuare. Deficere autem solem cum ante illum ex ea parte qua terras respicit, se opposuerit luna, ut in libro de uniuerso scribit Zeno. Apparet enim quando ex coniunctione mutua illum occulit, rursumque restituit. Notatur id maxime per uas circum patens in quo sit aqua. Lunari uero cum in terrae inciderit umbram, quocirca tunc solum hoc defectu laborare, cum plena fuerit, et quidem cum per diametrum soli mensibus singulis obiecta sit. Nam cum obliquo motu contra solem moueatur, latitudine differt, cum uel ad australiem, uel ad septentrionalem uergit plagam. Cum tamen illius latitudo ad solis, et eam que media interiacet, latitudinem uenerit, deinde fuerit emensa solent, tunc deficit. Monetur autem eius latitudo per ea que media sunt in chelis et scorpio et ariete et taurō, ut ait Posidonius. Deum uero esse animal immortale, rationale, perfectam ac beatum, a malo omni remotissimum, prouidentia sua mundum, et que sunt in mundo administrans omnia. Non tamen inesse illi humanae formae liniamenta. Ceterum esse opificem immensi huius operis, sicut et patrem omnium. Communiter autem et ipsius partem, que per omnia penetrat, eamque multis appellari nominibus iuxta proprietates suas. Nanq; Græcis dia appellari, quod per ipsum sint omnia. Eundem furax vocari, quod uitæ omnium sit autor. Æthereum autem, quod in æthere distentum sit imperium eius. Æpy uero, quod in ætre. Æpy, quod in artificiali igne. Aer, quod in humore. Æpus Æpy, quod in terra. Itidem et appellations alias probabili quadam ratione indiderunt. De divina substantia, Zeno ait mundum totum

atq; cælum. Chrysippus quoq; in primo de Dijs, & Pos-  
donius in primo de Dijs, & Autipater in septimo de mun-  
do, aërem ipsius substantiâ tradunt. Boëtius autem in libro  
de natura, Dei substantiam fixorum syderum globum di-  
xit. Naturam uero aliquando quidem exponunt, que conti-  
neat mundum, aliquando uero que germinare humum fa-  
cit, nasciq; super terram omnia. Est autem natura habitus  
ex seipso motum accipiens, iuxta seminalem rationem, effi-  
censq; & continens que ex ipsa constant, statutis diffini-  
tisq; temporibus, eaq; faciens à quibus discreta per natu-  
ram est. Hanc autem & uoluptati præferre conmodum,  
quod ex hominis constat opificio. Fato autem fieri omnia  
Chrysippus in libris de fato, & Posidonius in secundo de  
fato, & Zeno, Boëtius quoq; in primo de fato tradunt. Est  
autem fatum connexa rerum series, siue ratio per quam  
mundus administratur. Divinationem autem omnem aiunt  
subsistere, aut etiam esse prouidentiam. Ipsamq; per ascen-  
sus quosdam artem disseriunt, ut ait Zeno, & Chrysippus  
in secundo de divinatione, Athenodorusq; & Posidonius  
in duodecimo de ratione naturæ, & in quinto de divina-  
zione. Panetius autem hanc non subsistere dixit. Enim uero  
rerum omnium substantiam, primam materiam dicunt,  
ut & Chrysippus in primo rerum naturalium, & Zeno.  
Est autem materia ex qua quiduis constat. Appellaturq; du-  
pliciter, materia scilicet atq; substantia, siue illa omnium,  
siue rerum singularum, ac ueluti particularium causa. At  
omnium quidem materia ueq; maior neq; minor esse citur.  
Est autem alia eorum que in parte sunt. Corpus autem esse  
substantiam definiunt, idq; finitum, ut Antipater ait secun-  
do de substantia, & Apollodorus in Physica, passibilisq;  
est, ut idem ait. Nam si esset immutabilis, nulla ratio-

ne quæ fiunt ex ea fieri possent. Hinc & illius sectio in infinitum tenditur, quam infinitam Chrysippus ait. Nihil enim infinitam est in quod scelio cadit. Verum finita est. Concretiones item fieri per totum, ut Chrysippus in tertio naturalium ait, & non per circumscriptiōnem, & appositionem. Nam pusillum uini pelago iniectum, aliquandiu oblectabitur, postea defluet, atq; una corrumpetur. Quosdam item esse dæmones dicunt, quibus insit hominum miscratio; inspectores humanarum rerum. Heros quoq; solutas corporibus sapientum animas. Porro ex his que manant ab aere, hyemem quidem esse aiunt, aërem super terram, congelatum ob solis longiorem discessum. Ver autem temperiem aëris, quando suo ad nos cursu sol agitur. Aestatem uero eminēt terræ aërem confutum & calefactum solis ad septentrionalem cursu. Autumnum quoq; fieri recessu solis à nobis, ad ea loca à quibus fluunt. Ceterū eiusmodi tempestatum autorem esse solem nubes evaporantem. Irim uero reflexos esse ab humidis nubibus radios, siue, ut ait Posidonius in Meteorologica, declaratio scissurae solis; seu lune in uube rosida concava atq; continua, ad imaginationem ueluti in speculo imaginata magni orbis circumfrentiam. Cometas autem & pogonias & faculas ignes esse subsistentes, quando crassior aës ad ætherea loca peruehitur. Iubar autem repeutini ignis incendium, quod citò per aërem fertur, ac longitudinis imaginem deliniat. Pluuiā uero conversionem ex nubibus in aquam, cum siue ex terra, siue ex mari ui solis sursum elatus humor esse eti caruerit. Id uero cōgelatani pruinam dici. Grandinem uero concretam nubem à uento commixtam. Niuem autem humorē ex concreta nube, ut ait Posidonius in octavo de ratiōne naturæ. Coruscationem accessionem uibium,

que

quæ à uento illi dantur, atq; rūpantur, ut Zeno in libro de  
uniuerso. Tonitruum uero fragorem esse qui ex nubium  
collisione gignitur. Fulmen autem incensionem ualidam,  
uehemnti cum impetu terris irruentem, cum inter se uiuen-  
torum colliduntur nubes, atq; perrumpuntur. Alij conuer-  
sionem ignei ac flammantis aëris uolenter delapsam. Ty-  
phonem uero fulmen violentum, magna ui spiritus demis-  
sum, siue fiamantem spiritum rupta nube dilapsum. Prece-  
rem nubem igni circumfusam cum flatu in terræ concavis,  
seu concluso, & coartato spiritu in terra, ut ait in septi-  
mo Poſidonius. Esse autem illius plura genera, terra mo-  
tus, hiatus, illuvies, ebullitiones. Placet autem eis & ordinem  
ita se habere: Terra median centri ratione obtinente,  
post quam globosam aquam, & ipsam idem habere cen-  
trum cum terra. Ita ut in aqua terra sit, post aquam aërem  
ſphære instar. Esse autem in caelo circulos quinq;. Ex his  
primum septentrionalē qui semper appareat. Secundum  
tropicum austrinum. Tertium equinoctiale. Quartum hys-  
malem tropicum. Quintum antarcticum qui non appa-  
ret. Dicuntur autem παράλληλαι, quia non se inuicem con-  
ueniunt. Describitur tamen circa eundem polum. Porro  
Zodiacus circulus obliquus est, equidistantis. Quinq; autem  
sunt zonæ super terram. Prima septentrionalis super ar-  
cticum circulum rigore frigoris inhabitabilis. Secunda  
temperata. Tertia nimia ui cœlius inhabitabilis, que torri-  
da dicitur. Quarta temperata. Quinta australis itidem fri-  
gore inhabitabilis. Opinantur item naturam ignem esse  
artificialem suo itinere ad generationem tendere. Id au-  
tem esse spiritum ignis speciem artisq; præferentem.  
Animam uero sensibilem, eamq; esse nobis insitum &  
ingenitum spiritum, ideo & corpus esse, ac durare post mor-  
tem,

tem, esse tamen obnoxium corruptioni. Ceterum uniuersi animam esse incorruptibilem, cuius partes sunt animatum animae. Zeno autem Citticus, & Antipater in libris de anima, & Posidonius animam spiritum calidum dicunt. Hoc enim spirare nos atq; ab ipso moueri. Cleanthes quidem omnes perdurare, donec calore deſtituantur. Chrysippus uero ſolas ſapientium. Partes autem animae octo eſſe dicunt, quinq; ſenſus, & quæ nobis in ſunt ſeminales rationes uocem præterea, & ſermonem. Videre autem cum id quod inter uifum ſubiectumq; lumen eſt, in coni intendiatur ſpeciem, ut Chrysippus in ſecundo Naturalium ait. Apollodorus acris illam partem, quæ coni ſpeciem habet prope uifum: Basin uero prope id quod cernitur fieri: quemadmodum per uirgam uerberato aere, quod uidetur ibi maniſtum eſſe. Porro audire cum is medius inter loquentem, & audientem eſt, aer uerberatur orbiculariter, deinde agitatus auribus inſuit, quemadmodum & cisterne aqua, per orbes inicito agitatur lapide. Somnum uero fieri, cum is ſenſus circa principale ſoluitur. Causas uero perturbationum reddunt eas, quæ circa ſpiritum fiunt conuerſiones. Semen autem eſſe dicunt, quod eiusmodi gignere poſt, à quibus quoq; iſum diſcretum fit. Porro hominis ſemen quod emittit homo, una cum humido animæ commixtis partibus, pro commixtione rationis parentum. Id autem Chrysippus in ſecundo Naturalium ait ſpiritum eſſe ſecundum ſubſtantiam, idq; ex iactis in humum ſeminibus conſtarē, quæ cum antiqua ſuſcint, non iam naſcuntur, quod ſcilicet expirauerit illorum uirtus. Atq; ex omnibus corporis partibus defluere id ait Sphaerus. Omnes ergo giuere corporis partes. Porro ſemina ſentientia in ſecundum eſſe

esse aiunt, imbecillumq; et modicum, et aqucum ut Sphaerius ait. Principale uero potissimum ac proprium esse animae partem, in qua imaginationes appetituq; gignantur, atq; unde sermone reddatur. Id autem in corde esse. Sed enim ista secundum illos de rebus naturalibus, quantum sufficere ad presentis operis compendium arbitratu sumus hactenus sunt dicta. Quenam uero sint in quibus illorum sententie differant, breuiter adnotandum. Aristo Chimi Phalanthiq; cognomento Siren, finem esse dixit ad aliquid inter uirtutes ac uitia indifferenter uiuere, nullam quamlibet modicam uarietatem relinquendo, sed se aequaliter in omnibus habendo. Esse autem sapientem praclaro his trionis similem, qui sive Thersite, sive Agamenonis personam sumat, utrumq; decentissimo gestu imitatur. Naturalem item ac rationalem locum sustulit, dieens alterum quidem esse supra nos, aliud uero nihil ad nos. Solam autem quae mores instituat partem ad nos pertinere. Similes autem esse orationes dialekticas dicebat aranearum telis, quae et si quid artificiosum in dicere videantur, inutiles sunt. Virtutes quoq; neq; maltas inuexit, ut Zeno, neq; unam que multis appellatur nominibus, ut Megarici, sed et id quoq; quod ad aliquid habere dicitur. In hunc autem modum philosophans, atq; in Cynosarge differens obtinuit, ut secta propriae inuentor diceretur. Milciades deniq; et Diphilus Aristonij appellabantur. Erat autem illi magna persuadendi uis, plebiq; se maxime accommodabat. Unde et de illo Timon ait:

Kai τις Ἀριστονός γέρρος ἀπὸ διμήλων θάνατον. hoc est,  
Quidam et Aristonis natus de stirpe diserti.

Congressus autem Polemoni, ut Diocles ait Magnesiu, cum Zenolongum incurrit, set morbum, sententia decepit.

Max

Maxime autem Stoico dogmati ille intendit animum, quo dicunt sapientem esse opinabilem. Cui Persaeus reluctatos geminos fratres induxit, ut alter ex his illi depositum daret, alter deinde reciperet, atq; ita herentem coarguit. Exercebat autem aduersus Arcesilaum inimicitias. Unde cum uidiisset taurum monstruosum matricem habentem: Me puerum, inquit, datum est Arcesilao epicherema aduersus evidentiam. Academico cuidam quicquam se comprehendere negant: Ergo ne, inquit, hunc diutinem iuxta te sedentem uides? negante illorum

Tl ὁ ἐρθρόλαστης, τις ἀνέλειο λαμπτόδος εὐράς;  
Hoc est,

*Quid cæcutis, ait, oculis quis lumen addens?*

Feruntur eius ista uolumina. Exhortationum libri duo, de Zenonis dogmatibus dialogi, de scholis sex, de sapientia exercitationum septem, Amatoria exhortationes, commentaria de inani gloria, commentaria x v. commentarij tres, de usu undecim, aduersus oratores, aduersus Alexinum rescripta, aduersus dialecticos tres, ad Cleanthē epistolarū libri quatuor. Panætius autem & Sosicrates solas epistolæ ipsius esse dicunt, cetera Peripatetici Aristonis. Hunc fama est, cum caluus esset, æstu solis exceperisse capite, atq; ita uita functu esse. Lusimus autem et in ipsum hoc modo. Choliambico carmine:

Tl οὐ γίρωφ ὅψ κρὺ φλαῖος ἡρῆωφ  
Tl βρέγμα δῶμας ἄλιφ κατοπῆσας;  
Tl ψ τὸ θρήμα πλεῖον ἢ μίση φυτῶφ  
Tl φυχρὸν ὄντως εὔρεις δίλεωφ ἔδην,  
*hoc est,*  
*Quid iam senex, & exosus senem Aristo*  
Soli coquendum synciput dabas caluum?  
Atqui calorem cum ultrà quam est satis ueris,  
In frigidum incidiisti uel nolens Orcum.

Fuit autem et alius Aristoteles Peripateticus, alius item  
musicus Atheniensis. Quartus tragicus Poëta. Quintus  
Alæensis qui artes Oratorias scripsit. Sextus Alexandri-  
nus Peripateticus. Herillus Carthaginensis finem scientiam  
dixit, quod est semper uiuere, cuncta referendo ad uiuen-  
dum cum scientia, ne ignorantia de iijciatur. Esse autem scien-  
tiam habitum ex fantasiarum acceptione, non uestris expli-  
cabilem. Aliquando dicebat nullum esse finem, sed secundum  
casus uarios et res immutari, ut si idem aet et Alexandri  
fiat statua, et Socratis. Differre autem finem et eam quam  
dicit fini subiectam. Hanc enim et eos qui sapientes non sunt  
conspicari, illum nemine nisi solum sapientem. Quae autem  
inter uirtutem, et uitium sint iudicentia esse. Sunt eius  
libri breves quidem, sed suci ac sensus pleni, continentq;  
contradiciones aduersus Zenonem. Fertur cum puerum  
complures ad amasse, quos Zeno cum uellet auertere, ton-  
dere coegerit Herillum, illosq; ab eo auerterit. Sunt autem eius  
libri de exercitatione, de perturbationibus, de opinione,  
legumlator, obftetritius, Antipheron, preceptor, patans,  
dirigens, Mercurius, Medea, dialogi quaestionum mora-  
lium. Dionysius uero qui Metathemenuis appellatus est, fi-  
nem dixit uoluptatem. Nam cum in oculorum dolorem inci-  
disset, eo cruciatus acriter, dolorem dicere noluit indiffe-  
rentem. Erat autem Theophanto patre natur, et ciuitate  
Heraclia, atq; ut dit Diocles, primò quidem audierit Hera-  
clidem ciuem suum, deinde Alexinum ac Menedenum, po-  
strempo Zenonem. Principio quidem studiosus admodum o-  
mnigenis se poëmatis addixerat. Aratum tamen carius am-  
pletebat, quem et iniurari satagebat. Demum cum disces-  
isset a Zenone, sese ad Cyrenaicos contulit, ac palam lu-  
stra ingrediebatur, ceteraque sub omnium gerebat ocu-

Lis quæ ad uoluptatem pertineret. Cumq; ad octogesimum  
uite annum peruenisset, inedia consumptus interiit. Cir-  
cunferuntur autem eius libri, de sedatione perturbationū  
duo, de exercitatione duo, de uoluptate quatuor, de diui-  
tijis & gratia & cruciatu, de hominum usu, de felicitate,  
de antiquis regibus, de his que laudantur, de barbaricis  
consuetudinibus. Et isti quidem qui à Stoicis decretis de-  
uiauerunt. Successit autem Zenoni Cleanthes, de quo di-  
cendum nunc est.

## CLEANTHES.

**C**leanthes Phanii filius, Afius, ut Antisthenes ait in  
successionibus, primum quidem pugil fuit: profectus.  
autē Athenas drachmis quatuor instructus, ut quidā aīt,  
congressusq; Zenoni studiosissimè Philosophatus est, inq;  
eiusdē decretis persistit. Memorie proditū est ipsum la-  
boriosissimum fuisse, adeò ut inopia cogente mercenariam  
ficeret, ac noctu quidem in hortis hauriret aquas interdix  
autē operam studijs liberalibus daret, unde et φράγτης,  
hoc est, ex harriēs puteos appellaretur. A iunt illū cū per-  
tractus esset ad iudicium reddit serus rationem, quod adeò  
robustus, ac tā boni habitus uisceret, hortulano apud quē  
id inueneris implebat, ac muliere apud quam farinas pin-  
sebat, testibus uictus sui absolutum esse, Arcopagitasq;  
admiratos, decem illi minas dari eensiisse: Zenonem au-  
tem accipere illum uetusse. A iunt autem & Antigonum  
ter mille dedisse. Item cū ad spectaculum quoddam pu-  
beres duceret uenti flatu enudatum esse ac sine tunica ap-  
paruisse. Qua ex re plausu exceptum atq; ab Atheniensi-  
bus fuisse ueste donatum, ut ait Demetrius Magnesius in  
equiuocis. Admiratio uero ob eam quoque rem habi-  
tus est. A iunt Antigonum auditorem illius, cū rōgaret

quam ob rem hauriret, audisse, num solum haurio & nunquid non sodio & rigo, & omnia facio philosophiae causa? Zeno enim illum ad id exercebat, iubebatq; obolum sibi ex labore afferre. Coactam quando stipem in medium familiarium intulit dicens, Cleanthes quidem Cleanthem alium posset nutrire, si uellet. Qui uero unde nutriantur affatim habent, ab alijs querunt quae sunt ad usum uite necessaria, & quidem remissius philosophantes. Ea igitur ex causa alter Hercules Cleanthes dicebatur. Erat illi quidem eximum studium, ceterum ingenium obtusum atq; tardissimum. Eam tamen tarditatem ingenij labore, studio, ac diligentia uincebat. Vnde & de ipso sic Timon ait,

Tis d' οὐτος κτίλ. Θέως ἐπιτωλεῖται τὸ χρόνον  
Μωλύτης, ἐπιτωρ φίλος, ἄριος, ὅλμος ἀτολμός; i.  
Assim iste aries quis nam est, qui circuit omnem

Turbam, uerbosusq; senex, pistillus, hebesq;?

Cumq; à discipulis dicteris incesseretur, tolerabat: et cum audiret, asinus, non abnuiebat, dicens solū se ferre posse Zenonis sarcinā. Cū aliquando probro illi daretur, quod esset timidus, At ideo, inquit, parum peccō. Suam uero inopiam dinitum opibus præferens, dicebat, dum illi pila ludunt, ego durā ac infrugiferam humum exerceo. Sepe cum foderet seipsum increpabat. Quem audiens Aristo, quem, inquit, obiurgari? Et ille ridēs, senē, inquit, canū quidē, sed exordē & amentē. Cū diceret quidā Arcesilaū uite officia negligere, quiesce, inquit, neq; uituperes. Ille enim nisi uerbis officium tollit, operibus tamen commendat. Ad quem Arcesilaus, non, inquit, adulaciones admitto: & Cleanthes, At quidē, ait, adulor, qui dixi alia te facere, alia dicere. Rogāte quodam quidnam filio crebro ingerere deberet, illud ait Electra,

- Σύρα σύρα λεπτόμηχνες. . . . . *hoc est,*
- Tace tace tenuē vestigium.
- Lacone quodam dicente, laborem esse bonum, gestiēs ait,
- Aἰματος εἰς ἀγαθὸν φίλον τέκος. *hoc est,*
- Sanguine mi fili es generoso.

Dicit autem Hecato in usibus, cum ad eum formosus quidā adolescentis dixisset, si pulsans uentrem uentrizat, num & pulsans coxae coxizet, dixisse, habe tu adolescentēs \* coccifications, uoces proportionales, proportionales res omnino non significant. Adolescenti cuidam disscrens, an sentiret rogauit, annuente illo, cur, inquit, ego te sentire non sentio? Sositheo poëta in theatro coram se dicente:

- Ovis δὲ Κλεάνθης μεριά βουλατεῖ.* . . . . . *hoc est,*
- Quos Cleanthis insania exagitat.

Eodem uultu & habitu perstigit. Qua ex re permoti auditores huic applaudentes Sositheum abiecerunt. Agente illo penitentiā, quod illū hoc maledictō incessisset, respondit dicens, indecens esse Liberum patrem atq; Herculem à poëtis illudi, nec irasci, se autem leui maledictō indignari. Dicebat Peripateticis idē accidere quod literis, quae cum bene sonant, scipias tamen nō audiunt. Fertur cum dicceret secundū Zenonē ex specie cōprehendi posse mores, adolescentes quodā scurras adduxisse ad illū libidinosum rusticū callis duratū, & illū, ut de more eius sententiā ferret rogassem, illū cum aliquādiu hæsisset, iussisse abire hominē. Ut uero abibat cœpit sternutare: ad hæc, habeo illum, inquit, Cleanthes, molis est. Cuidam soli secum loqueuti, homini, inquit, loqueris, non malo. Exprobrante quodā sententiam, & ego, inquit, abire nolo. Cum uero me saniū omni ex parte considero, scribētemq; ac legentē, rursus maneo. Aliunt illū quae à Zenone audierat testae bouīq; oīibus in-

scribere solitū, cùm pecunijs carceret quibus chartas emere posset. Hoc uitæ instituto clarus obtinuit unus ex multis, ut Zenoni succederet. Et quidem cùm plures essent illius memorabiles discipuli Zenonis. Reliquit autem pulcherrimos libros, qui sunt ferè de tempore, de physiologia Zenonis 11. Heracliti expositionum libri quatuor, de sensu, de arte, aduersus Democritum, aduersus Aristarchum, aduersus Herillum, de \* appetitione duo, antiquitatum, de dijs, de Gigantibus, de Hymenæo, de poëta, de officio tres, de cōfilio, de gratia, exhortatorius, de uirtutibus, ars amatoria, de honore, de gloria, de ingenio, de Gorgippo, de inuidentia, de amore, de libertate, politicus, de consilio, de legibus, de iudicando, de instituto, de oratione tres, de fine, de honestis, de actis, de scientia, de regno, de amicitia, de symposiis, quòd eadem sit uirtus uiri & foemine, quòd sapientis philosophari, de usu duo, de uoluptate, de proprijs, de ambiguis, de dialectica, de modis, de prædicamentis. Hæc ab illo scripta sunt. Moritur autem hoc modo. Tumuit illi ac putruit gingua, medicis autem intercedentiibus, biduum totum cibo abstinuit, atque intantum conuoluit, ut medici illi omnes consueta permetterent. Ea illum licentia minime usum fuisse, sed & contrà sine cibo persistisse dicentem iter iam sibi confectum esse, atque ita inedia consumptum exhalasse animam, cùm ut quidam uolunt, Zenonis æquasset annos audisset q; illum annos x viii. Lusimus & nos in eum hoc modo:

Aīrō Κλεάρθω, ἀλλὰ μᾶλλον ἀίδην.

Ιολὴρ γέ τιτθρ πρίσθιν ἐκπίτοχέλο

Μή δὲ πόλις πόλιν ἔρεσιν ἐπ φίλοις ἔχειν

Τοσστον ἀνθλησαῖται τὸ βίον χρόνον.

Miror Cleanthem, laudo sed ditem magis,

hoc est,

Nam

Nam ut uidit illum iam scem, ultrà non tulit

Tandem quietem quin uel mortuo daret,

Qui tantum aquarum exhauserat dum uiueret.

Hunc, ut prædictimus, post Zenonem audiuit et Sphærus Bosporanus, qui cum in liberalibus studijs profecisset, Ale xandriam ad Ptolemæum Philopatera se contulit. Orto, autē sermone aliquando de opinione sapiëtis, Sphæroq; illum negante opinari, uolens illum rex arguere, mala pu nica cerea iussit apponi. Sphæro autē decepto, exelamauit rex, fallaci illum dicēs consensisse fantasiæ. Ad quē Sphæ rus prompte ac parate sic respondens, ait, consensisse non esse ea mala punica, sed probabile esse mala punica esse. Differre autē cōprehensibilem fantasiam à probabili. Mne fistrato se accusanti quod Ptolemæum nō dixit regē esse, At, inquit, ciusmodi cum sit, regē quoq; esse Ptolemæū di co. Scripsit autē ista uolumina: de mundo duo, de clemen tis seminis, de fortuna, de minimis, aduersus atomos et si mulacra, de sensibus, de Heracliti quinq; diatribis, de morali instituto, de officio, de appetitione, de perturbationi bus duo, de regno, de Rep. Laconica, de Lyciargo et So crate tres, de lege, de divinatione, dialogos amatorios, de Eretriacis philosophis, de similibus, de diffinitionibus, de habitu, de his quibus contradicitur tres, de oratione, de diuitijs, de gloria, de morte, artis dialeciae duo, de pre dicamentis, de amphibolijs, epistolas.

### CHRYSIPPVS.

**C**hrysippus Apollonij filius Solensis seu Tarsensis, ut Alexander in successionibus ait, discipulus Cleāthis fuit. Hic primum lancea exercebatur, postea uero Zenonis sive Cleanthis, ut Diocles et plurimi tradunt, auditor fuit: a quo adhuc uiuente recessit. Nec in philosophia me

dioctris fuit, vir ingeniosus ac acutissimus in omni genere orationis, adeo ut in plerisque dissentiret a Zenone atque a Cleanthe ipso, cui saepenumero dicebat, solius se dogmatum doctrina indigere. Nam probationes se reperturum. Quoties uero aduersus illum differendo egisset, paenitentia tanta ducebatur, ut crebro diceret,

Ἐγὼ δέ τοι μακάριος πέφυκτός εἰμι

Πλάκης Κλεανθης, Τοιούτοις εὐδαιμονῶν.

hoc est,

Equidem alias vir sum fortunatus, praeterquam in Cleanthem, in hoc felix non sum. Adeo autem in dialectica insignis fuit, tantèq; apud omnes estimationis, ut pleriq; dicerent, si apud deos usus esset dialecticæ, nō futuram aliam, quam Chrysippæ. Ceterū cum esset rerū secundissimus, non usq; adeo dictione clarus fuit, laborisq; patiētissimus ultra omnes fuit, quod ex eius noluminibus constat, quæ sunt numero septingenta quinque. Ea uero tam multa conscripsit, ut de eadē re sēpe scribere aggredetur, omnēq; quod incideret mandaret literis, ac sēpe emendaret, magnāq; testimoniorū nube uteretur. Adeo uero id in consuetudine habuit, ut cum in quibusdā opusculis Euripidis Medeam totam inseruisset, et quidam habens librū in manibus interrogaretur, quid nam inesset, Chrysippi, inquit, Medea est. Apollodorus quoq; Atheniensis in collectione dogmatum, cum uellet asserere quæ Epicurus viribus suis fretus cōscripsisset, absq; cuiuspiā aminiculo, essent in cōparabiliter plura quam Chrysippi opera, sic ad uerbū dixit. Nam si quis tollat de Chrysippi libris quæ aliena sunt, uacua illa charta relinquetur. Ita Apollodorus. Ceterū anus quedā quæ illi assidebat, autore Diocl, dicebat quingentos illum uersus quotidie scribere solitum. Hecato autem uenisse cum ad philosophiā dixit, cum illius patrimoniū

nūm in regium usum insumptum esset. Erat autem imbecillo, tenuiq; corpusculo, ut ex eius imagine, quæ in Ceramicō est, uidere licet, que ferme à uicio equite occulitur. Quocirca illū Carneades κρύπτων ων uocabat. Et cū p- bro daretur q; apud Aristonē cū plurimus nō se exerceret, Eadē, inqt, si iter plurimos intēderē, nunq; philosopharer. Ad dialecticū Cleāthi imminentē, cīq; calidas cōclusiūculas tendentē, Desine, inqt, grandē natu à graubus rebus abducere. Nobis autē iunioribus ista propone. Rursus ubi quis quippiā rogaret illū, seorsum modestè illū alloquebatur. Vbi uero cōspexit accendentē turbā, cōtendere cōpīt:

Oīμοι, inquit, κατίγνητ ὅμμα σὸν ταράσσεται

Ταχὺς ἡ μέσην λύσας, ἀρτίως φρεσκός. hoc est,  
Aspectus hci me frater turbatur tuus.

At tu furorem pone, recte ut sentias.

In potationibus autem quiescebat, crura tamen agitans, ita ut ancilla diceret, Chrysippi sola crura ebria esse. Adcō autem alta de se sentiebat, ut cūm rogaretur à quoddam cui commendaret filium, dixerit, mihi. Nam si quempiam me excellere putarem, ipse apud eum philosophiae darē ope- ram, unde de ipso dictum diuiti;

Οἶος πέτυνται, λοιποὶ δὲ συναὶ ζῶσι.

Εἴ μη γὰρ ἦπ χρύσιων δὲ ἄρκυς τοῦ. hoc est,  
Hic solus sapit, ast ali⁹ uelut umbra feruntur.

Et, nisi Chrysippus fuisset, porticus non esset. Tandē uero Arcesilao & Lacyde, ut Sotion in viii. ait, in Academiam aduenientibus se ad philosophandum coniunxit. Quam ob causam & contra consuetudinem & pro ipsa differuit, & de magnitudinibus ac multitudinibus, Academīcorum argumentis utens. Huc cū in cantu exerceretur, Hermippus ait, à discipulis ad sacrificium uocatum

fuisse, ibiq; cùm oblatum dulce merum hausisset, angustijs spiritui fatigari coepisse, atq; ita demum quinta die defunctum esse, cùm septuaginta et tres uixisset annos, olympiade, ut ait Apollodorus in chronicis, C X L I I I . Et in huc est nostrum epigramma:

Ιλιγγιατε βάνχορ ἐν πιλῷ χαρδόῃ  
Χρύσιωπος, δυδ' ἵψεσσατ' ὅν ἡ τῆς γοᾶς,  
Οὐδὲ οὐ πάτρης, τῆς λυχῆς ἀλλ' ἀλθείας.  
Ἐστὶ οἰδεώ.      hoc est,

Vertigo cepit, cùm bibisset affatim,  
Chrysippum, et haudquam aquam suam uel porticum  
Curauit, aut se, aut patriam, sed inferos

Recte subiuit.

Sunt qui dicātrisu effusum expirasse. Nam cùm asinus manducaret ficus, anicula dixisse unum asino sorbendum daret, nimioq; risu occupatum, exhalasse animam. Videatur autem aspernator immodecum fuisse, quod cùm tam multa scripserit, nulli unquam regi quicquam adscripserit. Soila autem anicula contetus erat, ut etiam Demetrius in homonymis ait. Deniq; cùm Ptolemaeus Cleanthem literis orasset, ut uel ipse ad eum pergeret, uel quempiam ex suis mitteret, Spheras quidē prospectus est, Chrysippus autem renuit. Accersitis autem sororis filijs Aristocreonte et Philocrate coactis discipulis primus ausus est sub diu scholā in Lycio habere, ut prædictus Demetrius scripsit. Fuit autē et aliis Chrysippus Guidius medicus, à quo Erasistratus testatur multa didicisse. Alterq; huius filius Ptolemaei medicus, qui calūniā passus, flagris cæsus, ac supplicio affectus est. Alius item Erasistrati discipulus. Quartus Georgicoru scriptor. Porro hic ipse philosophus quibusdam in hunc modum interrogatiunculis uti solebat: Qui mysteria prophanis dicit, impius est. Dicit autē my-

steria prophanis Hierophāta. Est ergo impius Hierophāta. Item, est quoddam caput; id autem nō habes. Est autem caput aliquid, nō ergo habes caput. Item, quod est in urbe, id ē in domo est. Non est autem puteus in urbe, nec in domo igitur. Aliud, qui Megaris est, Athenis nō est. Est autē homo Megaris, non igitur est homo Athenis. Aliud, quod loqueris, id per os tuum transit, currum autem loqueris, currus ergo per os tuum transit. Rursum, si quid non amissisti, hoc habes, cornua autem nō amissisti, habes ergo cornua. Alij Eubulidis hoc esse aiunt. Nō desunt, qui ē Chrysippum acerrent, dicentes illum complura turpiter obsecnēq; scripsisse. Nam in eo opere, quod de antiquis physiologicis scripsit, scēda de lunone singit ac lōue, ea dicens sexcentis fere uersibus quæ nemo nisi illoto ore dixisset. Turpissimam enim, aiunt, hanc singit historiam, et si, ut naturale laudat, lustris tamen magis cōuenientem quam dijs. Præterea et quæ apud eos qui de tabulis scripserunt separata: neq; enim apud Polemonem, neq; apud Hypsicratem esse, sed ne apud Antigonū quidem, uerum ab illo ficta esse. In libro autem de repub. matribus congregati et filiabus et filiis. Eadem in lib. de his quæ per seipsa non sunt appetenda statim in principio. Intertio autē de iure ad nullū uersus defunctos etiā vocare luet. In secundo autem de substantia et copia prouidere, dicens quo pacto sapienti questus sectandus sit, et cuius rei gratia sectandus. Nam si quidē ut uiuat, uiuere indifferēt est. Quod si ut fruatur uoluptate, et ipsa indifferens est. Si autē uirtutis causa, sufficit ipsa ad beatam uitam. Sunt autē perridiculi et questus huiuscmodi. Quippe si à rege suppeditetur cedendum illerit necessariò. Si autē ab amicitia proficiat, uenalis et questuosa crit

amicitia. Sin uero à sapientia, mercenaria erit sapientia. Atq; ista quidem sunt quæ insectantur. Quonia uero clarissimi sunt illius libri, uisum est in hoc loco eos generatim distinguere. Sunt autē isti logici loci, quaestiones, logica, philosophi, considerationū terminorū dialecticorum ad Metrodorū sex, de his quæ sunt in dialectica nominibus, aduersus Zenonē ars dialectica, ad Aristagorā unum, coniunctionum probabilium ad Dioscoridē quatuor. Logici modi eius qui circulares est, ordo primus, de proloquijs unum, de non simplicibus proloquijs unum, de conexo ad Athenadē duo, de his que negantur ad Aristagoram tres, de prædicabilibus ad Athenodorum unū, de his que dicuntur per priuationem, ad theatrum unum, de optimis proloquijs ad Dionem tres, de differentia indefinitorum quatuor, de his quæ secundū tēpora dicuntur duo, de perfectis proloquijs 11. Ordo secundus, de uero cōiuncto ad Gorgippidem unū, de uero cōiuncto ad Gorgippidē quatuor, diuīsio ad Gorgippidem unum, ad id quod de consequentibus est unum, de eo quod est propter tria, ad Gorgippidem unum, de possibilibus ad Clitum quatuor, ad id quod est de significationibus Philonis unum, quæ nam sint falsa unum. Cōpositio tertia, de præceptis duo, de interrogacione duo, de responsione quatuor, Epitomē de interrogacionibus, Epitomē de responsionibus unum, quaestiois duo, de responsione quatuor. Quarta compositione, de prædicamentis ad Metrodorum decem, de rectis & obliquis ad Philarchum unum, de coniunctionibus ad Apollinidē, ad Pasylum de prædicamentis quatuor. Quinta constructio, de quinq; casibus unum, de enunciatis secundum subiectum diffinitis unum, de appellatiis duo, de subinquisitione ad Stesagoram duo, Logicum locum

circa

circa dictiones, & quæ ex his constat orationem. Compositio prima de gentilibus enunciationibus sex, de dictiōnibus ad Sosiginem, & Alexandrum quinq;, de inaequalitate dictiōnum ad Dionem quatuor, de soritis questiunculis ad voces tres, de solœclismis unum, de solœcīs antibus orationibus ad Dionysium unum, orationes præter consuetudines, dictiones ad Dionysium unum. Constructio secundāe elementis orationis quinq;, de constructione eorum quæ dicuntur quatuor, de constructione & elementis eorum quæ dicuntur ad Philippum tres, de elementis ad Niciam unum, de eo quod ad alia dicitur unum. Compositio tertia aduersus eos qui non diuidunt, duo, de ambiguis ad Appollinēm quatuor, de tropicis ambiguis unum, de connexis tropicæ amphiboliæ duo, ad id quod scripsit Pantodus de ambiguis duo, de introductione ad ambiguā quinq;. Epitome ambiguorum ad Epiceratem unum, cōiuncta ad introductionem ambiguorum duo. Logici loci ad orationes ac tropos. Compositio prima ars orationum & modorū ad Dioscoridē quinq;, de sermonibus tres, de modorum constantia ad Stesagoram duo. Comparatio tropicorum proloquiorū unum, de reciprocis orationibus atq; coniunctis unum, ad Agathonem siue de sequentibus problematis unum, de conclusionibus ad Aristagoram unū, quod eadem oratio pluribus modis ordinetur unum, ad ea quibus cōtradicitur quod eadem oratio & collecto & nō collecto construatur modo duo, ad ea quæ obijciuntur syllogismorum solutionibus tres, aduersus id quod scripsit Philo de tropis ad Timostratum unum. Logica cōiuncta ad Timocratem & Philomatem duo, de orationibus & tropicis unum. Compositio secunda de cōcludentibus orationibus ad Zenorem unum, de primis & demonstratione carent

carentibus syllogismis ad Zenonem unū, de solutione syllogismorum unum, de fallaciis orationibus ad Pasylum unum, de speculationibus syllogismorum, id est, de introductorijs syllogismis aduersus Zenonē 111. de syllogismis secundum falsas figurās quinque, orationes syllogisticae per resolutionem in his quae demonstrationē carent, id est, tropicæ questio[n]es ad Zenonem & Philomathem unum. Hic falso uidetur inscriptus. Compositio tertia de incidētibus orationibus ad Athenadem unum, falso inscripta, orationes incidentes ad mesotetā tres, falso inscripta, aduersus disunctiones Amenij unum. Quarta compositio de ciuilibus quæstionibus ad Meleagrum tres, sermones hypotheticī in leges ad Meleagrum unum, orationes hypotheticæ ad introductionem duo, orationes hypotheticæ speculationum duo, solutio hypotheticorū Alexandri falso inscripta, de expositionibus ad Laodamantem duo. Quinta compositio de introductione ad falso ad Aristocreontem unum, falso orationes ad introductionem unam, de fallaci ad Aristocreontem sex. Sexta compositio aduersus eos qui putant & falsa & uera esse, unū, aduersus eos quippe qui per sectionem soluunt fallacem orationem ad Aristocreontem duo. Demonstrationes quod infinita scindi non oporteat, unam, ad ea quae obiciuntur his, que contra sectionem infinitorū scripsit ad Pasylum, tres. Solutio secundum antiquos ad Dioscoridem unam, de falso orationis solutione ad Aristocreontem, tres. Solutio Hedylli hypotheticorum ad Aristocreontem & Apollau, unum. Septima compositio ad eos, qui dicunt lemmata falsa, habere fallacem orationem, unum, de negatione ad Aristocreontem, duo, orationes negantes ad exercitationem, <sup>\*παραγαγόντες</sup> unum, de <sup>\*παραγαγόντες</sup> oratione ad Stesagorum, duo, de orationib-

tionibus aduersus propinaciones, & de quiescentibus ad  
Onetorem, duo, de opero ad Aristobulum duo, de latente  
ad Athenadem duo. Octaua compositio de utide ad Mene-  
cratem octo, de orationibus que ex infinito & definito  
constant ad Pasylum, duo, de utide oratione ad Epiceratent  
unum. Nona constructio de sophismatibus ad Heraclidem  
& Pollidem, duo, de ambiguis dialecticis orationibus ad  
Dioscoridem quinque, aduersus Arcesilai artem ad Spha-  
rum unum. Decima constructio contra consuetudinem, ad  
Metrodorum quinque, de consuetudine ad Gorgippidem,  
septem. Logici qui extra predictas quatuor differentias  
sunt, questio nesq; logicar sparsim continent non conexas &  
in corpus redactas, de numeratis questionibus xxxix.  
Sunt omnia simul logicæ partis uolumina ccxx. Ethice  
rationis que ad emendationem moralium notionum, ordo  
primus. Descriptio orationis ad Theoforum unum, mo-  
rales questiones unum, probabiles maximè ad dogmata,  
ad Philomathem tres. Diffinitionum Rubani ad Metro-  
dorum duo. Definitionum rustici ad Metrodorum duo.  
Definitionum mediарum ad Metrodorum duo. Definitio-  
num ad Metrodorum per genera septem. Diffinitionum  
secundum alias artes ad Metrodorum duo. Ordo secundus  
de similibus ad Aristoclem tres. De diffinitionibus ad Me-  
trodorum vii. Ordo tertius de his que non recte diffini-  
tionibus obiciuntur, ad Laodamantem septem. Probabi-  
lia ad diffinitiones ad Dioscoridem duo, de speciebus &  
generibus ad Gorgippidem duo, de diuisionibus unum, de  
cocontrarijs ad Dionysium duo. Probabilia ad diuisiones &  
genera & species & de contrarijs unum. Ordo quartus  
de etymologicis ad Dioclem septem. Etymologicon ad Dio-  
clem iiii. Ordo quintus de prouerbijis: ad Zenodotū duo,  
de


de poēmatis ad Philomatem unū, quo modo oporteat ag-  
dire poēmati duo, aduersus Criticos ad Diodorum unum.  
Moralis loci circa communem orationem, & eas quæ ex  
ipso constant artes & uirtutes. Primus ordo aduersus re-  
scriptiones ad Timonactem unum, quo modo singula dici-  
mus & cogitamus unum, de cogitationibus, ad Laodamā-  
tem duo, de opinatione ad Pitonacltem tres. Probatio con-  
tra id quod dicitur non opinaturum esse sapientem unum,  
de comprehensione & scientia & ignorantia quatuor, de  
oratione duo, de sermonis usu ad Leptinam. Ordo secun-  
dus quòd restè antiqui dialecticam iudicent cum proba-  
tionibus ad Zenonem duo. Dialetica ad Aristocreontem  
quatuor, de his quæ dialecticis obisciuntur tres, de rheo-  
rica ad Dioscoridem 1111. Ordo tertius de habitudine ad  
Cleontem tres, de arte & incertia ad Aristocreontem  
1111. de differentia uirtutum ad Diodorum 1111.  
quòd uirtutes æquales sint unum, de uirtutib-  
us ad Polidem duo. Morales loci de bo-  
nis & malis. Ordo primus de hone-  
sto & uoluptate ad Aristocreō-  
tem decem. Probatio quòd  
non sit uoluptas finis  
questuer. Probatio  
quòd uoluptas  
bonum non  
sit qua-  
tuor.  
de  
ijs quæ  
dicuntur.

# DIOGENIS LA-

## ERTII DE PHILOSO-

phorum vita, Liber Octauus.

### P Y T H A G O R A S.



**A**C T E N V S de Ionica philosophia  
quæ à Thalete Milesio initium accepit, ac  
de viris qui in ea memorabiles fuerent. Age  
uerò iā & de ea que Italica cognomina-  
ta est loqui pgamus. Eius uerò princeps  
fuit Pythagoras Mnesarchi amulorum sculptoris filius,  
ut Hermippus ait, siue ut Aristoxenus tradit, Tyrthenus  
ex una insularū quas electis Tyrrhenis Athenienses posse  
derunt. Sunt qui Marmacū illius patrē, aut Hippasum &  
Eutyphephonē atq; Cleoniumq; ab aliis, qui Phliunte pro-  
fugerit, dicāt, habuisse Marmacum in Samo, atq; ideo Py-  
thagorā Samium dici, inde migrasse Lesbūm. ibi q; à Zoi-  
lo patruo Phercydi Syre commendatum, tres subinde ar-  
genteos calices fuisse fabricatum, eosq; singulis in Aegy-  
pto sacerdotibus dono dedisse. Habuit & fratres, maiore  
quidem natu Eunomium, medium Tyrrhenum, seruumq;  
Zamolxim, cui Getæ sacrificant, Saturnum, ut Herodotus  
ait, existimantes. Hic, ut prædiximus, principio quidem  
Phercidem audinit Syrum. Post eius uerò obitum profe-  
cti in Samum Hermodamanti iam seni Creophili nepoti  
se in disciplinam dedit. Cūm autem esset iuuenis addiscen-  
di studiosissimus, patriam linquens cunctis firè Barbaris  
Græcisq; mysterijs iniciatus est. Deniq; Aegyptum pe-  
tijt, quo tempore Polycrates Amasidi per epistolam il-  
lum commendauit, illorum linguam, ut Antiphō tradit in  
eo libro quæ de his qui in uirtute principes fucrē scripsit,

edid

edidicit, atq; apud Chaldeos cōuersatus est magis. Deinde in Cretam unā cum Epimenide descendit in Idacum antrum. In Aegypto quoq; adytā ingressus est, deinde rediit Samū, offendensq; patriam à tyranno Polycrate incubari, Crotonem in Italiam petiit, ibiq; leges Italiam dedit, atq; cum discipulis clarus habitus est, qui ferme trecenti tempū praeclarè administrabant, ita prudenter, ut merito à p. cōpartia, hoc est, resp. optimorū uideretur. Refert Heraclides Ponticus hunc de se dicere solitum, quod fuisset aliquando Aethalides, ac Mercurij filius putatus esset, Mercuriumq; monuisse illum ut peteret preter immortalitatem quod uellet: petisse igitur ut uiuens, & uita funtus omnium quæ contingenter memoriam haberet. Itaque in uita meminiisse omnium. Eandemq; memoria & post mortem rescruiisse, atq; aliquāto post in Euphorbum uenisse, atq; à Menelao fuisse vulneratū. Euphorbus autem dixit se aliquando Aethalidem fuisse, atq; à Mercurio promovere accepisse, ut anima illius perpetuo errore uagaretur, & in quas uellet arbores, uel animātes commigraret, & quæ apud inferos anima omnia perpeſia eſſet, ac cetera anime quæ nā patiantur. Postea uero quam Euphorbus diem obiit, ingressam in Hermotimum ipsius animam, qui & ipse cum fiduci uellet facere, Branchidas petiit, ingressus Apollinus phanū ostendit clypeum, quem illic Menelaus affixerat. Ait enim illū cū ex Troia remeas̄et, Apollini sacraſe ſcutum iam putrefactum, ſolamq; perdurare curvilineam faciem. Vbi autem & Hermotimus uita funtus eſt, rursus in Pyrrhum Delium pifcatorēm migrasse, illūq; omnia memorasse, ut primū Aethalides fuerit, poſtea Euphorbus, deinde Hermotimus, ac poſtremo Pyrrhus effclus sit, ac deinde poſt Pyrrhum factum eſſe Pythagoram,

goram, omniumq; meminiſſe quæ p̄adiximus. Pleriq; Pythagoram nihil ſcripſiſſe tradunt, ſed id ſtolidē putant. Nam Heraclitus Physicus apertissimē de illo loquitur: Pythagoras Mnesarchi filius ſe hiftoria rerum exercuit ſupra omnes homines, feligensq; hec ſcripta ſuæ ſapientiæ, multæq; peritiæ, & artis documentum dedit. Sic autem locutus eſt, quod cū de Natura Pythagoras ſcribere adorſus eſſet, ita in principio dixerit, Non per aērem quem ſpiro, non per aquam, quam bibo, non admittam huius sermonis uituperationem. Scripſit autem Pythagoras tria uolumina de institutione, de ciuitate, de natura. Quod autem nomine Pythagoræ legitur, Lysidis Tarentini Pythagorici eſt, qui cūm Thebas proſugifſet, Epaminonde p̄æceptor fuit. Refert Heraclides Serapionis filius in Sotionis epitome ſcripſiſſe & illum uerſibus de toto, ſecundum item ſacrum sermonem, cuius eſt initium,

Σὲ νέοι ἀλλὰ σιβερδε μεθ' ὑπυχλες τάδε πάντα. hoc eſt,  
Ο iuuenes tacita colite hæc pia ſacra quiete.

Tertium de anima, quartum de pietate, quintum Elohalēm Epicarmi comici patrem, ſextum Crotonem & alios. Porrò mysticum sermonem aiunt Hippasi fuiffe, qui in injuriam Pythagoræ ſcripſerit, plura item ab Aſtone Crotoneiate ſcripta Pythagoræ in ſcripta eſſe. Ait autem Aristoxenus complura mortalium dogmatum accepiffe Pythagorami à Themistoclea ſorore. Ion autem Chius in triagnis ait ipsum cūn poēma quoddam ſcripſiſſet, Orphci titulum adnotaniffe. Scopiadas itidem ipſius eſſe aiunt, cuius operis initium eſt, Nullius rex egens eſto. Sosicrates autem in ſucceſſionib; ait, ipſum rogarum à Leonte Phliſiorum tyranno quisnam eſſet dixiſſe Philosophus. Præſentemq; uitam dicebat celebritati ſimilimam. Quem- \*πανηγύρια.

y admod

admodum enim ad hanc alij certaturi, dij negotiaturi, alij optimi futuri spectatores uenient, ita & in uitam alios quidem gloriae mancipia nasci, & cupiditatis auctupes, alios utrò ueritatis studiosor, & ista quidem sic se habent. Verū in tribus illis Pythagoræ opusculis que diximus, feruntur ista in uniuersum. Non permittit quenquam pro se orare, quod ignoret, quid sibi expediat. Ebrietatem scorsum perniciem uocat, onineq; nimium reprobat dicens, non debere quempiam neq; laborum, neq; ciborum transgredi modum. Ac de Venereis sic ait: Venere ab ymc, non astate facienda, in autumno ac uere leuius. Omni autem tempore esse gravia & ad sanitatem minimè idonea. Rogatus quando esset concubendum, tunc, inquit, cum te ipso infirior fieri uis. Humanam etatē ita distinguit, puer uiginti annos implet, adolescentus uigiuti, iuuenis uiginti, senexq; uiginti. Sunt autem etates istae & anni temporibus accommodatae, ucri puer, aestate adolescentus, autumno iuuenis, & hyeme senex. Adolescentē intelligit puborem, iuuenē virum. Primi autem Timo<sup>e</sup> autore, amicorum omnia communia dicit, amicitiamq; & equalitatem. Ipsius quoq; discipuli facultates omnes in unum deponebant, communesq; feciebant, quinquennium item totum silebant, solùm quæ dicarentur audientes, ac donec probaretur nunquam Pythagoram uidentes. Hinc iam ad donum ipsius, aspectumq; admittebantur. Abstinebant autem à sepulcro cypriino, quod inde sceptrum Iouis factum esset, ut Hermippus ait in secundo de Pythagora. Quin & uenustissimæ formæ fuisse traditur, adeò ut illum discipuli opinarentur Apollinem qui ex Hyperboreis uenisset. Nudatum aliquando cuius femur aureum apparuisse fama est, Nessumq; annem cum transiret ab eo fuisse appellatum non defuere qui dicent.

Tim

Tineus quoq; in decimo historiarum ait, dixisse illum, quæ cum uiris habitarent, eas deorum nomine censeri nō posse & nymphas, & deinceps matres appellari. Hinc & geometriam perficisse, cum ante a Meris initia elementorum eius inuenisset, Anticlides autor est in secundo de Alessandro, maximeq; uacasse Pythagoram circa speciem ipsius arithmeticam, ac regulam que ex una chorda est, reperisse. ne medicinam quidem neglexit. Refert autem Apollodorus suppitor hecatombē illum immolasse, cum inuenisset trianguli quod ἀρθοντιον appellavit, subjectum latus tantundem ualere, quantum que illum continerent. Et est epigramma sic se habens:

Πυθαγόρης τὸ περιπλέοντες εὐρετο γράμμα  
Καὶ φίδης ὅτῳ κλεψύδη γέγονε βαθύστολον. hoc est,  
Pythagoras quondam diis fecit nobile sacrum,  
Inuenta est illi littera quod celebris.

Fertur & primus athletas aliuisse carnis, antea, ut in tertio comment. ait Phanorinus, carnis siccis & mollibus & tritico solitos corpora nutrire, ut ait idem Phanorinus in octavo Omnimodæ historiæ. Alij uero Pythagoram alium quendam aliptem athletas ita solitum enutrire dicunt, non hunc. Quo enī pasto cum bic & necare ueteruerit, sustineat gustare animalia que commune nobiscum ius habeant anima. & istud quidem fabulosum. Nam reuera animatis abstinere iussit, exercens atque affuecens mortales ad faciliorem uictum, ut cibos semper parabiles haberent, quibus igne ad coquendum opus non esset, quidq; aquam simplicem biberent. Hinc & sanitatem corpori, & ingenij acumen prouenire. Deniq; aram Delij tantum Apollinis genitoris, que post Ceratinum est, adorare, quod Apollo frumenta & hordeum & placentas illi absq; usu ignis imponere

ponere ex more soleant, cæterum nulla iecinora, ut Ari-  
stoteles in Deiorum rcp. testatur: primumq; bunc sensisse  
quint animam circulum necessitatibus immutantem alijs aliam  
obligari animalibus, primumq; Græcis pondera & men-  
sura inuexisse, ut Aristoxenus musicus ait: Primum item  
ueſperum atq; luciferum idem sydus dixisse autore Par-  
menide. Adeo uero admirationi omnibus fuit, ut dicerent  
familiares eius, dei omnigenas uoces. Ipſe quoq; scribens  
ait, post ducentos & sex annos ex inferis se ad homines  
uenire. Itaq; cum illo perdurabant, atq; adibant illum di-  
scipline studiorumq; causa & Lucani, & Picentes, Me-  
ſapij, & Romani. Erat autem ignotum Pythagoricum do-  
gma usq; ad Philolai tempora. Hic enim tres libros illos  
præclaros euulgauit, quos Plato centum minis sibi emi per  
literas orauit. Neq; uero pauciores sexcentis erant qui no-  
ctu ad illū audiendū confluebant. Ac si qui præsentia illius  
frui meruissent, scribebant suis tanquam magnum quiddam  
ac præclarum se adeptos. Metapontini nempe illius domū  
Cereris delubrum uocabant, uicumq; sacratum Musis, ut  
Phauorinus in omnimodis historijs tradit: dicebantq; Py-  
thagorici alij, non esse omnibus pandenda omnia, ut Ari-  
sto ait, in x. iſtituentium legum. Vbi & Xenophilum  
Pythagoricum interrogatum, quo pacto optimè filium eru-  
diret, dixisse ait, si ex bene iſtituta ciuitate natus eſſet.  
Quin & pafim per Italiam nō paucos reddidit bonos &  
doctos uiros. Zeleucum inter cæteros & Charondam le-  
gumlatores. Erat præterea conciliandæ amicitiae in pri-  
mis studiosus, maximamq; in ea habebat uim. Ac si quem  
didicisset symbolis suis cōmunicasse, cum continuo socium,  
amicumq; conſeſcebat. Erant autem ista illius symbola;  
Ignem gladio non ſudicendum, ſtateran non transiliendam,  
super

super chœnices non sedendum, cor non edendum, onus una tollendum, neq; una deponendum, stramenta semper habenda colligata, dei imaginem in anulo minimè circumferrandam, olla uestigium in cunere confundendum, oleo sedem non tergendar, conuerso ad solem uultu non mingendam, extra publicā viam non eundū, non facile dextrā iniiciendam, sub eodem tecto hirundines non habendas, quæ sunt unguibus recuruis aues non nutritandas, unguium capillorumq; partibus superfluis resecatis non immingendum neq; insistendum, gladium acutum deuitandum. In finibus peregrinanti non redeundū. Erant autē hic eius sententiae. Ignem gladio nouū fodiendum, potentiam iram tumentemq; indignationē non contouendam. In chœnice non sedendum, ex æquo futuri habendam curā. Chœnix enim diurna escat. Stateram non transiliendam, hoc est, æquum & iustum non transgrediendū. Cor non edendum, id est, animā angoribus doloribusq; non excruciantū. Per id autē quod peregre proficiscienti minimè redeundū, admonebat, ne qui uitæ excessissent, eos uitæ cupiditate teneri non oportere, neq; voluptatibus uitæ presentis manus dare. Ad hec & alia iam exponenda sunt, ne quid preterisse videamur. Super omnia erythino & sepia uesti prohibebat, corde itidē ac fabis. Addit Aristoteles & uuluam & triglam. Solo melle siue fano ac pane contentum uixisse quidam autumant, unumq; interdiu non gustare solitum. Obsonium illi erat ut plerimum cruda uelelia olra, marinis raro utebatur. Sto la illi candida semper ac munda, stramentaq; item candida ex lana. Lineorum quippe usus necdum ad illa loca penetrarat. Nunquam uero deprehensus est saturari, uel Veneris rebus seu ebrietati operam dare. Risu abstinebat & fastigiis & iocis, odiosisq; narrationibus. Irratus nunquam

uel sernum uel liberum cædebat. Diminutione ea sola uteba-  
tur quæ fil per anguria et uaticinia, minium uero ea que  
fit per ignem, tunc tantum exceptio. Sacrificijs utebatur in-  
nimis. Sunt qui dicant solis gallis gallinaceis et bordis etia  
laetecolis, quos teneros dieunt: agnis autem minimè. Ceterèm  
Aristoxenus cuncta illa animata in cibum permisisse ait, ho-  
ne aratore, et ariete exceptis. Dogmatique ab ea que in  
Delphis est Themistoclea accepisse refert idem autor. Hie  
ronymus uero descendisse ad inferos, atq; Hesiodi quidem  
animâ columnæ erat nunculis adstrictam, stridentemque ni-  
disse, Homeri autem ex arbore pendentem serpentemque illa  
circundantes, propter ea que in diis fixerat. Eos item eru-  
ciari qui suis uxoribus congredi nollent, ciuique rei gratia  
a Crotoniatis honoratum. Aristippus autem Cyreneus in  
libro de physiologia, ait illum Pythagoram iceirco ap-  
pellatum, quod ueritatem perinde atque Pythium ipse loque-  
retur. Fertur discipulos admonere solitus, ut ista quotidie  
cum domum ingredierentur dicerent:

Ηνι πραγματεύεται τι λέγεται, τι μεί οἶδεν οὐκ εἴπεις;

Quod es prætergressus? quid gestum in tempore? quid noui?  
Cruentia hostiarum diis offerri prohibebat, solamque aran-  
que esset sine sanguine adoranda: decierare itidem per deos  
uetabat. Quemque enim id studiosè curare oportere, ut ex ui-  
tæ merito sibi fides haberetur. Seniores honorandos, quod  
tempore procederet honorabilius existimantes, quæ admodum,  
in mundo, occasu ortum, in seculo principium fine, in vita au-  
tem generationem corruptione. Deos quidem senideis in ho-  
nore præferendos, hominibus autem heroas, parentes uero  
hominibus ceteris. Innicè ea ratione conuersandum, uti ne  
ex amicis iniuricos, uerùm ex iniuricis amicos faciamus. Pro-  
prium nihil arbitrandum, legibus opem firendam, iniqui-  
tatem

magis ratiōne  
quæ lumen datur.

tatem debellandam: mitem arborem non violandam nec ledendam. Animal itidem quod hominibus non noceat. Verecundiam & pietatem esse colendam. Risus aquae ac tristitia non indulgendum. Fugicendam carnis superfluum pingue dinem. Itinerationibus remissione intenteque utendum. Exercendam memoriam. In ira nihil aut dicendum aut faciendum. Dignationem omnem honorandam. Cantibus ad lyram utendum, laudeque deorum uitiorumque prestantium habendorationabilem gratiam. Porro fabarum interdicebat usum, quod uento essent plene atque animato maxime convenirent. Ad huc nisi sumantur leniores ac modestiores sacerdientes, atque adeo que in somnis contingunt, imagines leues ac perturbatione uacuas reddi. Rescripsit autem Ale  
xander in successionibus philosophorum, et ista se in Pythagoricis commentarijs notasse, principium quidem omnium esse unitatem. Porro ex unitate indefinitam dualitatem, ueluti materiam auctoritate subicisse. Ex monade uero ac inde terminata dualitate numeros gigni, ex numeris punctis, ex punctis lineas, ex quibus planae figure constent. Ex planis autem solidas figurae, ex quibus item solidae consistere corpora, quorum & quatuor elementa esse, ignem, aquam, terram, aerem, que per omnia se mutant ac uertant, ex quibus fieri mundum animatum, intelligibile, rotundum, median terram continentem, quam & ipsam rotundam esse & globosam, ac circum habitari. Esse autem antipodas, nobisque obuersa uestigia premere. \* Aequis etiam partibus mundo inesse lucem ac te  
nebras, calidumque & frigidum, siccum & humidum. Ex eis dum calor obtinet, aestate, dum frigus, hyeme fieri. Ea dum aequis partibus sunt, optima anni tempora confici. Nam ea que uiret, est ueris gratia salubrisque temperie.

Quæ uero declinat, autumni est insalubris illa pars anni. Quod autem ad diem attinet, oriri quidem auroram aëneſperam occidere. Quocirca insalubriorem esse cum qui terra complectitur aëra, immotum ac morbidum, & que in illo sunt omnia esse mortalia. Summum uero semper mori, & esse liquidissimum ac saluberrimum, & que in eo sunt inuortalia omnia atq; in circulo diuina. Solem item & lumen & reliqua sidera deos esse, quippe in illis superare calorem, qui sit uitæ autor. Lunā quoq; à sole illustrari, hominibusq; esse cum dijs cognationem, quod & homocæloris particeps sit. Vnde & deum nostri prouidentiā gere. Fatum quoq; omnium & eorū que sunt per partes administrandorum causant esse. Penetrare item à sole radium per æthera frigidū & corpulentum. Vocat autē aërem frigidū æthera. Hunc uero radiū etiam profunda penetrare, atq; ideo uiuificare omnia. Viuere item animo que calori participent, atq; ideo & plantas esse animates, animata men non habere omnes. Animā uero annulatione ætheris esse, & calidi & frigidi, eò quod sit particeps frigidi ætheris. Differre autē à uita animam, esseq; illā inuortalē, quando quidem & id à quo auulsa est, immortale sit. Porro animalia ex se inuicē nasci seminaliratione, que uero è terra fiat generationem non posse subsistere. Semen autē esse cerebri stillam, quæ in se calidum continet uaporē. Hæc uero dum infunditur uulnæ, ex cerebro saniem & humorem sanguineumq; proslucre. Ex quibus caro, m' rui, ossa, pili, totumq; consistat corpus: ex eo autem uapore sensum atq; animam constare. Formari autē primo quidem concretū, & compactum intra dies quadraginta, iuxta uero rationem harnoniæ, intra septem aut novic, aut decem ut pluriuum menses consummatum atque perfectum infantem gigni. Habe-

re autem in se omnis uitæ rationes, quibus sua serie conne-  
xis contineri iuxta congruentie ratione in, cum singula sta-  
tutis temporibus accedunt. Sensum quoq; communiter o-  
num, ac per speciem temperamentum, uaporē esse quen-  
dam nimis calidum, atq; ideo aërem aquamq; penetrare:  
affligi enim calidum à frigido. Nam si esset frigidus in ocu-  
lis uapor, distaret profectò aduersus aërem similem. Nunc  
uero in plerisq; oculos solis ianuas appellat. Eadem & de  
auditu decrevit ac sensibus reliquis. Porro humanam ani-  
mam trifaria in dividit, in sensum, & mentem, & iram. Sen-  
sus igitur & ira cæteras quoq; animantes esse participes,  
mentem uero ad solum pertinere hominem. Esse autem prin-  
cipium animæ à corde usq; ad cerebrum, & eam quidem  
qua sit in corde ipsius partem concupiscentiam esse. Men-  
tem uero atq; animam in cerebro constare. Guttas autem  
nosse ab his manare sensus. Ac partem quidem prudentiæ  
capacem esse immortalem, cætera uero mortalia, nutritriq;  
ex sanguine animam, eiusq; rationes uentos esse. Ipsam ue-  
ro unam cum suis rationibus esse inuisibilem, quod ether  
quoq; sit inuisibilis. Cæterum animæ uincula uenas esse &  
arterias & nervos. Vbi uero inualuerit & secum fuerit,  
quiescere, uinculaq; ipsius fieri rationes atq; opera. Eic-  
tam eam in terram in aëre uagari corpori similem. Porro  
Mercurium animalium questorem esse, atq; ideo ducentorem  
dici, ianitorem ac terrenum, quod is ex corporibus, & ex  
terra, & mari animas immittat, & puras quidem atq; pur-  
gatas in excelsum ducat. Impuras uero illis ne appropin-  
quare quidem neq; inuicem sibi ipsis, cæterum uinciri à fu-  
rijs infractis nexibus. Quia totum aëra plena esse animis,  
eosq; & dæmones & heroas existimari, atq; ab his homi-  
nibus immitti somnia & signa atq; morbos, neq; solum ho-

minibus, uerùm & pecudibus ac iumentis reliquis, atq; ad  
<sup>Vitae differuntur ab aliis</sup> hos referri lustrationes & expiationes, diluviationem o-  
 mnem & uaticinia, & cetera id genus. Maximum uero  
 eorum quae in hominibus fingi possunt dixit animam esse, si-  
 ue ad bonum induceret sive ad malum. Felicesq; ac beatos  
 esse homines, quibus bona anima aduenierit. Eam uero nun-  
<sup>\*I. p. 11. p. 11.</sup> quam quiescere, neq; eundem fluxum obtinere. Instum item  
 uim habere iurisfiriandi, adq; ideo & Iouem iuratorem  
 dici. Virtutem harmoniam esse, sanitatem preterea & bo-  
 num omne, atq; Deum, ideoq; per harmoniam constare o-  
 mnia. Amicitiam itidem esse & equabilem congruentiam. Ho-  
 nores Diis exhibendos, heros tamen haud aequo honore  
 ducendos. Ceterum Diis semper quidem cum laudibus ami-  
 cituq; candido, & casto corpore honores adhibendos, he-  
 roibus uero ex dimidio diei. Eam uero munditiam expia-  
 tionibus lauacrisq; atq; asperginibus fieri, uacando a fu-  
 nere & cubili & inquinamento omni, morticinisq; & pol-  
 lutis carnibus abstinentio, trigesiq; ac sepijs, ouisq; &  
 quae ex onis nascuntur animalibus, fabis quoq; & ceteris  
 que prohibent, qui in templis mysteria ritusq; faciunt. Ait  
 autem Aristoteles in libro de fabis, ideo admouisse illum  
 fabis abstinentium, sive quod pudendis similes sint, sive  
 quod in inferni ianuis. Sunt enim in secundæ solæ, sive quod  
 corrumpant, sive quod naturæ uniuersi similes sint, sive  
 quod paucorum dominatu gaudent: nam bis in suffragiis  
 utebantur. Quæ uero ceciderint non tollenda, ut assuefa-  
 tur non nisi moderatè edere. Porro Aristophanes heroum  
 ait ea esse quæ cadunt, dicens in heroicis: Ne gustato qui-  
 dem ea quæ intra mensam deciderint. Gallo plumis albis  
 abstinentium, quod Mensi facer sit, ac supplex. Nam et ho-  
 ras significat. Pisces item non gustandos eos quisacrisunt.

Neq;

Neq; enim fas esse eadem Diis & hominibus apponi, sicuti  
nec seruis & liberis. Candidum quidem quod est, ad boni  
pertinere naturam, atrium uero ad mali. Panem non fran-  
gendum. Nam in unum ueteres amici coibant, quemadmo-  
dum nunc etiam Barbari, neq; dividendum quod illos in  
unum cogat. Alij ad iudicium referunt quod apud infros  
fit. Alij quod in bello formidinem faciat. Alij quod ab hoc  
incipiat universum, insolidarumq; figurarum omnium  
sphaera, planarum uero circulus sit. Senectutem & omne  
detrimento obnoxium pari ratione teneri. Juuentutem iti-  
dem & quicquid incrementa suscipit, idem esse. Sanitatem  
specie i esse consistentiam, morbum contraria esse huius uiola-  
tionem de sale quod apponi conueniat idcirco statuit, quod  
iustitia admoneat. Hoc enim quicquid occupauerit scruat,  
& ex liquidissimis rebus aqua & mari fit. Hec Alexander  
in Pythagoricis reperiisse se in commentarijs tradit. Eadem  
sermone Aristoteles. Enim uero Pythagorae ipsius gravitatem  
ac modestiam & Timon in Sillis, cum illum carpere insti-  
tueret, non reliquit intactam in hanc sententian loquens,  
Pythagoran quoq; magie insignem, opinione glorie gra-  
uitatisq; celebrem. Quod autem alius idem alias fuerit, Xe-  
nophanes in elegia testatur, cuius est initium: Nunc alia  
dicere aggrediar. Quod uero de illo dixit sic se habet:

*Kai πόσιμηρ τύφειτο φέρειν σκύλανος παριόντα.*

*Φασίμητων οὐδεποτέ φάσθαι τέτοιος,*

*Πάντα μαντεία βάτης επέχει φήμης ἀνέρος ιτι.*

*Ἐν χάρτιον τύρει φεγγαίρειν ξέιωρ. hoc est,*

*Qui catulum duro miseratus uerbere cæsum*

*Cum, ut fama est, olim preteriisset, ait,*

*Define, ne miserum cædas, nam charus amici*

*Est animus, quod nox indicat ipsa mihi.*

*Atq;*

Atq; ita Xenophantes fugillat illum. Cratinus in Pythagoricis atq; in Tarentinis in hunc modum hæc inquit: Eis con*\*fīshp.* suetudo est, si quem simplicem undecunq; nacti fuerint ingressum experimentum facturum quantum illi dicendi utribus præstant, perturbare illum, obiectionibusq; uersare, conclusionibus, in æ qualitatibus, fallacij, magnitudinibus, non inde emergere. Mnesimachus Dalmoni, Pythagoreo more *\*arfia.* \* soli immolamus inanionatum nihil, omnia coincidentes, Ari stophon in Pythagoreo instituto ait, quod cum descendisset in diætam eorum, qui apud infros sunt, uidisse singulos, Pythagoricos uero multum omnino à mortuis differre. His quippe solis conuisci Plutonem ob pietatem dixit. Facilem ait Deum, si sor didis cibis adesse gaudet. Item in eodem: Comedunt olera & aquam in potu sumunt, pediculos & pallium atq; squalorem nemo ex alijs perferre posset. Moritur autem Pythagoras hoc modo: Confederatus domo Milonis cum sociis: eam uero domum quissiam ex his quos ille admittere noluerat, per inuidiam incendit. Sunt qui Crotoniatis ipsos tyranidis suspicione ac metu hoc perpetrasse dicant. Pythagoram igitur incendijs incommoda uitantem, cum egrederetur comprehensum esse, & agro cuidam fabis pleno intrantem ibi constitisse ac dixisse, capi præstat quam bas dare pessum, cediq; satius est, quam quicquam loqui, atq; ita iugulum persecutoribus nudasse, compluresq; ex discipulis, nam circiter quadragesita sequuti fuerant, fuisse interemptos, paucosq; effugisse, ex quibus Archytas Tarentinus fuerit, & Lysis ille quem superæmemorauimus. Porro Diæarchus Pythagoram in delubrum musarum, quod Metaponti est, confugisse, ibi q; cum quadragesita dies absq; cibo perstitisset, dejeccisse ait. Heraclides uero in epitome uitarum Satyri, illum postquam in

in Delo Pherecydi iusta persoluerat, redisse in Italiam, & ,  
 cum in domo Milonis Crotoniæ celebritatem offendisset,  
 Metapontum peruenisse, ibiq; cum uiuere diutius nolle in  
 dia uitam finisse. Hermippus autem ait bello inter Agrigen-  
 tinos atq; Syracusanos exorto, Pythagoram exisse cum so-  
 ciis Agrigentiniis opem laturum. Versis autem in fugam il-  
 lum fabarum campum circuisse, ibiq; à Syracusanis fuisse  
 interfectum. Reliquos uero ad triginta quinq; Tarenti  
 fuisse crematos, cùm primarijs ciuitatis contrà ire uellent,  
 atq; ab eis in Republicæ administratione dissentirent.  
 Alind item quiddam huiusmodi de Pythagora Hermippus  
 refert, Ait enim illum cùm in Italiam uenisset, subterraneam  
 fecisse domum, matriq; mandasse quæ contingent, tabulis  
 inscriberet, tempusq; adnotaret, deinde illum descendisse,  
 ac dum rediret id matrem fecisse. Anno autem exacto ascen-  
 disse Pythagoram ex effossa domo squalidum ac macie con-  
 fectum, aduocataq; concione dixisse ex inferis se ascendere,  
 atq; ut sibi fidem ficeret, recitasse quicquid euenisset. Eos  
 uero ijs quæ dicebantur affectos in lacrymas ciulatuq;  
 prorupisse, Pythagoramq; iam diuini quippiam habere  
 existimantes, uxores suas illi in disciplinam exercitationem dedis-  
 se, ut quidpiam ex illo addiscerent, easq; Pythagoricas no-  
 catas esse. Hæc Hermippus. Erat autem Pythagoræ &  
 uxor Théano nomine, Brontini Crotoniæ filia. Hanc alij  
 Brontini uxorem Pythagoræq; discipulam tradunt. Erat  
 illi & filia Damo, ut Lysis in epistola ad Hipparchum ait,  
 de Pythagora in hunc modum loquens: Aliunt autem pluri-  
 mi publicè te, id quod Pythagoras semper inhibuerat, Philo-  
 sophari, qui cùm Damoni filie commentaria sua commendaret,  
 iussit ne cui extra domum ea traderet. Ea uero cum ingenti  
 pecunia posset illa detrahere, omnino noluit, inopia quip-  
 pe

pe patrisq; monita auro pretiosiora censuit: idq; cum esset mulier. Fuit illi & filius Teluges, qui etiam patri successit, ac iuxta quosdam Empedoclis praeceptor fuit. Hippobodus autem Empedocle dixisse ait de Teluge: Clara Theanus procles Pythagoræq;. Teluges autem ille nubilus scripsisse fertur, at ipsius mater nonnulla. Rogata quando mulier à uiro munda sit, dixisse ferunt, à suo quidem continuo, ab alieno uero nunquam. Ei uero quæ ad uitum ingrederebatur, monebat uti cum ueste & uercundiam poneat, exurgensq; denuo cum ipsis illam unâ resumeret. Rogata quænam, hæc, inquit, per quæ mulier uocor. Igitur Pythagoras iuxta Heraclidem Serapionis filium octagesimo etatis anno moritur, secundum propriam etatum descriptionem, iuxta plurimos autem nonagesimo. Extant autem & quæ in hunc lusimus, sic se habentia:

Où μέντρον ἐπιβάλλων ἀτεχες χρόνος, ἀλλὰ καὶ οὐδέ,

Τίς γάρ ἐμβάλλων οὐταγόρα;

Ἀλλ' ὅταν ἐπιβάλλεται, καὶ δηλαδή, καὶ ἀλισθῆ

Διὰ τότε καὶ φυχὴν εἰς τὸν ἔχει τοῦτον. hoc est,

Haudquaquam solus tu animatis abstinuisti.

Quisnam animata uorat, dic mihi Pythagora.

Verum ubi quid tostum est, elixum, uel sale sparsum,

Tunc edimus, quoniam spiritus omnis abest.

Item aliud in eundem:

Ἀλλ' ἵπ πιθαγόρας τοῖς & σοφοῖς, ποτὲ μὲν αὐτοῖς

Μή φύεται κρέατα, καὶ λέγει εὖ ὡς ἀσθινος.

Σιτίζειρ δὲ ἀλλατος ἀγαμαι σοφοῖς, αὐτοῖς μὲν γά

Οὐκ ἀσθικῶν ἀλλατος αὐτοῖς εἴτε ἐξ ἀσθικῶν. hoc est,

Talis erat sapiens, ut nollet tangere carnes

Pythagoras, magnum & diceret esse scelus.

Carnibus admiror socios quod pauit, & ipse

Carn

*Carnibus abstinuit, flagitium effratus.*

Item aliud:

Tas φείρας ἡρ ἔθιλης τὰς Πυθαγόρας νοῆσαι  
Ἀντίδιππος Εὐφρέβη θλέτοις ἐς ὀμφάλον.  
Φεστι γέρι Θεοὶ Ιγάρη Ημέων πρόσων Βρότος, δορέ  
Οτ' ἐν ἄληρ φάσκηρ δέσις θεών δέ τ' ἐλών. hoc est,  
Respicere in Euphorbi radiantia scuta renati,  
Pythagorae mentem noscere quisquis aures.  
Olim ego dicit, eram mortalis, nec finit unquam,  
Siue erat, haud uel erat, dicere semper, eram.

Ineundem:

Αἰ, αἰ, Πυθαγόρης τί τόσον κνάμενος ἱστιάσθη;  
Καὶ θάνε μάντα φυτοῖς ἀμμιγα τοῖς ιδίοις.  
Χωρίου οὐκ νικάμωρ. Μη τέτης οὐκτοῦ πάλιν  
Ἐξ Ἀγραγαντίων κατθαψεὶ τρισσοφ. hoc est,  
Heu, heu Pythagoras quid uile legumen adorat?  
Quem in propriis fama est occubuisse fabis.  
Nam uel fortè faba fugiens calcaret in agro,  
Tandem Agragantino cæsus ab hoste perit.

Floruit autem olympiade sexagesima, pisiusq; schola durauit usq; ad nonam et decimam generationem. Postrem erint Pythagoreorum fuere quos Aristoxenus uidit, Zenophilus Chalcidiensis ex Thuria, et Planto Philiastius, et Ecbeerates, et Diocles, et Polimnastus, Philiastij et ipsi. Erant autem auditores Philolai et Euryti Tarentinorum. Fuerunt autem Pythagoræ quatuor eodem ferè tempore, nec multum ab se inuicem distantes. Unus quidem Crotoniata homo tyrannicus. Alter Philiastius corporum exercitator aliptes, ut quidam aiunt. Tertius Zacynthius, cuius aiunt illud esse philosophie arcanum, ac eius rei preceptor, a quo item illud proverbiale: Ipse dixit, in publicam

manavit. Sunt qui & alium sculptorem Reginum fuisse dicant Pythagoram, qui primus uisus sit numerorum ac modorum repertor fuisse. Alium item sculptorem Samium, & aliud oratorem non bonam, & aliud medicum qui de hernia scripsit, ac de Homero quedam composuerit. Alium item qui Doricē scripsit, autore Dionysio. Porrò hunc Eratosthenes, quem & Phauorinus in omnimoda historia sequitur in libro octavo, primum fuisse tradit, qui xlviii. Olympiade peritus ac exercitatus pugil euaserit, quem comatum atq; purpuratum, eie etiamq; ex puerorum ludo atq; irrisum continuo uiros petisse ac uicisse. Simplex est huic epigramma quod fecit Theætetus:

Πυθαγόρω τίνα δὲ φένε ποιήτων ἀσθματορ  
Πύκτιον εἰ καὶ χρε Σάμιος, Πυθαγόρης ἐγένετο  
Τάλλος δὲ οὐ μόνος ἐπίτροπος Ήλείων, φίσας  
Αὐτῷ ἀπίστα λέγεται.      hoc est;

Pythagoram quendam comatum hospes nobilem  
Pugilem Samium, si contines, Pythagoras ego sum.  
Quæ gesserim uero si quempiam Eleum rogabis,  
Dices illum incredibilia narrare.

Hunc Phauerinus ait definitionibus ob mathematicā usum  
materiā, ampliasse uero illam Socratē, et qui ab eo fluxere.  
Postea autem Aristotelem & Stoicos, primoq; coelum ap-  
pellasse mundum, terranīq; rotundam. Id autem Theopbra-  
stus Parmenidi, Zeno Hesiodo assignant. Huic autem resti-  
tisse Cydonem, sicut Antidicum Socrati. De Pythagora  
autem athleta circumferunt hoc epigramma:

Οὐτος πυνθανεται δέ Ολύμπια, παισὶ δὲ νησοῖς  
Ηλυστὶ Πυθαγόρεας δέ Κράτει φένε Σάμιος.      hoc est,  
Hic puer & pugil à pueris ad Olympia uenit  
Pythagoras Samius, patre satus Crato.

At uero philosophi epistola legitur in hunc modum.

P Y T H A G O R A S A N A X I M E N I .

AT TV uirorum optimè si nihil Pythagora ex genere & gloria prestantiores esse, profectò ad nos iam ex Mileto migrasse, nunc uero te continuit paterna & aucta gloria, que & me continuisset si essem Anaximene similis. Cæterum uos si augurio urbes deseretis, eis quidē ornatus admetur, Medi⁹ illis infestius instabunt. Neque uero semper cœuerit astrorū ac coeli uestigare rationes. Praefat interdum ad patriā curas cogitationesq; conuertit. Quanquam ego nō semper meis uaco fabulis, uerū & bellis interdum, quibus inter se inuicem Itali diſſident. Noniam uero de Pythagora diximus, dicendum iam de Pythagoricis illustribus uiris, post quos dicendum erit de his qui ſparſim & plerisq; reſeruntur, tum deinceps adnemētus ſucceſſionis ſcriam memorabilium uirorū usq; ad Epicurum, ſicuti ſuprà promiſimus. De Theano autem & Thelauge iam diximus, dicendum modò de Empedocle primū. Nā, ut quibusdā placet, Pythagore auditor fuit.

E M P E D O C L E S .

EMpedocli, ut ait Hippobotius, Meto pater, auius Empedocles Agrigentinus fuit. Idem & Timaeus refert in decimoquinto historiarum libro, insignem fuisse uitrum Empedoclem poētæ auum. Hermippus cadent ferme ait. Heraclides itidem de iſulis, clara ex familia fuisse auum, equosq; nutriſſe tradit. Dicit & Eratosthenes in Olympionicis, l. x x i. Olympiadē uicisse Metonis patrem, Aristotelis utens testimonio. Apollodorus autem grāmaticus in Chronicis, Metonis quidem filium fuisse ait, cæterū ad Thurios nuper omnino cōditos uenisse Glaucus ait: deinde post pauca, qui uero, inquit, domum profugum uenisse

Z SYR

Syracusus, et cum illis aduersus Athenienses bellasse auit, prorsus id nubi ignorare uidentur. Aut enim iam defecrat, aut omnino ualde senex erat, id quod minime uerisimile est. Namque et Aristoteles ipsum et Heraclitum LXX. etatis anno uita excessisse ait, qui uero LXX. et primam Olympiadem uicerat eques, eodem censebatur nouuine. Ita et tempus ab Apollodoro significatur. Satyrus autem in uitis Empedoclem ait filium fuisse Exanetum. Reliquum autem et illum filium Exanetum, eademque olympiade ipsum quidem equestri certamine uicisse, filium uero illius lucta, siue ut ait Heracides in epitome, cursu. Veruenimus uero in Phauorini commentarijs reperi, Empedoclem et bouum multasse spectatoribus ex melle et farina, fratremque habuisse Callicratidem. Telanges autem Pythagore filium in epistola ad Philolaum, Empedoclem ait Archinomus fuisse filium. Quod autem Agrigentinus ex Sicilia fuerit, ipse in primo lustrationum refert:

*Ω φίλει οι μέγα αἴσυ πάτερ Αυράχαντος  
Ναδίτ επ' αὔρα πόδαν.* hoc est,  
*Οι σοις ingentem fluvias Acragantis ad undas  
Vrbem qui colitis positam sub incenibus altis.  
Hactenus de genere ipsius. Audisse autem Pythagoram Timaeus autor est in nono historiarum, decem, deprehensem quod oratione suratus esset, sicuti et Plato, atque ideo ad consortium sermonum admitti prohibitum, ipsumque meminisse Pythagore:*

*Ὕπ σὲ τις ἐπ κένοισιν ἀνὴρ περιώδεια ἐνθως  
Οἱ δὲ μάνισορ πρωτόδωροι ἐκτίσασιο πλεῖτοι. i.  
Quidam et in his uir summus erat, rerumque peritus  
Divinitis qui animi cordatis uinceret omnes.  
Sunt qui ista de Parmenide dixisse putant. Refert Neathes  
Pyt*

Pythagoricos usque ad Philolaum & Empedoclem ad sermonum communionem admitti solitos. Vbi uero ipse poëmata illa vulgare coepit, latam esse legem uti uersificator omnis inde arcretur. Idem & Platonem pertulisse aiunt, quippe & hunc fuisse prohibitum, quem tamen illorum audiuerit Empedocles, non dixit. Eamen in quo Te laugis fertur epistolam, quod Hippasum ac Brontinum audierit, non usque quaque probari. Enim uero Theophrastus Parmenidem illum imitatum dixit, ipsiusq; emulum & in poematibus fuisse, quippe & illum in uersu physice rationis sequi exprimere q;. Hermippus autem non Parmenidis, uerum Xenophanis fuisse imitatorem tradidit, qui cum diu uersatus eiusque carmen imitatus sit, postmodum Pythagorici congressum esse. Alcidamus uero in Physico refert eodem tempore Zenonem & Empedoclem uniuersi auduisse Parmenidem, deum ab se discessisse, ac Zenonem quidem seorsum philosophatum esse, hunc uero Anaxagoram & Pythagoram audisse, atque alterius constantiam & grauitatem uitæ atque habitus, alterius de natura rationes fuisse imitatum. Aristoteles uero in sophista, priuilegium Empedoclem oratorie inuentorem ait, Zenonemq; dialectice. In lib. autem de poëtis asserit Homericum Empedoclem, acutumq; \* in dicendo fuisse, translationibus item ac της φύσεως ex teris poetis figuris usum. Atq; ideo cum & alia poëmata scripsisset, & Xerxis transitum, & in Apollinem proœmii, ea postea ignibus tradidit soror quedam ipsius sine filia, ut Hieronymus meminit, proœmium quidem imprudens, Persica autem prudens ac sciens, quod ea imperfecta essent. Tragœdias illū præterea scripsisse refert, ac politica. Verum Heraclides Scapionis filius, tragœdias alterius fuisse memorat. Hieronymus uero quadraginta

tria illius opuscula se legisse assertit: Neanthes autem ad hunc iuuenem scripsisse, & ipsum tragœdias in quas se postea incidisse. Porro Satyrus in uitis refert & medicum illum fuisse, oratore inq; optimum, Gorgianq; Leontinum ipsius fuisse discipulum, uirum in oratoria insignem, qui & artem rhetorica[m] scripsit, quem tradit Apollodorus in chronicis cœtum & nouem ætatis implesse annos. Hunc ait Satyrus dicere solitum affuisse se Empedocli magiam exercenti, ipsumq; in poëmatibus id profiteri, & complura alia inter quæ profitetur,

Φάρμακα δὲ οὐτε γεγόνη πανῶν, καὶ γέρας ἀλισφαίρει  
 Πεύση, επεὶ μόνῳ σοὶ ἐγὼ πραΐω τάδε πάντα  
 Πάστοις δὲ απαρτήσωρ ἀνθεμῷ μέλος, οἵτινες γάρ ταχα  
 Ορνήματοι πνοιάσι καταφθινόντα πάρεστα.  
 Καὶ πάκιψ ἡμεῖς εἰθὲλησθα παλίστησα πνεύματα τούτα.  
 Θάσοις δὲ ἵξει θυμόντοι νελαυνεῖν, καὶ ριοὺς ἀνχυδύειν,  
 Αὐθρόποις, θύσεις ἡνὶ ἵξει αὐχμοῖς θερέειν  
 Πεύματα διενθρέοθρεπτα, τὰ δὲ ἐμ βέρεις αἴσταντα.  
 Ἀξεις δὲ ἵξει αἰδανούσα φθινότερον μέλος ἀνθρώποις. hoc est,  
 Pharmaca quis pellas morbos, leuesq; senectam  
 Percipies, que cuncta tibi communico soli.  
 Compescesq; truces uentorum rite procellas,  
 Exorti insanis qui uastant flatibus agros.  
 Sursum, si libeat, mox flamina pigra ciebis,  
 Et media induces è tempestate serenum,  
 Induces media pluuias æstate salubres,  
 Et flatus sicca qui perfleunt omnia messe.  
 Extinctumq; hominem nigro reuocabis ab Orco.  
 Multis item modis cum uirum admirationi habitum Timaeus in decimo octauo historiarum autor est. Namq; Ectius aliquando uehementer flantibus, adeò ut fruges corrūperent

perent, excoriari asinos iussit, factisq; utribus eos collibus  
 & montium uerticibus admoneri ad compellendos flatus,  
 cessantibusq; uentis ab euentu rei καλν̄ μερι uocatum  
 esse. Heraclides quoque in libro de morbis, ait ipsum Pausanias \* dictasse quæ de Apno ille scripsit. Erat autē Pausanias, ut Satyrus & Arisippus ait, amator eius, cui & <sup>\*ιφρυδονοδας</sup> της λέπρου.

de natura libros compositos ita declarauit:

Παυσανία σὺ ή καλύθι Δαίρροος Ἀγχίτε υε. hoc est,

Pausania Anchiti sapientis percipe fili.

Sed & epigramma in eum scripsit in hanc sententiam:

Παυσανίῳ ίν δύτικάντερυμος Ἀγχίτε νίδη

Φῶτ' Ἀσκληπιάδην παῖς ιθρεψε Γελα,

ὅς πολλοὺς μογερούς μαραυούλευς καμάτοις

Φῶτας & πίστεψε Πιρσεφόνης \* ἀδύτωμ. hoc est, <sup>\*ιαλλαγάμης</sup>

Pausaniam Anchiti natum, Phœbiq; nepotem,

Clerum aluit medicum patria clara Gela.

Qui multos diris homines languoribus ægros

Eripuit furuis Persephones thalamis.

Aπρεψ igitur Heraclitus tale quiddā esse ait, quod triginta dies corpus absque strepitu integrum, incorruptumq; scrūaret. Vnde illum & medicum & uaticm dixit, ut ex eius uerbis patet, quibus incolas ampli Agrigentis saluere iubet, à quibus & deum se credi uult, diuinosq; sibi petit honores. Versus autem sic se ferē habent:

Ω φίλοι οἱ μήτρα ἀγνοῦ ξενθῆ Ἀκράγαῖος

Νάειτ ἀκρα πόλεως αγαθῶν μελεθέμονες ἔργων

Χαῖρετ, Ιγάω δὲ ὁμιρ θίὸς ἀμεθρότος, καὶ ἔτι θράτος

Πωλεῖμαι μετὰ πᾶσι τῇμοι μενος, μαστερ ἵσικε,

Τευλας τε περιστῆσος φέρετι τε θαλάτης

Ταῖσιν ἄμιντον ἀγαθα καὶ ἀστα τηλεθῶντα

Ἄρθράσιν οὐλὴ γυναῖκι σιβίζουμεν, οἴδιτον ἄμιντονται

Μύριαι, ἐγένεντο δὲ πρὸς καρδίας ἀπαρτῶν  
ἡ μὲν πατρὸς συνάντησις καὶ χρημάτων, οἱ δὲ τοῦ νεοτεροῦ  
Παῦλος ἐπεβοήθειο καλύπτειν τὴν κατασκέψιν. hoc est,  
Vrbem qui flauit ad ripas Acragantis amici  
Incolitis magnam, res et curatis honestat,  
Salutem, immortalis ego conuerter apud uos,  
Ut per eft, ducus, et tali me dignor honore  
Formosis uinctus uitis roscisq; corollis.

Quis quando egregius ueniam conuictatus ad urbes,  
Mulieribus maribusq; colar, comitesq; sequentur  
Innumerati, ad lucrum quos ardens semita ducit,  
Quiq; prophetiam exerceant, qui discere morbi  
Omnigeni curam cupiunt artesq; salubres.

Amplum uero Agrigentū dixisse ferūt, quod in illa octingenta hominū nullia inhabitarent. Vnde et Empedoclem illis delitijs uacantibus dixisse, Agrigentini delitii quidē ita quotidie se dedunt, ac si postridie morituri: demos uero ita edificant, quasi perpetuo uicturi. Eas uero ipsas expiationes in unum corpus coegerisse fertur Cleomenes coaeruator, quemadmodum et Phauorinus in commemorationibus ait. Puisse uero cum in primis liberum atque ab omni imperandi fastu remotissimum Aristoteles tradit, siquidem et regnum cum sibi offerretur constanter renuit, sicuti Zanthus in illius lundibus meminit, simplicitatem uitæ quam regū delitias charius amplectens, eadem et Timæus resert causam simul adisciens cur ita popularis fuerit. In uitatus enim fuerat à quodā ex principibus, ac procedente coniunctio coena nō inferebatur. Tacebis alijs indignè ille ferens inferri iussit. Qui uero illū inuitarat praestolari securiæ ministrum dixit. Vbi uero ille aduenit, cōnīus princeps constitutus est, id nimis agente eo qui illū

noca

uocauerat, tum ille tyrannidis initia haud obscura prese  
ferēs, iubebat aut bibere, aut in caput effundi merū. Tunc  
igitur Empedocles tacuit. Postridie uero coacto iudicio  
damnauit utrumq; se peremūt in uitatorē & conuiuij prin-  
cipē. Itud enim eius recipublice tractande initiū fuit. Rur-  
sus Acrone medico locum sibi ad construendum paternum  
monumentum à senatu postulante, quod inter medicos ar-  
te praecipue ex celleret, in medium surrexit Empedocles,  
ac fieri prohibuit, atq; inter cetera quæ de equalitate dis-  
seruit, ita illum rogare coepit, cuiusmodi monumento inci-  
demus elegium? Nun hoc!

Ἄκροι τετράρχαι ἄκρων παῖς τετράρχαι

Ἄκροτάτης κρύπτει κρύψιος ἄκρος παῖς ὀλόδες. hoc est,

Acronem summum medicum ex Agragante profectum,

Qui summo in patrie culmine habet tumulum.

Quidam autem secundum uersum ita pronunciant:

Ἄγροτάτης κρύπτης τύμβος ἄκρος κατίχα. hoc est,

Verticis excelsi celsa sepulcrata tenent.

Hoc quidam Simonidis esse tradidierunt. Postea uero Em-  
pedocles & mille hominum eccl̄um antiquauit, constituto  
triennij magistratu, ut non solū esset diuitum, uerum &  
mediocrum ac ciuilium rerum non expertum. Deniq; &  
Timaeus in primo & secundo libro, ipsius enim saepe men-  
tionem facit, contraria recipublice tradit putatum eū ha-  
buisse sententiam, quandoquidem iactantia & amore sui  
ferebatur immodecē, quippe qui in carmine se deum dixe-  
rit. Quādo item ad Olympia peregrinaretur, in se cuncto-  
rum uertebat ora, ut nullius inter loquendum tanta quanta  
Empedoclis fieret mentio. Postremo cū Agrigentū con-  
deretur, obſtiterunt illius instito inimicorum nepotes,  
unde in Peloponnesum secessit, ibiq; obiit diem. Timaeus

autem ne hunc quidem prætermisit, sed ipsum mordet cùm  
 \* exortat. ait, Et Empedocles forensū\* formator uerborū quantum  
 ualuit, tantū cepit imperans, qui dispositus magistratus in-  
 digētes alijs. De illius uero obitu uaria suntur opinio. He-  
 \* rā pycnē rāclide s enarrasset\* de Apno, ut Empedocles ma-  
 ximā ex eo gloriā consecutus esset, quod mulierē defun-  
 etam uiuam nūsiasset, qit illū sacrificiū ad Pisianaltis agrū  
 fecisse, cōuocatis pleriq; ex amicis, inter quos et Pausa-  
 nias erat. Vbi uero coniurāo peracto alijs quidē loco pau-  
 lulū digressi, alijs sub arboribus uillæ se ad quiescendū cō-  
 posuerūt, alijs quocunq; uisum est in loco quieuerunt, ipse  
 ubi accubuerat permanxit. Mane autem facto ē somno ex-  
 citis cæteris, solus ipse repertus non est. Facta autem dili-  
 genti inquisitione ē seruis qui rogabātur, unus aslitit qui  
 diceret se nocte media ingētem audisse uocē Empedoclem  
 uocantem. Tum uero ubi surrexisset, cœlestem uidiſſelū-  
 cem et splendorē tedarū, nihil aliud. Illis uero in eo quod  
 contigerat stupētibus, descendit Pausanias ut mutteret qui  
 quæreret. Postea uero prohibitus est curiosius querere, di-  
 cēs re nō indignā accidisse precibus ac diuino cultu, ibi q;  
 ueluti deo hostias offerri oportere. Hermippus autē illum  
 cū Pantheam quandam Agrigentinā desperatā à medicis  
 curasset, hostias ob id mactasse. Qui uero inuitati erat ad  
 LXX. ferme fuisse. Hippobotus uero illum ait ubi exur-  
 rexerat Actuam petisse, quò cùm peruenisset, in ignis cra-  
 teres se intecisse, ibi q; dum fidē cupit facere famamq; ad-  
 struere quod deus effectus sit, ignibus consumptum esse,  
 postea ut se res haberet agnatum esse, una ex illius cre-  
 pidis uia flammæ ex intimis ad exteriora reiecta, quippe  
 calciari solebat ere. Huic famæ Pausanias reluctabatur.  
 Ceterum Diodorus Ephesius de Anaximandro scribens  
 ait

uit illum huius æmulum fuisse, imitando tragicā grandiloquentiam uestisq; gravitatem. Enim uero dum Selinuntios ex adiacentis fluminis factore pestis invasisset, adeò ut & ipse, et uxores partu periclitaretur, ex cogitatione Empedoclem duos quosdā ex vicinis annib[us] proprio sumptu in flumen illud immittere, ut ex cōmixtione aquæ dulcescerent, ac sedata peste epulantibus Selinuntiis, Empedoclem apparuisse, illi eo cōspecto surrexerūt, eiq; uelut deo diuinos honores detulerūt. Eā de se opinionē firmare uolentē se in ignes cōiecisse. Verū hisce Timaeus refragatur, aperte asserēs illū ubi in Peloponnesum se recepit, nūquā omnino redisse, atq; ideo illius incertū esse obitum. Heraclidi uero nominatim contradicit Pisanacta Syracusanū dicēs, neq; uillā Agrigenti habuisse, uerū à Pausania factum amico monumentum. Is enim huiusmodi uulgata fama, breue statuam illi, nam diues erat, siue aram, ut deo condidit. Quonam ergo pacto, inquit, se in crateras iniecit, quorum nullam unquam fecit mentionē, & quidem cū propè essent? Mortuus enim est in Peloponneso. Quod si illius sepultura nō cernitur, nihil est cur admiremur. Nāq; & aliorum multorū sepulcra ignorantur. Ista & huiusmodi Timaeus refert. Verū semper Heraclidi consuetudo est miracula ista confingere, qui & ex luna cecidisse hominē dicit. Porro Hippobotus ait statuam Empedoclis opertam Agrigenti primum stetisse, postea uero ante Romanorū curiam cōstitutam fuisse, Romanis eā illuc transferentibus apertam. Pictæ quidē & nunc eiusmodi quedā inueniuntur. Neanthes uero Cyzicenus, qui & de Pythagoricis scripsit, refert Meone uita functio tyrannidis pullulare exordia coepisse. Tum uero Empedoclem Agrigentinos induxit, uti seditionib[us] omīsis & qualitatē ciuilium

amplectentur: multas ciuium que sine dote erant ex relictis sibi opibus adiecta dote uiris tradidisse, atque ideo et purpuram se induisse, et strophium aureum circumdedisse. Phauorinus in commentarijs autor est, crepidas item areas et Delphicam sumpsisse coronam. Coma item illi prolixa fuit, et pueri se deducentes, et ipse grauis semper atq; in uno seueritatis habitu perstigit. Eiusmodi igitur progrediebatur, ut ciuibus sibi occurribus, ac proximo id munere habentibus, specimen quoddam et insigne regium praese ferre uideretur. Postremo uero dum celebritatis cuiusdam causa, Messana curru inuestus proficeretur, cecidiisse, coxamq; fringuisse. Quo etiam ex morte defunctum esse etatis anno LXXVII. esse item sepulcrum eius Megaris. De etate uero ab Aristotele dissentit. Ille enim LXV. annorum defecisse ait. alijs centu et novem uixisse annos contendunt. Floruit autem circa LXXX. et 1111. Olympiadem. Democritus autem Trozenius in libro contra sophistas, refert illum iuxta Homerum,

Ἄγαμον βρέχοι διώνυ αφ' ἐψηλοῖς πράνταις.

Ἄντερ' ἀπογεμάσαι, ψυχὴ δὲ αἰδούσῃ κατελθεῖ. i.

Connexo ex alta laqueo sua guttura cornu

Inseruisse, anima ut tetram penetraret ad Orcum.

In ea uero quam prediximus Telaugis epistola, fertur illum ex senio in mare prolapsum, extinctumq; esse. Hac de ipsius morte. Fertur et nostrum in eum ex Pammetro nostra carmen in hunc modum:

Καὶ σὺ ποτ' Ἐμπεδόκλεις οἵτινος φλογὶ σῶμα καθίκεας

Πῦρ ἀπὸ κράτηρων ἔκπτεις αἴσαταις.

Οὐκ ἐρεις δὲ στιστοῦ ἴβαλλες τὸ ρέον. Αὐτούς

Ἄλλα λαβεῖς ἐβέλωρ ἐμπτεισις ἐν ἴβελοις. hoc est,  
Empedocles rapida purgasti corpora flamma,

Aeter

*Aeternos ignes fortiter ore trahens.*

*Non dicam quod te in feruentem miscris Actnam,  
Lapsus es at nolens, delituisse uolens.*

*Et aliud,*

*Nal μέρη Ευτείδουλα θαρρόν οὐδεος, δι' ποθ' ἀμάχησ  
Ἐκπειτε, καὶ μηρὸν ηλάσασθο διεγέρον.*

*Εἰδε τὸν πόσον οραῖον εἰσιλασθο, καὶ πίε, τί γένη*

*Πῶς ἂν ἔτι τὸν Μεγάροις δάκρυσθο τὸδε τάπερ hoc est,  
Cruribus Empedocles collisis, dicitur esse*

*Mortuus, ē curru cum cecidisset hunc.*

*Si se flagrantem male sanus iecit in Aethnam,*

*Quomodo adhuc Megaris structa sepulcra iacent?*

*Timon uero ne ab eo quidem lacesendo abstinuit dicens,  
Empedoclesque forensium opifex carminū, &cetera. Hac  
autē illi uisa sunt ac placita, Elementa esse quatuor ignē,  
aquam, aërem, terram, amicitiamque; qua copulentur, &  
discordiam qua dissideant. Ait autem sic:*

*Ζεὺς δέργας ἄρσε περιθοίσ, καὶ τὰ δωρεὰ*

*Νῆσις δὲ οὐδεποτε εἰσικροῖ θύμα βρέταιον. hoc est,*

*Juppiter albus, & alma soror Juno, atque potens Dis,*

*Et Nestis lacrymis hominum quæ lumina complet.*

*Iouem ignem, Iunonem terram, Aidoneum aërem, Nestin  
aquam dicens, & haec ait assiduas versare uices, desinere  
nusquam. Estque aeternus iuxta illum hic rerum ordo. De-  
nique infert:*

*Ἄλλος δὲ φιλότητος συνερχεμενός ἐπὶ Σπαρτα.*

*Ἄλλος δὲ αὐτὸν χάρακα φορεύμενος νέκυος ἔχει.. i.*

*Non nunquam connectit amor simul omnia, rursus*

*Non nunquam sciuncta iubet contentio ferri.*

*Solem ait ignis ingentem massam, lunamque maiorem, lu- \* ἀφευρ-  
nancque disci habere similitudinem. Cælum ipsum crystalli  
oblinere*

obtinere speciem, & animam, & omni genum animalium  
atque arborum species indui, ait nempe,

Ηλιος γαρ ποτε ιγνω γενθεισι καιρος τε καιρον τε  
Θαυμαστον ειπεροτε, και ιξαλθος ιμεταυρος ιχθυος. hoc est,  
Nam, memini, fueram quondam puer atque puella,  
Plantaq; & ignitus piscis, pernixq; uolucris.

Quae igitur ille de natura deq; expiationibus scripsit; ad  
quinquaginta millia uersuum pertingunt: quae uero de medicina,  
ad sexcentos. De tragedijs supra iam diximus.

## EPICHARMVS COVS.

**E**picharmus Elothalis filius, Cous, & ipse Pythagore  
auditor fuit. Trimestris uero cum esset in Sicilia pro-  
fectus, peruenit Megara, inde contendit Syracusas, ut ex  
ipse in suis testatur libris. Eius statuē eiusmodi carmen  
inscriptum est:

Οτι παραλλάξατε φαινουμενα αλισταρα

Και πάντος πλανημένη μείζονι ιχει ολυμπιαρι.

Φημι τοσστοι ιγνω σοφια προσχειρ Επιχαρμοι

Ου πατερις ιστιφάνωσ αδε Συρικοσιορι, hoc est,

Quantum sol uincit sublimis sydera cœli,

Quanto uis pelago maior inest fluuijs.

Tantum ego profiteor sophia præstare Epicharmum,

Cui Syracusa comis patria ferta dedit,

Commentaria reliquit in quibus de natura rerum, de sen-  
tentijs de medicina differuit. Notaq; breues commentario-  
rum locis apposuit, quibus aperte indicat ab se elaborata  
opuscula. Obiit anno etatis nonagesimo.

## ARCHYTAS TARENTINVS.

**A**rchytas Mnesagoræ, siue ut Aristoxenus ait He-  
stici filius Tarætinus Pythagoricus nobilissimus fuit.  
Hic Platonem cum à Dionysio necandus esset, per episo-

lani eripuit. Admirationi summæ apud plurimos habitus est in omni virtutis genere. Nam septies ciuib[us] p[re]fectus est, cùm ceteri plus quam annum imperare lege prohiberentur. Ad hunc Plato scribit epistolam binas, quod is ad eum prior scripsisset, in hunc modum:

## ARCHITATE PLATONI. S.

FACIS tu quidem recte quod nobis te conualuisse ex aggritudine significaris; de Damisco item certiores feceris. De commentarijs autem curauimus, uenimusq[ue] ad Lukanos, ibi q[ui] conuenimus Ocelli nepotes. Quæ igitur dergno, legibus, iustitia, omniumq[ue] generatione, et ipsi habemus, ex his quedam misimus. Reliqua modo reperiri non possunt, cùm inuenta fuerint, ad te deferentur.

In hunc modum Archytas. Plato autem ita rescripsit:

## PLATO ARCHYTAE. S.

QVÆ abs te nobis allata sunt commentaria, dici non potest quam libenter accepimus, quiq[ue] illa scripsit, in primis admirati sumus. Ostendit enim profecto uir ille dignus se maioribus illis suis antiquissimis atque optimis viris. Feruntur autem isti uiri Myrei fuisse. Hi autem ex illis fuere Troianis, qui cum Laomedonte migrarunt, uiri boni, ut de illis tradita significant. Quæ apud me sunt commentaria, de quibus scripsisti, nondum satis elucubrata sunt, neque unquam satis erunt, ea tamen misi. De custodia uero ambo consentimus. Nihil itaq[ue] adhortatione opus est. Vale.

In hunc modum illi ad se inuicem scripserrunt. Porro Archytæ quatuor fuere: Primus hic ipse, Secundus, Mityleneus musicus, Tertius, qui de agricultura scripsit, Quartus, poëta epigrammatum, Quintus, plerique addunt architectum, cuius proferunt librum de machina, cuius istud initium est, Hæc de Teucro Carthaginieſi audiui. De mafico

sico autem dicitur, quod cum probro sibi daretur, quod non exaudiretur, dixerit, organum uero pro me pugnans loquitur. Pythagoricum uero Aristoxenus refert cum exercitui precesset, nunquam fuisse superatum. Semel autem dum inuidia cederet, se se imperio abdicasse, moxque; exercitum in ius hostium conceperisse. Primus hic mechanica mechanicas principijs usus exposuit, primusque motum organicum descriptioni geometricae admovit, ex dimidiis cylindri sectione duas medianas secundum proportionem sumere querens, ad cubi publicationem; hic in geometria cubum primus, ut Plato in Republica testatur, inuenit.

### ALCMAEON CROTONIATA.

**A**lcmaeon Crotoniates, & Pythagore auditor fuit, ut plurimum uero in medicina uersatur: plerunque iterum de natura disputatione, dicens, multa humanarum rerum causas. Videtur autem primitus de natura ratione scripsisse, ut Phaeorinus in omnimoda tradidit historia, lunamque bane semperternam habere naturam dixit. Fuit autem Pirithous filius, sicut et ipse in principio sui operis testatur. Alcmaeon Crotoniates haec ait Pirithou filius Erotino & Leoni, & Bathyllo. De inuisibilibus, de immortalibus rebus, nunc festam quidem scientiam habent dii, quantum uero coniurare hominibus licet, & cetera. Anima uero immortalē dixit, mouerique; perpetuo in flar solit.

### HIPPASVS METAPONTINVS.

**H**ippasus Metapontinus & ipse Pythagoricus fuit. Ait autem definitū esse, tempus esse munera mutationis, finitumque; hoc uniuersum esse ac semper moneri. Demetrius autem in æquiuocis refert illū nullū opus reliquisse. Fuerant autem Hippasi duo, hic, & qui Lacedemoniorum Remp. quinque libris comprehendit. Erat autem & ipse Lacon.

Philol.

## PHILOLAVS.

**P**hilolaus Crotoniata Pythagoricus & ipse fuit. Ab hoc Pythagoricos libros emendos ut curaret, Dionis scribit Plato. Moritur autem suspectus quod tyrannidem invadere moliretur. Nostrum est in ipsum epigramma hoc,

Tην οὐδόνοιαν πᾶσι μάλιστα λέγω θεραπείαν.

Εἰ γὰρ μή διράφῃς, ἀλλὰ σλουσίς ἀτυχία.

Οὐτών καὶ Φιλόλαος ἀντίλατρος Χρύστων πολὺ πάτερ.

Ἄσματα τελεῖσθαι δένει τὸ παρόντα τῷ χρόνῳ. hoc est,

Suspicio haud res est minimi, mihi credere pericli,

Non pecces quicquam, si uideare facis.

Sic Philolaë Craton te patria perdidit olim,

Te arbitratu trucem uelle tyranum agere.

Opinatior autem omnia harmonia ac necessitate fieri, terrā iuxta primum circumflexum moueri dicit. Alij Hicetum Syracusanum id sensisse affirmant. Scripsit autem librum in quo illum Hermippus quępiam scriptorē dixisse refert Platonem philosophum cum in Siciliam ad Dionysium profectus esset, emissè à Philolai consanguineis argenti nūnac Alexandrinas quadraginta, atq; inde transcripsisse Timaeum. Alij Platonem dicunt hæc à Dionysio acceptissimam, reluctantē licet abductum ex carcere adolescentē ex Philolai discipulis refert. Demetrius in homonymis Pythagorica de natura rerum hunc primum edidisse testatur, quorum est initium, In mundo natura coacta est ex infinitis ac finitis, mundusq; totus, & quæ sunt in ipso omnia.

## EUDOXVS.

**E**udoxus Aeschini filius, Cnidius, astrologus, geometra, medicus, ac leguminator fuit. Geometriam quidem ab Archita didicit. In medicina uero Philistione Siculo præceptore usus est, ut Callimachus in tabulis. Porro Sotion

Sotion in successionibus, Platonis quoq; auditorem fuisse scribit. Nam cum annum uigesimum tertium etatis ageret, summoq; inter paupertatis angustias descendit studio flagraret, Socraticorum gloria percitum Athenas cōtendisse cum Theomedonte medico, à quo & nutriti solitus, nec defuerunt qui dicerent ipsius dilitias fuisse. Denectus autē in Pireum Athenas quotidie ascendebat, ibiq; cum Sophistas audisset, ad portum regrediebatur. Duos autem ibi menses moratus domum rueretur. Unde rursus animorum largitate suffultus in Aegyptum cum Chrysippo medico profectus est, commendatitias ab Agesilao literas ad Nestanabin ferens, à quo & sacerdotibus commendatus est. Ibi annum uium & menses quatuor moratus mento attonso atque supercilioso, octo annorum historiam, secundum quosdam, conscripsit. Inde iam Cyzici atque in Propontide Phantus Mausolum itidem uisere uoluit. Tum uero Athenas rediit, habens secum discipulos plurimos, contristandi, ut quidā uolunt, Platonis gratia, quod is ab initio illum ab se dimiserat. Sunt qui dicant conuiuium Platoni celebranti ipsum adstantibus plurimis, hemicyclium in accubitum introduxisse. Enim uero Nicomachus Aristotelis filius illum ait uoluptatem bonum dicere. Exceptus autem in patriam agno cum honore est, cuius rei indicio est honorificū de illo factum decretū. Apud Græcos quoq; clarissimus fuit, ciuibusq; suis leges conscripsit, ut Hermippus in 1111. de septem sapientibus libro resert. Scripsit autē de astrologia & de geometria, & de alijs quibusdam insignia opuscula. Tres autem habuit filias, Actidem, Philtidem, Delphidem. Resert Erasthenes in libris ad Hecatonē, ipsum & Cyniaorum dialogos cōposuisse, alijs Aegyptios lingua sua illos conscripsiſſe.

psisse. Hunc uero traductos Græcis edidisse tradunt. Eius Chrysippus Erinei filius Cnidius auditor fuit, in his quæ de diis, de mundo, de cœlestibus docentur. In medicina uero Philistione Siculo præceptore usus est. Reliquit autem et commentaria pulcherrima et eruditionis plena. Huius filius Aristegoras fuit, cuius Chrysippus Aethlii discipulus fuit, cuius frumentum modi illi ad uidendas speculations naturales quæ in mentem eius uenerant accommodati. Fuerunt autem Eudoxi tres: Primus hic ipse: Secundus Rhodus historiarum scriptor: Tertius Siculus Agathoclis filius, poëta comicus, qui ter urbana uicit certamina, quinquiesq; Lenaica, ut Apollodorus in chronicis ait. Inuenimus et alium medicum Cnidium, quem ait Eudoxus in terra ambitu, semper admonere solitum articulos continua agitatione exercendos, sensuq; similiter. Idem uero refert Eudoxum Cnidium circa centesimam et tertiam olympiadem claruisse, atq; linearis curuas reperiisse. Moritur autem tertium et quinquagesimum agens annum. Cum uero adhuc in Aegypto moraretur cum Iconuphy Heliopolitano Apis illius pallium lingere uisus est. Celebrem ergo illum fore nec longeum ex eo ostento sacerdotes dixerunt, ut Phanorinus in commentariis refert. Sic autem se habet carmen quod in eum scripsimus:

Ἐν Μίμφαι λόγος ἐξ προμαθεῖμ τὸν ἴδιον εὐθόξον τῷ  
μοίγαρ, πάρα τῇ οὐδὲν δρυ τάντε κανδεῖρ ξλεψε, θοὶ γέ πό-  
θερ λόγος; φύσις ἐν ἰδωκερ μέσοχο λάλορ ἀπιδι γέμα. πα-  
γὰ δὲ αὐτὸρ λέχειος ζᾶς ἐλι χμέστατο γολλώ, προφανεῖς τέ-  
το διδάσκορ ἀποδηνοι βιοῦτιν, δοσοφ εὐπω. διδ ἡ εἰ ταχιος  
ἴλαδε μέρος, δικάιος πέτρι ιδι τρεῖς ινιδόρτι πλειάδας. i.

Fama est Eudoxum quondam in Memphi fatum suum sciscitatum, à pulchre cornuto bove. Neq; illi respondit

A quicq

quicquam. Nam unde sermo boui contigisset? Siquidem Apidi uitulo os loquax non dedit natura, uerum obliquus cum staret, uestem lambebat, hoc aperte innuebat, illam propediem uita excessurum: quare et breui postea mors hominem inuasit, cum nimis decies quinq; super tres uixisset annos. Hunc pro Endoxo Ἐνδόξῳ ob fauor claritatem gloriamq; appellabant. Quidnam ergo de nobilibus Pythagoricis diximus, nunc iam sparsim, ut aiunt, de claris quibusdam philosophis loquamur, ac primum de Heraclito dicendum.

## D I O G E N I S L A- E R T I I D E P H I L O S O- phorum uita, Liber Nonus.

### H E R A C L I T U S E P H E S I V S.

**H**eraclitus Blysonis, siue ut quidam uolunt, Herationis filius Ephesius, circa LXIX. olympiadem clarus est habitus. Fuit autem ultra ceteros alto animo et contentum omnem, ut ex ipso eius opere ostenditur, ubi ait, Multa peritia mentem non decet. Hesiodum siquidem docuit et Pythagoram, rursusq; Xeophontem atq; Hecatæum. Nam licere seire sapientem sententiam qua gubernantur omnia per omnia. Homerumq; dicebat diguum qui ex certanisibus ei sceretur, colaphisq; cädetur, Archilochumq; similiter. Dicebat autem ex iniuriam extinguere oportere magis quam incendium, plebeniq; pro lege non secus ac pro muro pugnare. Acriter autem Ephesios carpit, quod amicum suum Hermodorum elegerant, dicens: Mercenarii Ephesij omnes adulti mori, impunitibusq;

beribusq; urbem derelinquere, quoniam Hermodorum sui  
prestantissimum explurunt dicentes, nostrum nemo in-  
equalis sit, quoniam si quis erit talis, alibiq; & cum alijs.  
Cum autem rogaretur a ciuiis ut leges eis poneret, con-  
tempnit, quod iam ciuitas pessima consuetudine imbuta es-  
set. Secedens uero ad phanum Diane cum filiis ludebat.  
Circunstantibus autem Ephesijs, quid, inquit, miramini ob-  
perdit, non ne praefat isthuc facere, quam uobiscum remp-  
admirinistrare? tandem hominum odio secessit, uitamq; in  
montibus ducebat, olera ac herbas comedens. Atqui ob-  
eam causam morbo aquae intercutis arreptus ad urbem de-  
scendit, medicosq; per enigmata sciscitabatur, an possent  
ex imbre siccitatem facere. Illis non intelligentibus, scipsum  
boum stabulo includens, & simo bubulo obruens, eo ca-  
lore arbitrabatur noxiū ac exundantem humorem ex-  
haurire posse. Vbi uero ne sic quidem aliquid proficere  
conspexerat, moritur L. x. etatis agens annum: estq; in  
ipsum nostrum sic habens epigramma,

Πολλάκις Ἡράκλειτοφ ἴθαμασα, πῶν τοτὲ τὸ γῆραп  
ὤ δι σιαρτλίσας θεσμοφορ, ἐπ' ἴθαρεψ.  
Σάμα δὲ απόλονου καὶ νέσος θεατι φέγγος  
Ἐσθετεψ ἐκ βλεφάρωψ, καὶ σύντοφ ἡγαχετο. hoc est,  
Mecum ego Heraclitum mirabar sēpe, quod olim  
Sic uitam infelix hausit, & inde oblijt.

Nam malus ossarigans, & aquosus corporalanguor  
Extincto inuexit lumine mox tenebras:

Hermippus autem refert illum medicis dixisse, Num pos-  
sit quispiam preisis intestinis humorem exhaurire, negan-  
tibus autem scipsum solis obiecisse radis, ac iussisse pueris  
boum simo se oblinere, eo calore meceratum postridie  
obijisse diem, sepultumq; in foro fuisse. Neanthes uero Cy-

zicenuit, illum fino bubulo cum se eximere non posset, ita perstitisse, atq; ob eam mutationem ignotum a canibus discerptum esse. Fuit autem a puerō non parue admiratio, & cum esset iuuenis, nihil se dicebat scire. Vbi uero ad uirilitatis annos cuaserat, nihil ignorare. Neminem quidem audiuit, uerū semet inuestigandæ ueritati dedisse, omniaq; ex semetipso didicisse ait. Sotion autem quosdam dixisse refert Xenophanis illum fuisse auditorem, Aristonemq; in libro de Heraclito dicere, aquæ intercutis illum curatum a gritudine, morbo alio uitam finisse. Ei opinio ni Hippobotus accedit. Eius uero qui legitur liber, generaliter quidem de natura est, ceterū trevis in partes scinditur. Namq; & de uniuerso, & de repub. & de theologia disserit. Illum uero in templo Diane depositum, et quidam putant de industria obscurius scriptum, ut solieruditii illum legerent, ne si à uulgo paſſim legeretur, contemptibilis esset. Hunc uero & Timon descripsit, appellans maledicuum & turbe infestum, Theophrastus illum atrabile laborantem, alia semperfecta, alia aliter scripsisse refert. Eius alti anni signum Antisthenes in successionibus id asserit, quod fratri concesserit regnum. Tantum uero glorie prometuit ipsius liber, ut sectatores habuerit qui appellarentur Heracliti. Sunt autem ista que illi summatim uisauit: Ex igne cuncta constare in eamq; resolui omnia. Fato omnia fieri, & ex conuersione contraria que sint, omnia congruere & cooptari. Animarū item & demonū plena esse omnia. Dixit & de his que in mundo contingunt uarijs mutationibus ista: Solis eam esse magnitudinem que certit oculis. Dicitur & id de animæ sensisse nativitate, namquam illa reperiiri posse, quantalibet quis uia conficiat spatio, adeò profunda ciui esse rationem. Opinionem siue esti-

matio

mationem sacrum morbum appellabat, aspectumq; metiri. Lucide quidem interdum & aperte in suo opere loquitur, & ut cardissimo cuiq; facilis ad intelligendum sit. Breuitas quoq; & interpretationis grauitas incomparabilis est. Iam uero per partes digesta sic se habent eius decreta. Ignem elementum esse dicit, ignisq; uicissitudine tum raritate, tum densitate constare, que fiunt omnia. Aperte uero nihil explicat fieri q; omnia per contrarietatem, & fluminis in morte uniuersa decurrere, finitumq; esse hoc uniuersum, & unum esse mundum, eumq; ex igne nasci, & rursus per quosdam ambitus per uices hoc omnem seculum ignescere. Id autem fato fieri. Ex his uero quae contraria sunt, id quidem quod ad generationem adducat uocari bellum & contentionem: quod autem ad incensionem, concordiam & pacem. Mutationem quoq; uiam esse supra infraq; ducentem, secundum quam fieri mundum arbitratur. Densatum quippe ignem liquefcere, constantemq; aqua fieri, concreta uero aquam in humum uerti, idq; inter inferiora adesse. Humum ipsam denuo effundi, atq; ex ea fieri humorem. Ex eo autem reliqua ferme omnia, ad evaporationem eam referens quae ex mari fit, ipsamq; ad superiora uia esse. Porro evaporationes ex terra fieri & mari, alias quidem perspicuas & liquidas, alias uero tenebrosas. A liquidioribus ignem, a reliquis humorem incrementa capere. Aerem uero cuiusmodi sit non significat, esse tamen scaphas per concavum ad nos couersas, in quibus conuenientes evaporationes liquidas reddere flamas quae sint sydera dicit. Ese autem lucidissimam calidissimamq; solis flammat, namq; astracetera remotiora esse, neque adeo terrae uicina, atq; ideo minus lucere minusq; calefacere. Lunam quae terrae uicinor sit, non per liquidum locum deferri. Sole in suo splendore, nulli admixtioni

obnoxium durare, certis à nobis spatijs mensurisq; distan-  
tem. Ex eo igitur magis calefcere, atq; illustrare. Defice-  
re item solem ac lunam cùm scaphe ad superiora uertun-  
tur, menstruasq; figur as lunæ fieri, dum in illam sensim uer-  
titur scapha. Diem item ac noctem & meenses & annos an-  
niq; statuta tempora, pluuias & uentos & his similiase-  
cundum evaporationes uarias fieri. Nam liquidam evapo-  
rationē in solis circulo inflammatā diem facere, contrariū  
uerò ubi obtinuerit efficere noctem, atq; ex lumine calo-  
rē angeri, & statemq; perficere, ex tenebris humorē abun-  
dare, unde hyems oriatur. In hunc modum & de causis ce-  
teris disputatione. Enim uero de terra cuiusmodi sit, penitus ta-  
cet, ac de scaphis. Itidem ista eius dogmata suere. Porro  
quod ad Socratem attinet, que nam eius de illo sententia  
fuerit, cùm eius legisset librum ab Euripide sibi delatum, ut  
Ariston ait, diximus cùm de Socrate loqueremur. Sele-  
cius tamen grammaticus ait Crotoniatem quendam in eo,  
quem Catolicymbitem inscripsit libro, tradere Cratem  
quendam hunc librum primo Græcis innexisse, ac dixisse,  
librum ipsum Delio aliquo indigere natatore, qui in illo  
non suffocaretur. Inscribunt illum pleriq; musai, allij, de na-  
tura. Diodorus uero gubernaculum exploratum certumq;  
ad libram uitæ, quidam sententiam morum, unius omnium  
instituti ornamentum. Ait autem illum cùm rogaretur, cur tice-  
ret, dixisse ut vos loquamini. Eius frui cōtubernio et Darii  
optauit, scripsitq; ad illum ita:

R E X D A R I V S H I S T A S P I S F I-  
lius Heraclitum Ephesium sapien-  
tem uirum salutat.

L I B R V M de natura scripsisti obscurū, difficilemq;  
in plerisq;, qui si ad uerbū exponatur, nūm quandā specu-  
lationis

lationis cōtinere uidetur, mundi totius, & que in eo fiunt omnium, que quidem sunt in dixino motu constituta, in quibus plurimi hæserunt, adeò ut & qui complura legerunt ambigant, cùm recta abs te narratio conscripta videatur. Rex igitur Darlus Histaspis filius auditor esse tuus cupit, particepsq; Graecæ eruditionis fieri. Venias itaq; quām prē mīm ad conspectum meum ac regiam donum. Græci enim ut plurimum sapientibus uiris obseruandis minus dediti, affermantur ea quæ ab his recte fuerint elucubrata, tunctū eiusmodi sint ut eruditione & granitate non careat. Apud me autem aderit tibi omnis honor, primatusq; omnis quotidieq; solicita obseruatio, & grata colloquio, uitaq; tuis morib; probabilis. Vale. His ille ita respondit:

HEBRACLITVS EPHESIVS REGI

Dario Histaspis filio s.

QVOTQVOT mortales in terris uiuunt à ueritate ac iustitia abstinent, auaritia autē & in tri glorie inexplicabiliter intedunt, perdite demētia causa. Ego autē omnis in memori nequitiae, fastidiumq; deuitans omnis inuidie domesticæ, que splendorē comitari solet, nunquā in Persiarū solum aduenire paucis cōtentus, que sunt secundū nreā sententiam. Huiusmodi ille & aduersus regem fuit. Demetrius autē in equiuocis ipsum & Athenienscs aspernatum ait, apud quos magna de illo erat opinio, & cū Ephesij esset contēptui, nusquā alibi maluisse conuersari. Meminit illius Demetrius quoq; Phaleucus in Socratis defensione, plurimiq; fuere qui illius exponeret librū, quippe et Antisthenes & Heraclides Pōtic. & Sphaerus Stoic. Pausaniss preterea q̄ ἑράκλειος appellatus est. Nicomedes quoq; ac Dionysius, & ex grāmaticis Diodorus, qui opus illud nō de natura, sed de rep. dixit differere. Nā quæ de natura differit, in

exempli speciem inserta illuc esse. Hieronymus autem Scy-  
thinum quendam iamborum poëtam in illius librum metro  
iocari, illumq; euertere, dixit. Multa autem epigrammata  
in ipsum seruntur, cuiusmodi sunt haec:

Ηράκλειτος ἐγώ, τίμη ὡρ κάτω θλιπτέ αὔροσαι;

Οὐ χρυπή πόνηση, τοῖς δέμεσι πιγαμένοις.

Εἰς λύματα αὐθεντος τρισμενεοι, οἴδε αὐάρειμοι

Οβδής ταῦτα ἀδικεῖ πάρα προσφόρη. hoc est,  
Sum Heraclitus ego, quid me hexatis ineptis?

Non uos, sed doctos tam graue querit opus.

Vnus homo est nobis id quod ter mille, sed unus

Vix sunt innumerū, & manibus hæc recito.

Item aliud in hanc sententiam,

Μὴ ταχὺς Ηρακλέτος ἐπ' ὄμφαλον εἶλεθ βίβλον

Τε ἵψειν μάλα τοι δύσθατος ἀτραπητός,

Ὄρφην καὶ σκότος ἐγένετο πελῷον, οὐδὲστ μῆνας

Εἰσαγαγή, φανερὸς λαμπρότερος ἔελιξ. hoc est,

Noli Heraclitum rabido percurrere cursu,

Est uia difficilis, luce papyrus eget.

In sua si doctus te duxerit atria uates,

Cuncta uidebuntur lucidiora dic.

Quinq; autē Heracliti fuere. Primus hic ipse. Secundus poi-  
ta lyricus, cuius est illa duodecim deorum laus. Tertius ch-  
gie poëta Halicarnassus, in quo Callimachus sic scripsit,

Εἰπὲ τις Ηρακλεῖτε τιδρού μέρεον, οὐδὲ μὲν στεκοῦ

Ηγαγηρ, οὐδὲνθισσασάκις αὔμφετορει,

Ηλιορ ἐν λέσχῃ πατελίνοσμένι, ἀλλὰ σὸν μέν τοι

Ξένη ἀλικαρνασσοτεφρά πάλαις αποδιν.

Αἱ τετραὶ γάνησιν ἀνθένεις, οὐσιηρός πάντωρ

Ἄρπακτης ἀΐδης ἐκ τοῦ χειρα βαλεῖ. hoc est,

Heraclite nūbi quidam tua funera dixit,

*Et subito lacrymis immaducre genæ.*

*Cum nemini longos quoties consumpsimus ambo  
Soles, miscentes seria multa iocis.*

*Puluis at es tenuis nunc hospes, sed tua massa  
Viuīt, Plutonis nec timet illa manus.*

*Quartus Lesbius qui Macedonū scriptis historiam. Quintus ex industria ridiculus, qui ex cytharae pulsu transiuit \*embryavit, ad speciem.*

### XENOPHANES.

**X**enophanes Dexij, sive ut Apollodorus ait, Orthomenis filius Colophonius, à Timone laudatur, ubi ait:

*Ἐφεράλιω ὀπέτευφορ, ὁ μηρονάτλιω, ἐπικεφαλῶν. hoc est,*  
*Xenophonem subacerbum, & Homerum nobile flagrum.*

Pulsus autem patria in Zancla Sicilie moratus est, atq; Catanae. Sunt qui neminem audisse dicant, neq; defuncti qui Botonis Atheniensis auditorem fuisse assuecent. Alij Archelaum audisse, atq; ut Sotion ait, Anaximandri etate uixit. Scripsit autem uersus, elegias & iambos contra Hesiodum atq; Homerum, subsannans ea quæ de Diis dixerat, ipse quoq; sua resarciebat poëmata. Thaletis ac Pythagoræ <sup>\*ψηφισθ</sup> opinionibus contraria sensisse fertur, Epimenidemq; fugilasse. Fuit autem & longe uus maximè, sicuti & ipse quodam in loco testatur, dicens septuaginta septem annos se à patria peregrinatum esse, cum tum uigintiquinq; esset annorum. Ait autem quatuor esse omnium rerum elementa, infinitosq; mundos, neq; uariabiles, uubes consistere cum solis uapor sursum fertur, easq; in aere cogi. Dei substantian rotundam esse, & globosam, nihilq; cum hominibus habere commune, totum cernere, totumq; audiare, non tam respire, simulq; esse omnia, mentem, prudentiam,

eternitatem. Primusq; definiuit omne quod fiat corruptio-  
ni obnoxium esse. Animamq; esse spiritum ait, et plurima  
deteriora mente esse. Tyrannis congregendum aut minimè  
aut suauissimè. Empedocle autem dicente, difficile in-  
ueniri iuuenem posse sapientem, recte inquit. Nam sapiens  
sit necesse est, qui norit explorare sapientem. Omnia in-  
comprehensibilia esse primum hunc dixisse, Sotion autor  
est, sed fallitur. Scripsit autem de Colophonis conditione,  
et de Italica in Eleam colonia versus ad duo millia. Clা-  
ruuit circa sexagesimā olympiadē. Refert Demetrius Pha-  
lereus in libro de senectute, Panætiusq; Stoicus in libro de  
tranquillitate filios illum suos proprijs sepelisse manibus,  
sicuti et Anaxagoram. Videtur autem à Pythagoricis  
Parmenisco et Orestade, ut Phauorinus in primo commen-  
tariorum ait, defecisse. Fuit autem et alius Xenophanes  
poeta Iambicus ex Lesbo. Atq; hi quidem quos commemo-  
ravimus sparsum.

## PARMENIDES.

**P**Armenides Pyretis filius, Eleates, Xenophanis audi-  
tor fuit, tametsi cum Theophrastus in epitome Anaxi-  
mandrum audisse tradat. Licet autem Xenophanis auditor  
fuerit, secutus tamen illum non est, adiunctus est et Amenie  
et Diocletæ Pythagorico, ut Sotion ait, pauperi illi qui-  
dem, sed honesto sane viro ac bono, quem etiam ob hoc po-  
tius secutus est, ac uita functo sacellum edificauit. Cum et  
genere et opibus illustris esset, tamen ab Amenia non à Xe-  
nophane ad quietam uitam inductus est. Primus hic terram  
globosam dixit, ac rotundam, et in medio sitam. Duoq; esse  
elementa, ignem et terram, illum opificis, hanc materię te-  
nerae ordinem. Generationem item hominum ex sole primū  
esse ortam. Solem ipsum calidum esse atq; frigidum, ex qui-  
bus

bus constant omnia. Animam ac mentem idem esse, sicuti & Theophrastus in physicis meminit, cum serè omnium opiniones exponeret. Vnde quodam in loco ait:

— Κρίω δι στονίζα παθεῖσαν

· Ή μὲν ἀληθέας ἔπειδις ἀπεκρίεται τοι

· Ή δὲ βροτῶν δῆμας, τῶν δὲ οὐδεὶς οὐδείς. hoc est,

— Velim simul omnia noscas

Aut necum simplex, et peccatore semper aperto.

Aut male constantis laudem, et suffragia uulgi.

Philosophiam & ipse carmine expressit, quemadmodum Hesiodus, & Xenophanes, atq; Empedocles. Iudicium rationis esse dixit, sensusq; minus esse exactos & idiosacos ad indicandum, ait enim:

Μή σιδίδει τολμέας φρεύ διδόμενος τάνδε βιάσθε,

· Νομάρχης ἀσκοπορος δύμασ, κρίεται χάταρας ἀκοινός,

Καὶ γλῶσσας, κρίνονται λόγω πολεμήσεις ἐλεγχος. id est,

Nec tibi communis sensus persuadeat unquam

Quicquam ut fallaces oculi, aut ut iudicet auris,

Aut lingua, at ratio dirimat discriminata rerum.

Quamobrem & Timon de eo ait:

Παρηνείδης τε βίω μεγαλόφρεον, τὸν τολμόδοξον,

Oīσ πεπονιφασίας απάτης ἀνενίκαστος. hoc est,

Parinenidae ingentes animos, uiresq; potentles

Qui sensu uanis simulacris fallier iuquit.

Floruit autem olympiade x c ix. primusq; animaduertisse uidetur cundem esse uesperum atq; lucifrum, ut Phanorus in quinto commentariorum ait, alij Pythagoram dicunt. Negat Callimachus ipsius poëma esse. Fertur cinibus suis tulisse leges, ut Speusippus in libro de philosophis ait. Huius nomine Plato dialogum inscripsit, vocauitq; Parmenidem, sive de ideis. Primus item scrinore interrogasse Achill

Achilleum, ut Phauorinus ait in omnimoda historia. Fuit autem etiam aliis Parmenides orator, qui artem scripsit orationem.

## M E L I S S V S.

**M**elissus Ithegenis filius Samius, Parmenidis auditor fuit, et cum Heraclito item uenit in colloquium, quo tempore illum etiam ignorantibus commendauit Ephesius, sicuti Democritum Hippocrates Abderitus. Fuit autem et civilis in primis uir ciuibusq; maxime accepit atq; charus. Unde et praefectus classis magna uirtutis documenta dedit. Placuit autem ei uniuersum infinitam esse et immutabile, atq; immobile, et unum, sibi ipsi simile ac plenum, motumq; non esse, uerum nideri esse. De diis nihil definitum dicebat, neq; enim illorum certam esse cognitionem. Floruisse circa lxx xxiiii. olympiadem Apollodorus resert.

## Z E N O.

**Z**eno Eleates Pyreti, ut Apollodorus ait in chronicis, filius. Parmenidem uero natura quidem Teleutagorae, adoptione uero Parmenidis filium aixit. De hoc atque Melisso Timon haec ait:

Αμφοτεροι λάγης μέγα σδίνεται, καὶ ἀλαπαδίδυ  
Ζένων Πλάτων, ἐπιληπτός τοῦ Μικλασ  
Πολλῶρ φαῖταισιν ἐπάρει, πάρορα μὲν μὲν εἶσι. i.  
Exprebitq; Plato uires utriusq; periti  
Lingue Zenonis, iurigatorisq; Melisli,  
Phantasias qui aluit paucas, multasq; subegit.

Enim uero Zeno Parmenidis auditor ac pedica fuit. Fuit autem procerus et staturus, quem admodum Plato in Parmenide indicat, idemq; in Sophista ipsum Eleaticum Parmenidem uocat. Inuentorem Dialecticæ, sicuti et Empedoclem Rhetoricæ, fuisse, Aristoteles autor est. Fuit et in Philosophia,

phia, & in Repub. uir sanè nobilissimus. Feruntur nempe ipsius uolumina sapientia plenissima. Is cum Nearchū tyrannum, seu ut alij uolunt, Diomedonem deicere ac profligare uoluisset, comprehensus est, ut in Satyri epitome ait Heraclides. Quo tempore cum de consijs et armis quæ in Lipara habuit inquireretur, uolens ipsum desertum destitutum q; estendere, omnes illius amicos coniurationis esse consijs dixit, deinde cum de quibusdam dixisset, quiddam sibi ad aurum loqui uelle, eam mordicus apprehensam non ante dimisit quam dentibus perforaret, idem agens quod Aristogiton tyrannicida. Demetrius uero in æquiuocis nam sum ei præscidisse ait. Porro Antisthenes in successionibus, illum cum amicos indicasset, rogatum à tyrranno, esset ne alius quispiam, dixisse, truciuitatis pernicies, atq; adstantibus ita loquutum esse, admiror equidem uestram ignauiam, si horum gratia que nunc ego tolero, tyrranno seruire sustinetis. Demum præcisam linguam in ora tyrranni confuisse, ciuesq; continuo facto impetu lapidibus tyrrannum obruisse. Hec omnes ferme ita tradiderunt. Ceterum Herippus illum in canum lapidem inieclum contusumq; fuisse ait. In hunc autem nos sic diximus:

Ἡδελες ὁ Ζάρωφ καλόψ, ἡδελες ἀνθρακεύοντος

Κτένας, ἐλυτραὶ διλοσίνας ἐλίαρ.

Ἄλλ' ἑδάμεν, δῆν γε τὸ λαβῶν ὁ τύραννος ἐπ ὅλην

Κόψε, τῇ τύτο λέγω; σῶμα γε δὲ χίοιο. hoc est,

Fortiter extincto uoluisti Zeno tyrranno

Tristi Bleam patriam seruitio excutere.

Victus es infelix seu i tamen arte tyrranni,

Arreptum qui te contulit ære cauo.

Præclarus & in ceteris fuit Zeno, maiorumq; non secus atq; Heraclitus quadam animi altitudine contemptor. Nam

*Et ipse prius quidem Hylen, postea uero Eleam Phoceniam coloniam, suamque; patriam civitatem humilem, bonos tantum viros nutritre solitam, dilexit magis quam Atheniensium magnificentiam, ad quos raro proficisciebatur, domi assidue commorans. Hic et Achillem primus oratione compellauit, quamvis Phaeorinus Parrhenideum et alios complures proficeret. Placebat autem illi mundos esse plures, vacuumque; non esse naturam omnium rerum ex calido et frigido aridoque; et humido fuisse profectam, cum ista in alterutrum commutentur. Generationem hominum est terra esse, animatiisque; ita ex his omnibus commixtam quae praediximus, ut a nullo eorum plus quam a ceteris obtineatur. Hunc auerint cum maledictis ageretur, in dignarii solitum causantibusque; quibusdam dixisse, si maledicta a quo animo admittant, ne laudes quidem sentiam. Octo uero fuisse Zenones, cum de Cittico loqueremur, diximus. Floruit autem olympiadem circiter sexagismam.*

## L E V C I P P V S.

**L**ucius Eucleates, sive ut alijs placet, Abdritites, aut iuxta alios Milesius, Zenonis auditor fuit. Placebat illi infinita esse omnia, et in seipsa commutari, atque; uniuersum istud inane esse plenumque; corporibus, mundosque; fieri corporibus in hoc inane incidentibus, et in se inuileem implicatis, atque; ex motu secundum illorum incrementa naturam syderum fieri. Solem in circulo maiori secundum lunam ferri, terram uichi, ac circa medium uerti, si gurarantque; illius tympano similem. Primus hic atomos principia subiecit. Summatim ista illi uisa sunt, sed sunt explicanda per partes. Uniuersum quidem, ut diximus, infinitum ait. Huic partem plenam esse, partem inanem, et elementa aut, mundosque; ex eis infinitos esse, et in illa delabi atque; dissolui. Sicut autem fieri mundi

mundos ex infinito per abscisionem, multa corpora figuris omnigena in magnum vacuum ferri, eaq; in unum coacta, unam vertiginē efficere, secundum quam offendere, ac circumvolui modis omnibus, atq; ita discerni, ut seorsum similia quae sunt sui similia petant. Ceterū æquilibra cū ob multitudinem nūmīam circumferri possint, exilia quidē ad exterius vacuū contendere sic ordinante natura, cetera subfiderit & innexa atq; in se implicata inuicem concurserit, atq; ea concusione prius quādam<sup>\*</sup> concretionē efficeret rotundan. Hanc autem ueluti membranam subsistere, continentem in se omnigena corpora<sup>†</sup>, quæ dum secundum medij reluctanceem circumvoluntur tenuem per gyrum membranulā fieri iuxta vertiginis trāctū corporibus perpetuis semper confluentibus, atq; ita fieri terram, manentibus quæ semel in medium iniecta erant, ipsumq; rursus continentem membranæ instar augeri iuxta extenorū influentiam corporum, et cum vertigine fertur, quecumq; attigerit ea acquirere. Ex his quādā complicata concretionem facere, prīmo quidem humidā ac luteā, exiccata et circumacta cum totius vertigine: deinde incensa et ignita syderū efficere naturam, esseq; solis circulum extimum. Lunæ uero terre proximum, ceteris in medio borum positis, ac sydera quidem omnia ob celeritatem motus ignescere, solem uero inflammari à syderibus, lunam paululum ex igne sibi usurpare, solem lunamq; deficere, quod terra ad meridiem uerget, quæ ad septentrionem sunt, nivibus conspergantur, & pruinis algent, in glaciemq; concrestant. Solem quidem raro deficere, lunam uero perpetuo, quod sint imparc eorum circuli. E nūmero ut generatio, ita et incrementa mundi esse, & diminutiones, & corruptiones ex quādā necessitate, quæ cuiusmodi sit, ipse exponit ac differit.

Democ

## DEMOCRITVS.

**D**emocritus Hegistrati, siue secundum alios, Athenocriti, vel certe Damasippi filius, siue ut alij putant, Milesius fuit. Magos autem quosdam et Chaldeos audiuit Xerxe Rege, patri illius preceptores, quando apud illum hospitatus est relinquente, ut etiam refert Herodotus, a quibus et Theologiam et Astrologiam didicit cum adhuc puer esset. Postea uero Leucippum conuenit, et secundum quosdam Anaxagoram, cum annis x l. iunior quam ille esset. Refert Phauorinus in omnimoda historia, Democritum de Anaxagora dixisse, non illius esse quae scripserit de sole, ac luna opiniones, ueru illo antiquiores, ipsumq; sibi eas furatū esse, derogasse item ijs quae de mundi compositione et mente dixisset, infesto aduersus illam animo. Cum ergo illum improbarit, quo pacto ille eius auditor fuit? Demetrius autem in equinoctiis, et Antishenes in successionibus tradunt, illum in Aegyptum contendisse ad sacerdotes geometriam percepturum, et in Persidem ad Chaldeos atq; ad rubrum mare. Non defuere qui dicent et Gymnosophistis in India congressum esse atq; in Aethiopian uenisse. Cumq; tertius esset frater, diuisisse substantiam, minoremq; portionem, quae erat in pecunia sibi elegisse, qua illi in peregrinatione opus erat, hoc illis dolo factum arbitrantibus. Demetrius ipsius partem centum talenta excessisse autor est, cumq; illa breui consumpsisse. Adeò uero studiosum fuisse, ut ex uicino hortulo sibi cellulam feligeret, ibiq; seipsum includeret, et cum aliquando ipsius pater bouem ad immolandum adduxisset, ibiq; alligasset, tandi uoc ab illo non fuisse cognitum, quo ad hunc ille sacrificij causa excitauit ac bouis admonuit. Constat, inquit, illum Athenas uenisse, atq; ob despectum glorie agnoce

agnosci noluisse: & cū agnouisset Socrateni ipsum à Socrate suisse ignoratum. Veni enim Athénas, inquit, & me nemo cognouit. Siquidem Platonis illic rivales sunt, ait Trasyllus: hic profectò obscurus ac sine nomine uenisse, qui de Oenopidis familia, & Anaxagoras alter colloquio cum Socrate habito de philosophia, hic, inquit, philosophus similis est quinq; certaminum uictori. Et erat re uera in philosophia πίερταβλος, hoc est, quinq; certaminū. Nāq; naturalia, moralia, mathematica, liberalium disciplinarum rationes, artiumq; omnem peritiam callebat. Huius illud est, Sermo operis umbra. Porro Demetrius Phalereus in Socratis defensione, ne uenisse quidem illum Athenas dixit. Id autem profectò maius est, si quidem tantam contempsit ciuitatē. Non enim ex loco gloriam aucti pari contendebat, uerū in loco gloriam imponere. Constat autem ex scriptis eius cuiusmodi fuerit. Videtur autē, ut ait Trasyllus, & Pythagoreorum suisse imitator. Ipsius enī Pythagoræ meminist, illū singulari admiratione prosequutus in æquinoco opere. Adeo autem uidetur ab illo accepisse omnia, ut nisi temporum ratio obstrukret, illum & audiisse putaretur. Pythagoreorum tamen quemplam audisse Glaucus Reginus, qui eius seculo uixit, omnino affirmat. Refert autem & Apollodorus Cyzicenus Philolao illum in amicitiam uenisse, illoq; familiariter usum suisse. Nitebatur autem, ut ait Antisthenes, etiam uarie probare imaginationes, sāpe solitarius uiucus, atq; etiam sepulcra incolens, regresum ex peregrinatione humili me uixisse ait, quippe qui omnem substantiam consumperat atq; à Damaso fratre propter summari inopiam nutritū suisse. Vbi uero futura quedā prædixerat, sequensq; rerum euentus fidem fecerat, diuinis tā honoribus dignus

à plerisq; iudicatus est. Cum uero lege cauū esset, ut qui patrimonium consumperat, sepulcro patrio non dignatur, eo cognito, ut ait Antisthenes, ne iniuidorum & detrahentium pateret calumniae, legiſe illis conſtat magnum Diacosmū, quod cunctis illius operibus facile excellit. Et prætere a quingentis talentis honoratum esse, neq; id ſolum, uerū & æreis imaginibus, uitaq; functus publicè ſepultus eſt, cum uixiſet ultra ceutum annos. Ceterū Demetrius propinquos eius magnum illud opus recitatſe refert, ſolumq; centum talentis fuſſe honoratos. Hęc & Hippobotus ait. Porro Aristoxenus in historicis conmentarijs, Platonem Democriti commentaria, quæ colligere potuit, uoluiffe comburere, uerū ab Amyclae & Clinia Pythagoricis fuſſe prohibitum, nihil id adferre utilitatis dicentibus. Iam enim eos libros apud plerosq; ſequari. Quod item ex eo colligitur, quod cum antiquos ferme omnes memorauerit sapientes Plato, Democriti uisquam mentionē ullam fecerit, ne in eis quidem locis ubi quidpiā contradicendum erat, sciens & prudens ut intelligi datur, ne contra optimum philosophorum certamen iniſe uidetur, quem & Timon laudat, cum ait:

Οἷος Δημόκριτός τι περίφρενα ποιεῖται μυθῶν  
Ἀμφέποντα λέσχων ἀ μετὰ πρώτοισι πάντην ωρ. hoc eſt,  
Qualis erat prudens Democritus, autor amoris  
Sermonis, lepidiq; ioci, in primisq; facetus.

Erat autē ut ipſe in paruo Diacosmo refert, iuuenis eo tempore quo iam senior uiuebat Anaxagorus, illo minor natu annis x l. Paruum uero illum Diacosmum a ſe compofitum refert anno post Troie excidium quingentesimo trigesimo. Vixit, ut ait Apollodorus in chronicis, olympide l x x x. ut autē Thrasyllus in eo libro, qui inſcribitur de legēdis Democriti libris, memorat, l x x vii. anno ma-

lor natu quam Socrates, etate nimirum Archelai Anaxagore discipuli atque Oenopide. Nanque et huius mentionem facit. Meminit item et opinionis Parmenidis ac Zenonis. De uno ut maxime sua etate claro, et Abderite Protagora, qui omnium consensu Socratis equalis fuit. Refert autem Athenodorus in v 111. deambulationum lib. cum ad illum Hippocrates uenisset, iussisse afferrilac, inspectoq; lacte dixisse, et capellae primu partus et nigrae est. Vnde maximum diligentiae sue miraculum Hippocrati fecisse. Sed et puellam Hippocratis conutem primo die ita salutasse, Salve uirgo, postridie uero, salue mulier. Fuerat enim puella nocte illa uitiata. Moritur autem Democritus iuxta Hermippum in hunc modum: Cum iam ex senio deficeret, et propinquus uideretur morti, moerentem sororem, quod ille in celebritate Cereris moriturus ipsa deae uota exolutre nequiret, bono animo esse iussit, panesq; calidos sibi quotidie afferre, eos igitur naribus cum admouisset uiuum se dum ea celebritas transiret seruanit. Vbi uero dies illi transierunt, tres autem erant, quietissime ac minimo dolore conclusit uitam, ut Hipparchus ait, c 1 x. etatis anno. Nos sic de eo lusimus in panmetro,

Kai τις ἔφυ σερὸς ὥδε, τις ἐγγονὴ τοσθερ

Οὐαρύ ὁ παῖστολας μήνυος Δημόνερης;

ἢ βέραλου παρέσταται θεῖος πάντας τοσχερ

Kai θερμοῖς ἀργαρ ἀσθμασιψ λέπιστερ. hoc est,

Quis nam tam sapiens uisus qui tale patrariit

Vnquam, quale sciens omnia Democritus?

Qui per tres tenuit presentia fata dies, et

Illarecens coeli panis odore aluit.

Hominis igitur uita ad eum habet modum. Sunt autem que ille opinatus est ista: Principia omnium esse atomos

atq; inane, cetera omnia legitimum esse opinari. Infinitos esse mundos, generationi & corruptioni obnoxios. Nihil ex eo quod non sit, fieri, neq; in id quod haud quamquam sit corrupti. Atomos præterea & magnitudine & numero esse infinitos, ferriq; in toto ac rotari, atq; ita concretiones omnes gignere, ignem, aquam, aerem, terram. Quippe & hæc ex atomis quibusdam constare, esseq; passioni & mutationi ob firmitatem ac soliditatem minime obnoxia. Solem item & lunam ex huiusmodi uertiginibus tumorumq; circumferentijs esse compositam, anima que itidem, quam idem esse quod mentem dicit. Intueri nos, incidentibus in nos rerum imaginibus, cunctaq; secundum necessitatem fieri, cum sit uertigo causa generationis omnium, quam necessitatem dicit. Finem uero esse rectum quietumq; animi statum, quem οὐθενὶς uocat, que, ut quidam oblique interpretantur, non idem sit quod uoluptas, uerum secundum quam animus magna tranquillitate constantiaq; beatus est, dum nullo metu, nulla superstitione, aut alia quæuis perturbatione agitat. Eandem uero & ἀρετὴ appellat, à bonitate cōstantiae, multisq; nominibus alijs, que uero sunt esse legitima, natura uero in diuidua atq; in aria. Ita ille opinatus est. Cæterum ipsius libros & Thrasyllus notauit, atq; in ordinem digessit secundum Platonis quadripartitū ordinem. Sunt autē isti morales, Pythagoras, de affectu sapientis, de his que sunt apud inferos. Tritogenia, hoc est, quod ex ea tria fiant que humana cuncta contineat, de probitate, seu de virtute, de Copiæ cornu, de sedatione animi, cōmentariorum uel domorū. Nam is quem appellauit Euesto non inuenitur; atq; isti quidem morales. Poryo naturales hi, magnus diaicomus, quem Theophrastus Leucippi esse ait, parvus diaicomus. Cosmographia, de

de syderibus uagis, de natura unus, de natura boniis, siue de carne duo, de mente, de sensibus. Hos quidam illis adscribunt, de anima, de liquoribus, de coloribus, de differentiis fragoribus, μεγάλαι τε καὶ εὐθύνομα, καὶ λιωθέα; hoc est iudicium ferentia de supradictis, de imagine, siue de prouidentia, de pestibus, norme, tres ambiguoru. Et isti quidem naturales: Porro in eōpositi sunt isti, cœlestes causæ, aëriæ causæ, planeæ causæ, de igne ex his que sunt in igne causæ, causæ de uocibus, causæ de seminibus, arboribus, fructibus, causæ de animalibus tres, promiscue causæ, de lapide, et hui quidem incompositi. Mathematici uero hi sunt, de sententiæ differentiis, siue de contactu circuli et sphære, de geometria, geometricorū numeri, de \* mutis ac solidis triangulis, lincis duo, explicaciones, magnus annus siue astronotia, παράτημα, certamen clepsydræ, coeli descriptio, terra descriptio, poli descriptio, radiorum descriptio. Hactenus de mathematica. De musica hi sunt, de cœcentu et harmonia, de poësi, de carniuis uenustate, de consonis et dissonis rebus, de Homero, siue uersuum rectitudine et linguis, de carmine, de uerbis et nominibus. Hæc ille de musica. De medicina, et de his que sub arte eadunt ista scripsit. Prænotio de ratione uictus, siue medicinæ sententia, causæ de intempestiis, de tempestiis, de agricultura siue geometricis, de pictura, de re militari et armis, de his hactenus. Sunt qui scorsum et cōmentarijs ista cōstituant, de sacris in Babylone literis, de his que sunt in Meroë, Oceani nauigatio, de historia Chaldaica et Phrygia, de febre, et de his que ex morbo tufi agitatur, legales causæ, chernica, siue problemata. Cetera que ad illum quidam referunt, partim ex eius opusculis decerpts, partim omnino aliena consensu omnium sunt. Hæc de illius uoluminibus. Sex autem

sucrē Democriti. Primus hic ipse. Secūdus Chium musicus,  
coetanei ambo. Tertius sculptor, cuius Antigonus memi-  
nit. Quartus qui de templo Dianæ Ephesiæ scripsit & ci-  
uitate Samothracia. Quintus epigrammatum poëta clarus.  
& floridus. Sextus Pergamenus orator clarus.

## PROTAGORAS.

**P**ROTAGORAS Artemonis, siue ut Apollodorus & Dion  
in Persicis ait, Meandri filius Abderites fuit, ut He-  
raclides Ponticus in libris de legibus tradidit, qui illū &  
Thurijs leges dedisse ait. Ut autem Eupolis in tragœdia  
quæ inscribitur Colaces refert, Teius fuit. Ait enim ille,

Ἐνθόθι μὲν ἐγώ Πρωταγόρας ὁ Τεῖος,      hoc est,  
Est intus ille Protagoras iam Teius.

Hic & Prodicus Cœus libros prælegentes sibi quæstum  
faciebant. Plato denique in Protagora graui uoce fuisse  
Prodicum ait. Audivit autem Protagoras Democritum,  
uocabaturq; sapientia, ut Phauorinus in omnimoda histo-  
ria refert. Primus dixit duas omnium rerum esse rationes  
inuicem contrarias, quibus etiam interrogando utebatur,  
atq; in hunc fermè cœpit modum: Omnium rerū modus &  
mensura homo est: earū quidem quæ sunt ut sunt, quæ uero  
non sunt tanquam non sint, dicebatq; nihil esse anima præ-  
ter sensus, sicut & Plato refert in Theæteto, omniaq; esse  
uera. Alio autem in loco in hunc cœpit modum: De dijs  
quidem statuere nequeo, neq; an sint, nec' ne. Sunt enim Plu-  
rima quæ id scire prohibeant, quippe & summa rei incer-  
titudo & breuis hominis uita. Ob hoc autem principiū ope-  
ris pulsus ab Atheniensibus est, libriq; illius in foro crema-  
ti sunt sub præconis uoce à singulis, qui illos habebant in-  
vestigati. Hic primus pro mercede ninas centū exegit, pri-  
musq; tēporis uires exposuit, orationumq; certamina spe-  
ciantur

Et autem, & sophisma his qui contentionis studio delectantur, induxit: & omissa mite de nomine differuit, ac superficiale & illud leue contentionis genus. Vnde & ipsum Timon nuxtum contentiosumque appellauit, cum de eo sic scribit.

Πρωταρχός τούτων τοις περιέμενοι εἰδῶλοι. i.

Protagoras mixtus, simul & contendere doctus.

Hic & Socraticum dicendi genus primus mouit, Antisthenesque ratione, qua demonstrare ntitur contradictioni non posse, ut Plato in Euthydemlo loquitur, primus iste persuasit, priuusque, ut ait Artemidorus dialecticus in libro aduersus Chrysippum, argumenta ad quæstiones docuit. Ac prius quam nuncupauit τύπον in qua onera portant, inuenit, ut Aristoteles in libro de disciplina ait. Erat enim uifer, ut memorat sane Epicurus, atque aduersus Democritum hunc in modum elatus est, cum ligna dedisse uisus esset. Divisit autem oratione prius in quatuor, preicationem, interrogationem, responcionem, præceptum. Alij septem in partes distinxisse diunt, narrationem, interrogationem, responcionem, præceptum, promissionem, preicationem, uocationem, quas etiam fundamenta orationis dixit. Porro Alcidamas orationis quatuor partes dixit, dictioinem, pronunciationem, interrogationem, appellationem. Primum uero librorum suorum de diis recitauit eum, cuius initium supra posuimus. Recitauit autem Athenis in Euripidis, siue ut quidam nolunt, in Megaclidis domo, ut alij in Lyceo, Archago-ra Theodoti filio discipulo recitante. Accusauit autem Pythodoros Polyseii filius unus ex quadringentis. Aristoteles Euathlum accusasse ait. Sunt autem qui servantur eius libri hi, Ars contentionis, de lucta, de disciplinis, de repub. de libertate, de uirtutibus, de \* prisco \* ἀράγη.

statu, de his que sunt apud inferos, de his quae non recte ab hominibus geruntur, de precepto, causa de mercede, contradictionum duo. Et iij quidem eius libri. Scripsit autem & Plato dialogum in eum. Resert Philochorus eo nauigante in Siciliā, nauim qua ferebatur submersam fuisse, idq; Euripidem in Ixione innuere ait. Quidā illum in via defecisse iter agentem, cū ad nonagesimū etatis peruenisset annum, siue ut ait Apollodorus l x x. Porro in studijs philosophiae uersatum annis quadraginta, circa septuagesimam quartam olympiadē claruisse. Est in hunc nostrum ita se habens epigramma:

Xai' στο Πρωταγόρη φέτιψ ἐκλυομ, ὡς ἀρέ Αθηνῶν  
Ἐκποτ' ἤδη, καθ' ὅδοι πρίσθιος ἐώφ θαρες.

Εἰλετο γάρ σε φυγῆρ κέιρρωσ πόλισ, ἀλλὰ σὺ μήπ πε  
Παλλαῖος ἄξιος φύγεις, πλεῖσται δὲ σὺ φύγεις. hoc est,  
Te quoq; Protagoram redeuntem fertur Athenis  
Iam uetulum media mortem obiisse uia.

Cecropis urbs potuit, potuisti Palladis urbem

Linquere, non potuit styx violentia fugi.

Fertur cum mercedem aliquando exigeret, Euathlusq; sil-  
lius discipulus diceret, sed nondum quicquam uici, dixisse,  
at equidem si uicero quodcunq; uicero accipiam necesse  
est, sin uero tu uiceris id in tuum ius necessariò concedet.  
Fuit autem & alius Protagoras astrologus, in quē et Eu-  
phorion epicedium scripsit. Tertius Stoicus philosophus.

### DIOGENES A POLONIA T E S.

**D**iogenes Apollothēmidis filius, Apolloniates fuit,  
uir Physicus & eloquentia & sapientia in primis  
clarus. Anaximenis auditorē fuisse Antisthenes tradit: fuit  
autem Anaxagoræ temporibus. Hunc ait Phalereus De  
me

metrius in Socratis defensione Athenis præ nimis iniuria periclitatum de vita. Que autem opinatus est, sunt ista, Elementum esse aërem, mundos infinitos, & inane infinitum, densumq; aërem ac rarescentē, mundos gignere, nihil ex eo quod non sit fieri, neque in id quod non sit corrupti. Terram esse rotundam, atque in medio sitam, eamq; cepisse\* constantiam secundum illam quæ ex calido \* risarur. est circumferentiam, ex frigido concretionem ac soliditatē accepisse. Est autem initium operis hoc, Qui docere aliquid instituit, ei mea quidem sententia, opere pretium est certum & indubitatum præstare principium, oratione q; simplici atq; pudica uti.

## ANAXARCHVS.

**A**naxarchus Abderites Diomenis Smyrnæi auditor fuit, alij Metrodori Chis auditorē tradunt. Hic se ne id quidē scire dicebat, quod nihil sciret. Porro Metrodoru alij Nesum Chium, alij Democritum audisse tradūt. Anaxarchus igitur Alexandro etiam congressus est, floruitq; circa c. & x. olympiadem. Inimicum autem habuit Nicocreontē Cypri tyrannū. Et cū illū Alexāder aliquando in cōuiuio rogasset, quid nā de coena illa sentiret, dixisse ferunt, cuncta magnifice ô rex, uerū oportebat iam caput satrapæ cuiusdam apponi, Nicocreontē intuens. Hoc ille ægre ferens, memor iniurie, post mortem regis, cūm nauifretur Anaxarchus, invitusq; applicuisse Cyprum, cōprehensum cum in\* saxum cōcauum iniecit, iussitq; ferreis \* luper malleis cedi: illum poenæ sue negligentem, celebre id dictum ingeminasse aiunt, Tunde tunde Anaxarchi uasculum, nam Anaxarchum nihil teris. Iubente uero illo ipsius precidilinguam, fama est præcisam mordicu in eius facie conspuisse. Est nostrum in ipsum tale carmen:

Πτύαστε μᾶλλον ἵτι καὶ μᾶλλον, θύλακός ἐστι

Πτύαστε<sup>\*</sup>, Αράξαρχος ἐπί οἰος ἐγί πάλαι  
Καὶ σὲ οἰασθέλας δλίγος οὐστερφῆ τάστε λέγε

Ἐνίματα \* περσερόνι ἐγεο. hoc est,

Contrahit in rugas tritū hunc magis ac magis utrem,

Tutus Anaxarchus iam Iouis arce latet.

Et te hæc mox melius distinguere uerba iubebit

Percusor, stygijs & recitare deis.

Hic ob animi cōstantiam & facilem iactū fortunatus appellabatur, habebatq; ad emendandū maximam autoritatem. Alexandrum enim deum se esse arbitrantē auertit, cū ex iactū quodam sanguinē illi fluere uidisset, digito ostendens, ita illi ait, Hoc quidem sanguis est, non autem

Ιχθὺς οἶος πέρι τε φερεῖ μανάγεας θεῖσι. hoc est,

Ille crux, diuisis qualis solet esse beatis.

Plutarchus Alexandrum ipsum amicis hoc dixisse refert. aliās item Anaxarchum illi cū præbibisset, ostendisse calicem, & dixisse:

Βιβλιστεραι τις θεῶν βροτονόμη χέρι. hoc est,

Ferictur aliquis mox deum humana manu.

### P Y R R H O H E L I E N S I S.

**P**YRRHO HELIENSIS PLISTARCHUM HABUIT PATREM, QUOD ETIAM DIOCLES TRADIT. IS, UT APOLLODORUS AIT IN CHRONICIS, PICTOR FUIT PRIMUS, ATQ; UT ALEXANDER IN SUCCESSIONIBUS SCRIBIT, DRYSONE STILPONIS FILIUM AUDIUIT, DEINDE ANAXARCHUM ILLI UBIQUE ADHAERENS, ITA UT GYMNOSOPHISTAS IN INDIA ADIERIT, MAGISQ; CONGRESSUS FIT. Vnde & nobilissime philosophiam tractasse uidetur, cōmentus modū, quo de omnibus nihil decerneret, neq; quicquam comprehendendi posse diceret, ut ASCANIUS ABDERITES AUTOR EST, NEGABAT ENIM QUICQUAM TURPE ESSE AUT HONESTUM, IUSTUM UEL INIUSTUM,

eadem

eadem ratione & in omnibus nihil uerè esse, ceterū lege atq; consuetudine cuncta homines facere. Neq; enim esse quicquam istud potius quam illud, consentanea ad hæc illi & uita erat. Nihil declinans nihilq; devitatus, sustinebat omnia: curru si forte occurriſſent, & prærupta, & canes, & talia, nihil omnino sensibus permittens. Scrutū ante, ut Caristius Antigonuſ refert, à sequētibus se necessarijs. Porrò Aenesideinus ipsum de aſſenſu quidē retinēdo philoſophatum eſſe tradit, nō tamen imprudenter geſiſſe ſingula. Vixit autem ad annos fermè x c. Ceterum Antigonus Caristius in libro quem de Pyrrhone ſcripſit, hæc de illo memorat, ipsum principio quidem obſcurum & pauperem, pitorēm q; fuſſe, ſcuariq; in Helide in gymnaſio λαυταδιq;as nō infelicitab; ab eo elaboretoſ. Quin egre di ſolitū & ſolitarium uiuere, raroq; apparere domiſticis. Hoc autem idei reo facere, quod audijſſet Indum quendam Anaxarcho ex probrantē, quod nullum doceret uirum bonum fieri, cùm ipſe regias aulas frequens tereret & regibus obſequeretur, ſemperq; eodē perſeueraſſe uultu atq; habitu, & ſi quipiam illum inter dicendum deſcreteret, ipſe tamen quod cooperat perageret, & quidem cùm in adolescentia mobilis fuerit. Sæpe, inquit, peregre proſiſcebat, nemini quod pergeret prædicens, & quibus uolebat congredebat. Et cùm aliquando Anaxarchus in ſcrobeua incidiſſet, ille pertransit nihil ei opem ferens. Idq; cùm plerique culparent, Anaxarchus ipſe laudabat, ut indifferenter & ſine affectuſe habentem. Cùm ſecum loqui, aliquando deprehenduſe eſſet, rogatus cur id faceret, meditor, inquit, bonus ut ſim. In quæſtionib; a nemine contemnebat, quod obiter ſolum que ad interrogata di- ceret, qua ex re factum eſt, ut Naufiphantes adhuc adoleſcent

secentulus ab eo captus & allectus. Aiebat enim oportere affectus quidem esse Pyrrhonis, suipius autem uerborum. Dicebatque se penumero Epicurum conuersatione institutumque; Pyrrhonis admiratum, ipsum de se percontari assidue solitum. Tanto autem in honore a patria sua habebatur, ut cum Pontificem constituerit, atque illius gratia philosophos publico decreto omnes immunitate donauerit. Cōplures item habuit instituti sui, hoc est, rerum negligentia & contemptus amulorum. Unde & illum complectitur mirifice Timon in Pythonem, & in illis, quod liber euascerit omnibus perturbationibus, superstitioneq; & uanitate, & captione sophistica, ac dei instar inter homines regnarit.

Ω γέρεψ ω Πίθηρω, πῶς ἡ πόθεψ ἐκλυσιψ εὐρετού  
Λαζέντος δοξῶψ τε νεφροσθέντος τε σοφισῶψ,  
· Καὶ πάσης ἀπάτης πειθῆς ἀπελύσασ φεομάτ  
Οὐδὲ μέλει σοι τῶντα μεταλλύσαι τινὸς ἀνέρας  
Ἐλλάδος ἔχεσι, πόθεψ ἵ, μὴ ἐτικεῖται οὐατα.  
hoc est,  
· Miror qui tandem potuisti euadere Pyrrho  
Turgentes frustra, stupidos uanosq; Sophistas,  
Atque, imposturæ fallacis soluere uincla,  
Nec fuerit curæ scrutari, Græcia quali  
Aēre cingatur, neq; ubi aut unde omnia constent.

Et iterum in Indalmis,  
Τέτοδοι ω Πίθηρω ιμείρεται ἀτορ ἀκβσαι  
Πῶς ποτὲ ἀνέψ έτετραγενέα μετάδουχος  
Μῆτρος ήτον ἀνθεύσωσι βετόποντον ὑγεμονίων. hoc est,  
Abs te illud misere optarim cognoscere Pyrrho,  
Qui fuerit facilis, laetaque uita tibi,  
Solus ut in uiuis gereres te numinus instar.  
Hunc autem Athenienses etiam ciuitate honorauerunt, ut refert Diocles, quod Cotyn Thracium interemisset. Piè uero

et cum sorore sua obstetricie uixit, ut Erastothenes in libro de divitijs et paupertate refert, quo tempore ipse publice auiculas porcellosque uenundabat, domique indifferenti munditia erat. Fertur ob eiusmodi indifferentiam, et scrofa lauare solitus, et cum sorori quodocque succensuisset, Philista autem uocabatur, argueretque illum quispam ut immemorem instituti sui, non, inquit, muliercula documentum erit nostrae indifferetiae. Rursum cum se inuidentem canem repulisset, causantiique cuidam graue, inquit, est, et per difficile hominem penitus exuere. Certandum uero pro viribus, prius quidem operibus, alioqui uel ratione aduersum res. A iunt illum et medicamenta putria, et sectiones, et ustiones sibi ulceri cuiusdam adhibitas tanta tulisse constantia, ut supercilia ne costraxerit quidem. Eius animi magnitudinem et Timon in his que scripsit ad Pythonem prosequitur. Philo quoque Atheniensis ipsius necessarius, illi Democriti meminiisse, tum etiam Homeri dixit, miratum illum eius uisculum, assidueque pronunciare solitum,

Oἰστρίη φύλωμα γενοῦ τοῦδε οὐδέρωμ.      hoc est,

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.

Amplecti que quod homines muscis et auibus compareret.  
Illos item perlibenter et sepe preferre,

Ἄλλα φέρετε βάρε, καὶ σὺ τὰ δὲ φύγεται αὐτῶς

Κατβαῖ τὸ Πέρι πονητοῦ ὄντος στο πολλὸν ἀμένων.

i.  
Quin tu igitur morere, et plora mihi, amice, uiciissim.

Nam et perire Patroclus qui se superabat abunde.

Sicut et cetera illius quibus infirmitas et inania studia atque pueriles hominum motus indicantur. Posidonius autem de illo tale quiddam retulit. Nam aliquando scribat, et cum socij tempestate acti deinceps essent, ipse tranquillo animo procellum in nauj edentem ostendebat, dicens oportere

tere sapientem hanc illius imitari securitatem. Solus hunc Numenius dogma etiam edidisse ait. Huius præterea memorabiles isti fuere discipuli, Eurylochus, cuius id notatur uitium. At iunt illū aliquādo ita furore instigatū, ut sumpto neru cum carnibus cocū in forū usq; persequeretur, & in Helide questionibus eruditorū fatigatū abiecto pallio, Alpheum transasse fluvium. Erat autē Sophistis infestissimus, sicuti & Timonem ferunt. Philo autē in disputationib; erat frequentior. Vnde & Timon de illo ait,

Οὐ τὸν ἄπι οὐθόντων απόσχολον, αὐτολαλητήρ  
Οὐκ εἰ μπαζόμενον δέξις εἰδοντες φίλωρα. hoc est,  
Aut secum meditantem, & strepitu turbacq; remotum,  
Litibus aut stolidæ addictum, famacq; Philonem.

Hecatæus præterea Abderites, & Tunō Phliasius poëta, Sillorum scriptor, de quo dicemus, Nausiphanes quoque Teius, cuius pleriq; Epicurū auditore fuisse traduit, eius discipuli fuerūt. Hi omnes à magistro quidem Pyrrbonij, ceterū à dogmate aporetici & sceptici, prætereaq; & ephestici, & zeteticī appellabātur. Est enim Zeteticaphilosophia sic dicta, quod semper in ueritatis inquisitione uerisetur. Porrò sceptica, quod semper querat & nunquā inueniat. Ephestica autē dicitur ab euētu, quod post inquisitionē ambigatur itidem: Aporetica uero quod eius sectatores semper addubitent. Atq; à Pyrrhone Pyrrbonij, ut diximus, denominati sunt. Enim uero Theodosius in scepticis capitulis scepticā Pyrrhoniam nūmīne appellari oportere ait. Nā si quidē motus & agitatio mētis alterius cōprehendi à nobis nō potest, profecto Pyrrhonis affectū ignorabimus. At si illū ignoremus, Pyrrhonij haudquaquam dicemur, præterquā quod neq; Pyrrho primus sceptices inuentor fuerit, uisque ea dogma aliquod habeat. Rediū

autē diceretur Pyrrhonis moribus similis. Eius secte principem Homerū fuisse pleriq; autumāt, quod is in suis scriptis de rebus eisdem preter ceteros alias aliter loquitur, neq; certò quicquā in rebus pronunciat ac sīt sententiā. Deniq; et septem sapientes in hoc genere fuisse uersatos, quoru illa sint. Nihil nimis, et spōsitioni adiacet dampnum, quo significetur qui fideiūsor existat, illū ē uestigio certa cōpertiq; incōmoda subsequi. Archilochū item et Euripidem id genus exercuisse, ubi Archilochus quidem ait:

Tōs ἀρδρότωσι νέτ Γλαῦκη λεπίνι τῷ πᾶν  
Γίνεται δυτοῖς ὄκοιν γένεται φύσις ἡμέρων ἀγα. hoc est,  
Eamens est hominibus, Glauce Leptine fili,  
Qualem mortalibus in dies Iuppiter mittit.

Item Euripides,

Tι δῆτα τούτης τὰς ταλαιπώρους φρονήψ  
Βροτὸς λέγεσι; γάρ ἐξηρτάμεθα,  
Δρῶμεψ τοιάντ' ἔνι τυγχάνη, θίλωψ. hoc est,  
Sentire uero quippiam quid hos ferunt  
Homunciones: nam ne scimus id quidem  
An recte agamus, an secus quod quis uelit.

Sed et Xenophanes, et Zeno Eleates, ac Democritus secundū eos sceptici sunt, ex quibus Xenophanes quidē ait:  
Καὶ τὸ μὲν ὅμη σαρπὶς αὐτὶς ἀρκεῖ θάψει, καὶ τὸ ἵππο,  
Εἰδῶς. hoc est.

Nemo aliquid certò nouit, uel nouerit unquam.

Zeno autem motum tollit dicens, omne quod mouetur, neq; in quo est mouetur loco, neque in quo non est. Porro Democritus exclusis qualitatibus, aut ait lege calidum, aut lege frigidum. Est autem causa atomi et uacuum. Ac rursus: Causa quidē nihil nouimus, nam ueritas in profundo est. Plato item id quidem quod uerum sit dijs, decorumq; filijs concedit, cæstum rationem probabilem perquirit.

*Euripides quoq; dubitat an uiuere sit emori, moriq; ui-*  
*ucre mortales putent, ait enim:*

*Tis d' oīdeψ ἀ τὸ γῆραψ μὲν ἐγίνεται θάνατοψ,*

*Τὸ θάνατοψ δὲ γῆραψ νομίζεται θρόνος; hoc est,*

*Quis nouit autem an uiuere hoc sit emori,*

*An emori hoc sit quod uocamus uiuere?*

Empedocles item quædam uix dici posse, alia neq; auditu  
 percipi, neq; mente comprehendendi ait, idq; solum probari  
 quod quisq; putarit. Heraclitus itidem de rebus maximis  
 coniectandum adstruendumq; esse quippiam temere ne-  
 gat. Hippocrates item ambiguo atq; humano more loqui-  
 tur, atq; longè antè Homerus,

*Στριπτὴ μὲν γλῶσσας ἐγίνεται βροτῶν πολὺς δὲ λόγος μηδέποτε. i.*

*Lingua uolubilis est hominum uerbisq; reserta. ε*

*Ἐπίστρωψ δὲ πολὺς νόμος ἐνθα καὶ ἐνθα. hoc est,*

*Verborū hinc atq; hinc ingens est copia cuiusvis. ε*

*Οὐδοὶοψ καὶ τυποῖος ἐνθα, τοῖοψ καὶ τυποῦσσας. hoc est,*

*Quale prior dixti, reddetur tale uicissim.*

Acquas uerborum uires obiectionesq; significans. Itaque  
 huiusmodi sceptici sectarum omnium dogmata cuerte  
 perstabant, nihil ipsi dogmatis afferentes, atq; ceterorum  
 tantu enuncianda dogmata atq; enarranda proponentes  
 nihil definiendo, neq; hoc ipsum quidem etiam, ε ipsum  
 quoq; nihil definire tollebant, dicentes illud, nihil defini-  
 mus. Nam profectò definirent: ceterum sententias alio-  
 rum proferimus nostrae infirmitatis indicium, perinde ac  
 si annuentes hoc indicare possibile esset. At uoce definie-  
 mus nihil. Ex eo igitur quod dicunt nihil definimus, mor-  
 bus qui αὔξενα dicitur, quod neutrā in partem senten-  
 tiam propensi inclinet insinuatur. Ac per id similiter  
 quod proferunt, nihil magis, atque id, omni rationi ratio-

objeta reperitur, & similia. Dicitur autem nihil magis etiam positivè de quibusdam quasi similia sint, ut nihil magis pirata malus est quam mendax. Verum ab huic modi scepticis non positivè, sed negando dicitur, sicuti ab improbante cùm dicitur, non magis Scylla fuit quam chimera. Ipsam uero magis aliquando per comparationem pronuntiatur, ut cùm dicimus magis dulce mel, quam uam esse, aliquando item positivè, aut per negationem, ut cùm dicimus magis prodest uirtus quam obest. Significamus enim uirtutem prodesse non obesse. Verum & ipsam uocem nihil magis sceptici tollunt. Sicut enim non magis est prouidentia quam non est, ita & ipsum nihil magis, nihil magis est quam non est. Significat igitur & ea vox, sicut & Timon in Pythone ait, nihil definire, uerum barrere ambiguum. Porro que uerbis omnibus inest vox, ea quoq; cogit<sup>\*</sup> assensus detentionem. Nam si quidem disidentibus rebus, uerba tantundem ualeant, ueritatis ignoratio sequitur, ne huic quidem rationi decet ratio quae aduersetur. Quæ & ipsa cum sustulerit reliquas à semet ipsa sublata peribit, non secus, atq; medicamenta, quæ ubi epota prius materiam exauferint, & ipsa egeruntur ac pereunt. Aiunt autem dogmatici se non modo non tollere, uerum & asserere & confirmare rationem. Solùm itaq; ministri utebantur rationibus. Neq; enim fas erat rationem à ratione non tolli, quemadmodum dicere consuemus, locum non esse, & locum omnino dicere oportet, & si non dogmatis at demonstrationis ratione. Nihilq; secundum necessitatem fieri, & tamē necessitatē dicere oportet. Tali quodam interpretationis modo utebantur, res non eiusmodi per naturā esse, quales uiderentur, sed uideri tantum, atq; ea inquirere dicebāt, non quæ intelligerent, quod

enam intelligitur liquet, sed quæ sensibus perciperentur ac  
communicarent. Est igitur Pyrrhonis ratio memoria quæ  
dam etrum rerum quæ uidentur, sive quomodolibet in-  
telligentier, secundum quam omnia omnibus conseruntur.  
eaq; comparata utilissima, plenaq; perturbationis esse cer-  
nuntur, sicut ait Aenesidemus in introductione in Pyrrho-  
nia. Porro ad ea quæ in speculationibus sunt oppositio-  
nes, cum prius ostenderint quibus modis res persuadent,  
eisdem autoribus illarum fidem tollunt. Nam persuadere  
quidem ea quæ secundum sensus concorditer se habent, &  
quæ nunquam uel certè raro incident. Cosueta item, &  
quæ legibus uisa sunt distincta atque admirationi habita.  
Demonstrabant itaq; ex his quæ contraria sunt persuasio-  
nes aequales esse persuadentibus. Porro ambigua secundum  
concordiam carum rerum que uel aspectu uel intelligen-  
tiapercipiuntur, decem modis tradebant, quibus subiecto  
differre uidebantur. Ex his primus est qui constat ex ani-  
malium iudicatiis ad uoluptatem & dolorem, conmo-  
da & incomoda. Ex eo autem colligitur non easdem ac  
eisdem imaginationes incidere, quodq; eam pugnant ne-  
cessariò sequitur ambigere, quippe animalium alia absq;  
coitu gigni, ut sunt quæ in igni uiuunt, quæ tυρπίσια uoca-  
tur: phoenix atq; Arabicus atq; teredines, alia itē ex congres-  
su, ut sunt homines & cetera, atq; alia sic, alia sic compara-  
ta sunt. Quocirca etiam sensibus differunt, nam aquila acu-  
tissimè uident, canis sagacissimè olfactit. Est igitur consenta-  
num quæ differenter oculis incident, eorum itidem differ-  
rephantismata. Non capre quidem uirgulta alimento es-  
se, homini autem amara atq; insuana. Cicutani quoq; co-  
turnici nutrimentum, homini inferre perniciem. Suem item  
nitatur, \*simum edere, quem minime equus attingat. Secundus ex  
homni

hominum ingenij per gentes comparationesq; colligitur. Demophon enim menis p̄fctus Alexandriad umbram calefiebat, soleq; rigebat. Andron item Argivus, ut ait Aristoteles, per arida Libyæ loca absque potu iter agebat. Alius item medicinae, agriculturae alius, alius mercaturæ studiosus est. Atque ista quidem alijs prosunt, alijs obsunt, qua ex re continendus assensus est. Tertius ex differentibus sensuum poris accipitur. Namq; malorum appetiti quidem pallidum, gustui dulce, tactui leue, olfactuiq; fragrantia odoris gratissimum incidit. Tademq; forma pro speculorum uarietate non eadem cernitur. Consequens igitur est, quod apparet non magis id esse quam aliud. Quartus, circa affectus communiter uicissitudinesq; uersatur, puta sanitatem, morbum, somnum, euigilationem, gaudium, tristitiam, iuuentam, senectem, audaciam, metum, indigentiam, copiam, anuicitiam, odium, calorem, frigus, quod uidelicet respiretur ac uicissim spiritus meatus intercludantur. Diuersa ita uidentur que incident præter dispositiones quaslibet. Neq; enim qui uesani sunt præter naturam se habent. Quid enim illi magis quam nos nanq; et nos solem ueluti stantem intuemur. Theon autem Tithoreus Stoicus dormiens in somnis ambulabat, Piericlisq; scrupus in summo tecto. Quintus circa leges atque instituta, fabulosarq; probationes, atque artificialia fædera, dogmaticasq; opiniones ueritatur. In eo continentur que de honestis ac turpibus, uerisq; et falsis, deq; summo bono, de dijs, et generationibus, et corruptione omnium que apparent, disputantur. Denique quod apud alios iustum, apud alios iniustum est, idemq; alijs bonum alijs malum putatur. Nam Persis quidem filiabus nisceri legitimum est. Id uero Græcis nefarium existinatur. Atque

\*uixit.

Massagetæ, ut Eudoxus quidem in primo periodi restit, uxores habent communes, Græci eam communionem detectantur. Cilices item latrocinij gaudent, Græci non. Sic de dijs quoq; alijs aliter sentiunt. Quippe illorum prouidentiam alijs confitentur, alijs negant. Aegyptij quoq; condicentes sepelunt corpora, Romani herò incendentes, Peonesq; in stagna proiiciunt. Vnde circa ueri professionem continetur assentio. Sextus in congresionibus, societatis busq; consistet, secundum quem liquidè nihil per se & integrè apparet, sed cum aëre ac lumine, liquido ac solido, calore, frigore, motu, evaporatione, ac uitribus alijs. Constat enī purpuran colorē suum uarium præse ferre ad solem ac lunam & lucernam. Color item noster diversus sub meridiem apparet. Et sol itidem qui à duobus in aërem tollitur, lapis in aqua facile trans fertur. At enim granis existens ab humore levigatur, siue leuis ab aere grauitur. Ignoramus igitur quid seorsum sit, ueluti in unguculo oleum. Septimus circa substantias & positiones quasdam, & loca, & ea quæ in locis sunt uersatur, per eum quæ uidentur magna esse, modica apparent, ut si quadrata, rotunda, plana, tumere, recta, obliqua, pallida coloris alterius. Sol deniq; longius quam sit abesse uidetur, montesq; procul in more nebulae, & planileuesq; propè a speri esse cernuntur ac prerupti. Sol itidem oriens quidē alius uidetur, aliis cum medio cœlo se fuderit. Atq; idem corpus in nemore aliud, aliud in aperta terra apparet, effigiesq; preter propriā positionē, ut columbae collum inconuersione uidetur. Quoniā igitur extra loca & positiones ista considerari nequunt, illorum quoq; natura ignoratur. Octauus qui preter suas quantitates siue calore uel frigore, uelocitate uel tarditate, siue pallore, siue calore quoquis alio constitit.

sit. Namq; uinum modo dicere sumptum firmat ac roboret: immodicē, statum mentis euertit: idem de cibo & similibus. Nonus est qui præter solennem naturæ niorem, uel nouum, uel rarum contingit. Nam terræ motus apud quos crebro contingunt admirationi non sunt. Sol itidem quia quotidie certe nitor. Decimus ex alterna collatione constat, putagranū ad leue, forte ad imbecillum, maius ad minus, superius ad inferius. Dextrum autem non per naturam detrum est, uerū ex sinistri collatione intelligitur: nam si tollatur sinistrū, dextrum nō erit. Eadem ratione & pater, & frater, uelut ad aliquid dicuntur, & dies ueluti dā solē, atque omnia ueluti dā mentem. Quæ igitur ad aliquid dicuntur, per seipsa incognita sunt. Atq; bi quidem decem modi sunt quos prædiximus. Cæterū Agrrippa his quinq; alios intexit, eum uidelicet qui ex dissonantia colligitur, & qui in infinitum progreditur, & cum qui ad aliquid dicitur, quicq; ex subiectione, & qui ex mutua successione constat. Qui igitur ex dissonantia est, questio quecunq; fuerit apud philosophos proposita quæ ex consuetudine, ingentis pugnæ & perturbationis plena ostenditur. Qui uero in infinitum procedit, quod quæsitus fuerit affirmari minime permittit, quod alius ab alio fidem capiat, atque ita in infinitum res procedat. Qui autem ad aliquid, nihil percipi per omnia dicit, sed cum altero: quo circa & ignota est. Porro tanquam ex probato constat modus, cùm putant quidam ex seipsis principia rerum oportere admittere, ut certa ac indubitate, neq; ultrà debere inquiri quod stultum atque inane est. Contrarium enim quispiam subiicit. Per inuicem autem modus cōsistit, cū quod quæsitā rem firmare debere debuit, ipsum opus habet ab eo quod queritur fidem capere, puta si peros quispiam iecirco esse assene

ret quod uaporés siant, ipsum ad affirmationem sumit,  
 quod minime debuit. Tollunt autē isti omniē demonstratio  
 nem, omneq; indicium, & signum, & causam, & motum,  
 atq; dissentiam, & generationē, & quod natura quipplā  
 aut bonum aut malum sit. Omnis enim, aiunt, demonstratio,  
 aut ex demonstratis rebus constat, aut ex nō demonstratis.  
 Si igitur ex demonstratis, & illa demonstratione aliqua  
 egebūt, atq; ita in infinitū pergetur. Sin uero ex nō demon-  
 stratis, si omnia, si quedam, si unum etiā solum difideat, to-  
 tum demonstratione carere. Quod si uidetur, inquit,  
 quædā esse quæ demonstratio non egeat, nra illorū sci-  
 tia est, & mens, si non intelligūt hoc ipsum in primis quod  
 fidem habeat ex eis probatione indigere. Neq; enī quatuor  
 esse elementa, inde aſtruendum est, quod quatuor sint ele-  
 menta. Præterea si negentur particulares demonstraciones,  
 generalem quoq; demonstrationem tolli necesse est. Ut au-  
 tem sciamus demonstrationē, iudicium erit necessarium. Iti-  
 dem, ut in dicium esse nouerimus, demonstratione opus erit.  
 Vnde si utraq; cū adiuicem refrantur, incomprehensi-  
 bilia sunt, quonam modo percipientur quæ manifesta sunt,  
 si ignoretur demonstratio? Quæritur autem num talia ap-  
 pareant: uerū si per ſubſtantiam ita ſe habeant, ſtultos do-  
 gmaticos dicebant. quod enim ex tanquam probato con-  
 cluditur, non contemplationis, uerū positionis rationem  
 habet. Porro eadem ratione etiam de impossibilibus argu-  
 mentari licet. Ceterū qui arbitrentur minime oportere  
 exhibit quæ ſecundum circumſtantiam ſunt uerum iudicare,  
 neq; ex his quæ ſecundum naturā ſunt leges ferre eos dice-  
 bant modos rerum omnium ſibi diffinire, nequaquam intuen-  
 tes quod manifestum eſt, omne id ſecundum reluctancem  
 affectumq; apparere. Aut igitur uera omnia eſſe, aut falſa

omnia dicendum est. Sin autē quædam uera sunt, quonā ea discernemus modo? Neq; enim sensu quæ secundum sensum sunt, cū omnia illi videantur aequalia, neq; intelligentia ob eandem causant. His autem explosis, nulla indicandi uis reliqua erit. Quicquid igitur, inquit illi, de aliqua sine sensibili siue intelligibili re astruit, prius quæ de ea re sunt opiniones constitueret debet: alij enim ista, alij ista abstulerunt. Necesse est autem uel sensu uel intelligentia indicari. Ceterum de utrisq; contentio est. Non igitur possibile est, opiniones de rebus sensibilibus intelligibiliusq; indicare. Atqui si propter eam quæ est in intelligentijs pugnam omnibus renuntiandum est, tolletur mensura ad quam cuncta diligenter exacta uidentur. Omnia igitur aequalia arbitrabuntur. Ad hæc, aiunt, qui nobiscum disputat quod apparet probabile sit nec ne, si quidem probabile est, nihil aduersus illum dicere potuerit, cui contraria uidetur. Sicut enim ipse probabilis est qui perspicuum esse affirmat, ita et aduersarius. Sin autē non probabilis, neq; ipsi crederetur qui clarum esse ac manifestum dicit: quod autem persuadet, uerum esse arbitrandum non est. Neq; enim idem omnibus persuadet, neq; eisdem semper. Fit autē persuasio etiā præter id quod extrinsecus est, siue præter dicens opinionem, siue præter curam, siue præter suavitatem, siue præter consuetudinem, siue præter id quod gratum est. Tollebat autem et iudicium ista ratione. Aut iudicatum est iudicium aut iniudicatum est: at si quidem iniudicatum est, improbatum consistit exeditio; a uero falsoq; iudicio. Si uero iniudicatum, unum erit eorum quæ per partes iudicantur. Itaq; si idem est, et iudicare et iudicari, id quicq; quod iudicium iudicauit ab altero iudicabitur, illudq; rursus ab alio atque in infinitum procedet, præterquam quod de iudicio sententia con-

cors non est, alijs hominem iudicium esse dicentibus alijs  
 sensum, alijs rationem, quibusdam ita in perceptibilem ima-  
 ginationem. At quid bono quidem & secum & cum alijs dis-  
 sidet, quod ex legum consuetudinumque differentijs constat.  
 Porro sensus falluntur mentiunturque, ratio autem discordat,  
 perceptibilisque fantasia ab animo iudicatur, animusque ipse  
 varijs motibus circumagit. Hac ergo ratione ignotum  
 est iudicium, ac per id ueritas quoque ignoratur. Signum item  
 esse negant. Nam si quidem signum est, inquiunt, aut sen-  
 sibile esse neesse est, aut intelligibile. At sensibile non est:  
 nam sensibile commune signum uero proprium est, ac sen-  
 sibile secundum quidem differentiam, signum uero eorum,  
 quae ad aliquid dicuntur, est. Intelligibile itidem non est.  
 Nam intelligibile non est, siue quod appareat ex eo quod  
 uidetur, siue quod non appareat ex eo quod non uidetur,  
 siue quod non uidetur ex eo quod apparet, siue quod ui-  
 detur ex eo quod non apparet: nihil autem horum est, non  
 igitur signum. Ex eo autem sequitur nihil in certum com-  
 prehendi posse. Nam per signa dicuntur obscura ac incer-  
 ta comprehendendi posse. Causam itidem hac ratiocinatione  
 tollunt: Causa eorum quae ad aliquid dicuntur, est, quippe  
 ad causale. Quae uero ad aliquid dicuntur, solum intelli-  
 guntur, non autem existunt, causa igitur tantum intelli-  
 gitur. Nam si quidem causa est, id esse non debet cuius di-  
 citur causa, alioqui causa non erit. At quemadmodum pa-  
 ter, nisi ad sit in ad quem pater dicitur, nequaquam pater  
 est, ita & causa. Non autem adest ad quod causa intelli-  
 gitur, neque enarratione neque corruptione, neque  
 aliud quippiam, non ergo causa est. At qui si quidem cau-  
 sa est, aut corpus, aut incorporeo est causa, aut certe incor-  
 porale incorporalis. Nullum est autem horum, non igitur  
 est causa. Nam utraq; eandem habent naturam: & si alte-

rum dicitur *causa*, quantum attinet ad *corpus*, & reliquum *corpus* cùm sit, efficietur *causa*. At si communiter ambo *causæ* erunt, nihil erit inconmodi. Porro incorporeum incorporei nequaquam *causa* erit, ob eandem rationem: incorporeum item corporis *causa* non erit, quia nihil incorporeum *corpus* facit. *Corpus* itidem incorporei *causa* non est, quia quod fit ex patiente subiecta materia esse debet. Nihil autem patiens ex eo quod incorporeum sit, nec ab aliquo quidem sit. Non est igitur *causa*. atq; ita colligitur minime subsistere principia rerum. Aliquid enim sit uesperse est quod facit atq; operatur. Enimvero neq; motus est: nam quod mouetur uel in loco ubi est, uel in eo ubi non est mouetur, non in loco ubi est, in quo autem non est, neq; mouetur, non est igitur motus. Disciplinas item hoc modo auferebant. Si quid, aiebat, docetur siue quod est eo ipso quod est, siue quod non est, eo ipso quod non est, docetur. Neq; uero quod est, eo ipso quod est docetur. Namq; natura omnium quæ sunt, omnibus patet, alq; cognoscitur id quod non est, eo quod non est. Ei quod non est, nihil contingit, ita ne doctrina quidem, neq; generatio quidem ipsa, inquit, est. Neq; enim sit quod est, cùm iam sit: neq; quod non est, neq; enim subsistit. Quod autem non subsistit, neq; est, neq; fieri quidem meruit. *Natura* quoq; bonum aliquod aut malum esse, ita negant. Si quid, aiunt, *natura* bonum aut malum est, omnibus bonum aut malum esse debuit, quemadmodum & nix omnibus æquè frigida est: nullum est autem bonum aut malum quod sit commune omnium, non igitur est *natura* bonum aut malum. Aut enim omne quod à quopiam existinatur bonum dicendum est, aut contrà. At omne dicendum non est: namq; idem ab aliquo putatur bonum, sicut uoluptas ab Epicuro, ab aliquo è conuersò malum, ni-

mīrum ab Antiphene. Contingit igitur id quod fieri non potest, idem et bonum esse et malum. Quod si non omne quod ab aliquo putatur, bonum dixerimus, necesse erit nos discernere opiniones, quod per partem rationum uim possibile non est. Ignoratur itaq; quod sit natura bonum. Licet autem totum conclusionis illorum modum ex his quae relin quere monumentis animaduertere. Quanquam Pyrrho qui dem ipse nullum reliquit opus, uerū discipuli et necessarij eius, Timon et Acne sūdemus, Numenius ac Nauphanes, atq; alij huiusmodi, quibus obſtrepentes dogmatici diuit illos comprehendere et decernere. Nam in eo quod argueret, et ceteros euertere conantur profecto comprehēdunt, atq; in eo ipso et afferunt et dogmata astruunt. Nam cum se nihil diffinire aijant, omniq; rationi contraria obiectam esse rationem, ea ipsa et definiunt et proferunt. Aduersus quos illi respondent. Atqui ea quae patimur, ut homines fatemur: nam et quod dies sit, quod sit generatio, quodq; uiam amus, et cetera in hunc modum, que in uita nostra maius sit sunt scimus: ceterum in his quae dogmatici afferunt, ea seratione comprehendere dicentes, ueluti de incertis neutiquam consentimus, solas uero passiones agnoscimus. Nam et nos uidere confitemur, nosq; intelligere scimus: uerū quo pacto uideamus, aut intelligamus, ignoramus. Quin quod hoc album videatur narrādo dicimus, non afferendo an reuera ita sit. Porro de ea uoce qua nihil nos diffinire dicimus, atq; similibus que dicuntur dogmatibus, neq; enim similia sunt his que illi afferunt, puta quod globosus sphærae instar sit mundus. Nam id quidem incertum est. Haec uero certae consensiones sunt. In eo itaq; quod nihil diffinire dicimus, neq; hoc ipsum diffinimus. Rursus illos dogmatici uitam etiam tollere afferunt, dum opinia ex quibus

bus uita constat exortunt. at contrà eos illi mentiri assue-  
rant, non enim uisum se auferre, sed quomodo se habeat uis  
uidendi ignorare se dicunt. Atq; quod apparet ponimus,  
non quòd tale, quale cernitur, sì. Nam quod uerit ignis sen-  
timus, uerum an habeat incendendi naturam, non pronun-  
tiamus, quodq; moueatur quispiam, & quòd pereat uide-  
mus, uerum ista quo pacto siant ignoramus. Eis igitur,  
aiunt, solum reluctamur, que in conspicuis rebus proximè  
assidunt incerta. Namq; dum statuam eminentias habere di-  
cimus, quod uidetur exponimus : cum uero non habere emi-  
nentias afferimus, non iam quod cernitur, sed aliud dicimus.  
Vnde & Timon in Pythonem ait, non excessisse consuetudi-  
nem: at in Indalmis ita dicit:

Ἄλλα τὸ φαινόμενον πάττι οὐδέποτε πάτητο.

Hoc est,

Quod uero apparet tota ui ut cuic; profectum.  
Atq; rursus in libro de sensibus : Quod, inquit, istud dulce  
sit non pronuntio, quòd autem uideatur assentior. Ac eisdem  
quoq; in primo de Pyrrhonis rationibus, nihil ait  
per modum dogmatis diffinire Pyrrhonem, propter con-  
tradictionem, uerum que sunt conspicua sequi. Badem fer-  
mè ait in libro contra philosophiam, et in libro de questio-  
ne. Zeuxis itidem Ac eisdem necessariu in libro de dupli-  
cibus rationibus. Antiochus item Laodicenus & Apelles  
in Agrippa ea solia ponunt que uidentur. Est igitur iudi-  
cium secundum Scepticos quod uidetur, sicuti & Ac eisdem  
ait : ea in sententia & Epicurus fuit. Porro Democritus  
nihil se nosse ait eorum que uidentur. Quædam  
uero ex his ne esse quidem. Aduersus huiusmodi iudicium,  
eorum mirum que uidentur, dogmatici aiunt ab eis ipsis  
uarias fantasias incidere, quemadmodum à turre uel  
rotund

rotunda, vel quadrata. Scepticus si neutrū p̄fert sine effectu crit: sin uero alteram sequitur, non iam, inquit equas uires his quae uidentur reddet. Ad quos aiunt Sceptici, quod quando uariæ incident imaginationes utrasq; uideri dicemus, atq; ideo uisibilia ponere quia uidentur. Postremo autem Sceptici finem aiunt, nihil quicquam definire neq; pronuntiare, quam rem sequatur umbra in morem animi tranquillitas atq; constantia, ut ait et Timon et Aeneasidenus. Neq; enim ista aut fugeremus aut eligeremus, que in nobis sunt, quae uero in nobis non sunt, sed per necessitatem uitare non possumus, ut est eſurire, et fitre, et dolere. Neq; enim ista ratione auferri possunt. Dicentibus uero dogmaticis, posse uiuere Scepticos non detrectando, si iubatur etiam patrem necare, respondent illi de dogmaticis, quo modo uiuere poterit et abſtinere quæſtionibus, non de rebus uita communis et obſeruandis. Itaq; et eligimus aliquid ex conſuetudine, et fugimus, et legibus utimur. In rādī cap. Sunt qui dicant Scepticos finem dixisse \*tranquillum animi statum, sunt qui mansuetudinem.

### T I M O N N I C A E V S.

**T**imon Apolloniates Nicæus, de quo in primo commen-  
tariorum in Sillos libro diximus, quod opus suum ille  
Tiberio Cæſari dedicauit, Timonem aſſerit patre Timar-  
cho, genere Phliasium fuisse, iuuenientq; saltationi operam  
dedisse, choreasq; duxisse, postea uero mutata sentētia Me-  
gara ſe ad Stilponem contulisse, qui cum diutius commora-  
tum, rursus in patriam rediſſe, uxoremq; duxisse. Tum in  
Elidem uenisse cum uxore ad Pyrrhonem, ibi q; moratum  
eſſe, quoad illi filij nati eſſent, quorum qui maior natu-  
erat, Xanthum vocasse, medicinamq; docuisse, uite etiam-  
num et instituti ſui ſuccelforem reliquisse. Erat autem, ut

& Sotion in decimo testatur, eloquentia & sapientia insignis, qui cum egeret alimentis, ut Helle spontum Propontidemque concessit, atque in Chalcedone philosophiam, & orationem exercens, multum admirationis emeruit. Hinc iam locupletior factus, Athenas profectus est, atque illuc ad obitum usque persuerauit, cum breve tempus Thebis egisset. Quin & Antigono Regi & Ptolemaeo Philadelpho cognitus & charus fuit, sicuti ipse in Iambis attestatur. Erat autem, inquit Antigonus, & potationis studiosus, atque Philosophis interdum uacabat. Nam & poemata conscripsit, & uersus, tragœdias, et satyras, et comœdias triginta, tragœdias uero sexaginta, siuos item & cinados. Feruntur eius & libri uarij ad uiginti uersuum nullia producisti, quorum et Antigonus Carystiu meminit, qui uitam ipsius conscripsit. Siuorum uero libri tres sunt, in quibus utpote scepticus in dogmaticos omnes maledicta atque connititia ingredit, ex his primus planam atque perspicuum habet interpretationem, enarrationis in modum. Porro secundus & tertius dialogi speciem tenent. Videtur autem Zenophauem Colophonium de singulis percontari, atque ille sibi respondere. Atque in secundo quidem de antiquioribus, in tertio autem de posterioribus agit. Vnde illum quidem epilogum inscripsere. Primus autem eadem continet, praeterquam quod poësis illa ex persona sua est. Hoc autem illius fuit initium:

Ἐαν δέ τοι μειδίοις πράγματοι τοπίσαι. i.

Nunc mihi adeste omnes gens importuna sophistæ.

Hunc ego luscum didici. Nam & ipse Cyclopem se appellabat. Fuit & alter Timon hominum osor. Fuit autem hic philosophus Timon hortorum studiosus maximè, ac solitudinis amans, quemadmodum & Antigonus refert. Fertur

Hicr

Hieronymus Peripateticus de illo dixisse, Sicut apud So-  
thas et qui fugiunt, & qui persequuntur sagittas torquent,  
ita & apud philosophos, alij persequendo discipulos ca-  
piunt, alij fugiendo, quemadmodum et Timon. Erat autem  
aceri ingenio ad percipiendum, atq; ad irridendum prom-  
ptus & uehemens, literatorq; illustris, & ut poëtis fabula  
scriberet, ac tragedias conceret in primis ualebat. Alexan-  
drum enī & Homerum tragediarum socios accersere  
gaudebat. Et facillimē screbat cū uel ab ancillis uel à cani-  
bus perturbaretur, nihil & quē studens, atq; tranquillam ni-  
tum apprehendere. Auit Aratum ab illo quaesisse, quo pa-  
eto quissiam Homeri poëma sine nienda consequi posset,  
illumq; dixisse, antiqua si incidat in exemplaria, non ea  
qua nuper emendata sunt. Neglecta quoq; apud illum poë-  
mata iacebant aliquando & corrofa, adeò ut cū & Zo-  
pyro oratori quiddam recitaret, euolueretq; uolumen, &  
quod occurseret legeret, in medio ferme operis principium  
notarit sunsum, lego eatenus ignorās. Adeò uero frugia ac  
facilis in uictu erat, ut nullum prandij tempus obstrueret.  
Aiunt autem ipsum cū uidisset Arcesilatum assentatorem  
incidentem medium dixisse, quid huic tu ueniisti ubi nos li-  
beri sumus? Assidue dicere solitus erat in eos qui scisus cum  
animi attestacione disjudicant. Conuenit Attagatis & Nu-  
menius: consueverat & ista ludere. Ad eum enim qui cun-  
cta mirabatur ait, quid autem non miraris, quia tres cū  
simus, quatuor habemus oculos? Erat autem ipse unoculus,  
& Dioscorides discipulus eius. Rogatus autem aliquando  
ab Arcesilao cur ex Thebis adesset, ait, ut uos in aperio  
intuens rideam. Arcesilaum tamen cū in Sillis carperet,  
laudauit illum in eo libro qui inscribitur, Arcesilai de co-  
nis. Huius successor, ut Menecdotus resert, nemo fuit, sed eius  
defic

deficit institutum donec illud Ptolemaeus Cyrenaeus instau-  
ravit. Porro Hippobotus & Sotion, ipsius auditores fuisse  
tradunt Dioscoridem Cypriū, et Niclochum Rhodium Eu-  
phranoremq; Seleucium, & Praylam à Troade, qui adcō  
constantī animo fuit, ut tradit Philarchus historicus, ut pa-  
teretur se iniuste, ut proditorem affici suppicio, ciues ne  
uerbo quidem supplicatus. Euphranorem autem Eubulus  
Alexandrinus audiuit. Eubuli uero Ptolemaeus auditor  
fuit. Eū uero Sarpedo et Heraclides audiuerere. Porro Hera-  
clidem Aenesidemus Gnosius audiuit, qui Pyrrhoniarū ra-  
tionum octo conscripsit libros. Aenesidemum Zeutippus  
Polites, Zeutippum uero Zeuxis qui γεωμέτρης dicebatur.  
Hunc Antiochus Laodiceum ex Lyco, quem rursus Meno-  
dotes Nicomedensis medicus empiricus, & Theodas  
Laodicenus audiere. Menodotū autem Herodo-  
tus Arici filius Tarsensis, Herodotū uero  
Sextus empiricus audiuit, cuius sunt  
decem illa volumina, aliaq; pul-  
cherrima. Porro Sextum  
Saturnius audiuit co-  
gnomēto Cythe-  
nas & ipse  
empiri-  
cus.  
¶

D I O G E N I S   L A-  
E R T I I D E P H I L O S O-  
phorum uita, Liber decimus.

E P I C V R V S.



P I C V R V S Neoclis & Cherestratae filius, patria quidem Atheniensis, pago uero Chagettium ex Philaidarum familia, ut Metrodorus in lib. de ingenuitate refert, fuit. Sunt qui illum dicant, & in pri-  
nus Heraclitus in Sotionis breuiatione, cum Athenienses Samum sortiti essent, illuc nutritum esse, ac demum octauum & decimum agentem etatis annum, rursus Athenas con-  
cessisse, quo tempore & Xenocrates in Academia, Aristoteles Chalcide scholam habebant. De funculo autem Alexan-  
dro Macedone Rege, & Atheniensem sub Perdicam affi-  
ctis rebus, Colophonem se ad patrem contulisse. Vbicum aliquandiu cōmoratus esset, cōgregassetq; discipulos, Athe-  
nas iterum redisse sub Anaxicrate, ibi q; aliquousq; cum ce-  
teris in cōmune philosophatū esse, deinde seorsum sectam  
a se uocatam constituisse. Decimoquarto uero etatis anno  
philosophiae dare operam coepisse ipse testis est. Apollodo-  
rus autem Epicureus in primo de uita Epicuri, refert illū ad  
philosophiā se cōtulisse grāmaticos insestantē ac sophistas,  
quod percontanti quidnā esset apud Hesiodū chaos, expo-  
nere nō potuissent. Grāmaticam uero illū docuisse primum,  
ac demū lectis Democriti libris philosophiæ dedisse opera  
Hermippus autor est, atq; ob id Timonem de illo dixisse:

Ὕγαῖος δὲ Φυσιὸς, καὶ ὕγαῖος ἐκ Σάμου ἐλθὼν,

Γραμμοθεαταίδης ἀνεγνωταῖος τρωδῆσπ. hoc est,  
Ultimus ex physicis Samiāq; hic ultimus ora

Præceptor iuuenam & morum formator amatus.  
 Adieci sunt autem illi ad philosophandum, ipso hortante & nuditate  
 tres, ipsius fratres Neocles, Chæredemus, & Aristobulus,  
 ut ait Philodemus Epicureus in x. de philosophorū cōpo-  
 sitione. Scrutus itē illius Mus nomine, ut Myronianus re-  
 fert in legibus historicis capitulis. Enim uero Diotimus  
 Stoicus infesto aduersus illum animo, accerrimè infestatus  
 est, quinquaginta circūstrens impudicas & lascivas ueluti  
 ab Epicuro scriptas epistolat, easq; que Chrysippi se-  
 runtur ueluti sub eius nomine cōponens. Possidonius item  
 Stoicus & Nicolaus & Sotion in xii. eorum quæ inscri-  
 buntur Dioclis argumēta. Sunt autē frēre x xiiii. et Dio-  
 nysius Halicarnassēus, unā cum matre aediculari circuisse  
 \*purgamēta legentē, literasq; cū patre docuisse mercedis  
 exigue stipe tradunt. Vnde quoq; ē fratribus lenocinatum  
 esse, ipsumq; Leontia meretrici cōgredi solitū. Democri-  
 ti quoq; de atomis, Aristippiq; de uoluptate libros ut suos  
 afferuisse, necq; suisse legitimū ciuitatis, ut Timocrates ait, &  
 Herodotus in libro de pubertate Epicuri, Mitbræq; Lysi-  
 machi dispeñatori per epistolam sœde adulatū esse Pæanē  
 illū ac regē appellando. Idomeneum itidē & Herodotum  
 atq; Timocratem qui se adhuc obscurum suaq; dogmata il-  
 lustrareut, per epistolam laudare, eisq; ob hoc ipsum affen-  
 tari. Scribens ad Leontiani in epistola id agit, inquiens in  
 hunc modum, παιᾶν ἀραξ. ὁ με Leontiola, cuiusmodi  
 me implenit plausus tuam epistolulam cùm legetem. Ad  
 Themistam item Leontis uxorem, Quotus enim, inquit,  
 ego sum nisi uos ad me proficiamini? promptus ipse  
 quocunq; uos ac Themista me accersatis irrumpere. Ad  
 Pythoclem uero formosum adolescentem, Consumor, in-  
 quid, atq; deficio, amabilem tuam atq; diuinam ad te in-

gressum operiens. Rursumq; ad Themistam scribens, monere ipsum arbitratur, ut Theodotus in quarto aduersus Epicurum libro ait. Alijs item compluribus meretricibus scribit, & Leontiae in primis, quam & Metrodorus annotat. In libro quoq; de finibus sic loquitur, Nam equidem nihil habeo quod bonum intelligam, si savorum voluptates, & que ex Veneribus constant, & que auribus percipiuntur, quaeq; ex forme uenustate blandiuntur oculis, auferant. Scribit item in epistola ad Pythoclem, Omnem autem disciplinam oportet fortunati fugite. Epictetus quoq; ut lascivius loquentem sugillat, maxime imisq; probris incessit. Timocrates item in his que inscribuntur de Lætitia, Metrodori frater ipsiusq; discipulus, eius relicta schola bis illum diebus singulis uomere solituè est ninijs delitijs solutum refert, seq; ipsum narrat uix effugere potuisse nocturnam illam philosophiam, arcanamq; illam conuentiunculam. Epicurum quoq; multa in oratione peccare, atq; in uita longè plura, corporeq; adeò nuscrabiliter affectum, ut multos annos consurgere è sella nequiverit, minam interim quotidie in cibos cōsumere, ut ipse in epistola ad Leontiam scribit, atq; in eis quas ad Mitylenenses philosophos scripsit. Congrediq; illi una cum Metrodoro & seorsa alia. Marmarium, & Hedianum, Erotium, & Nicidium, in eis quoq; uoluminibus que de natura scripsit triginta quinq; numero, cōplura huiusmodi inserere, contrariaq; in ipsis alijs quidē multis, Nausiphani uero in primis scribere, ita sive ad uerbum dicens, Sed habet, habuit enim ille uelut parturie ab ore iactantiam sophisticam, quemadmodum & alijs complures ex mancipiorum numero. Ipsumq; Epicurum in epistolis ista de Nausiphane dicere. Adduxit illum in eiusmodi animi excessum, ut ne maledic̄tis impeteretur,

mugistrumq; inuocaret, πλευρα quoque ipsum ac dece-  
ptorem, & sortum ac sine literis uocabant. Platonis item  
sextatores, Dionysij assentatores, Platonem quoque ipsum  
aurecum, Aristotelem prodigum, qui paterna substantia  
consumpta militasset, & \* uenena uendidisset. Appellabat \* φριγανης  
bainum Protagoram, & librarium ac scribam Democri-  
tum, qui in conuessionibus uixisset literas' que docuisse.  
Heraclitum quoque κυκλημα microbium. Democritum Le-  
mocritum, & Antidorum σωριδωρον. Cyzicenos inimi-  
cos Grecie, & dialecticos ninum inuidos. Pyrrhonem  
quoque indoctum & imperitum appellabat. Sed hi profe-  
cto insaniunt. Namq; uiri huius aduersus quosuis incredibi-  
le gratitudinem permulti testantur, patria item que  
statuis ereis illum honorauit: amici quoque tam multi, ut  
eos ne urbes quidem integræ capere possint, familiares  
præterea omnes ac discipuli quos illius dogmaticæ Syre-  
nes occuparunt, præter unum Metrodorum Stratoniceu-  
sem, qui ab illo se ad Carneadem contulit, cui forte grauis  
erat uiri incomparabilis & innæsa bonitas, illiusq; scho-  
le perpetua successio, que ceteris ferme omnibus deficien-  
tibus sola persistit, perpetuis uicibus discipulis sibi inui-  
cem succendentibus. Summa præterea in parentes pietas,  
atque præcipua in fratres beneficentia, mansuetudoq; in  
seruos, quemadmodum & ex ciuis testamentis liquet, &  
quod secum illi una philosophati sunt, ex quibus tamen  
clarissimus fuit is, quem prediximus, Mus, eximia' que,  
ut in summa complector, eius in omnes humanitas fuit.  
Nam quid de cultu in deos, & de amicitia aduersus  
patriam dicam, quam constantissime usque ad finem te-  
nuit? quippe qui per summammodum siam ad Republic:  
accedere noluit. Et cum difficilima tempora tunc Gre-

ciam premerent, semper ibi persequerantur, bis aut ter solum ad Ionie loca profectus, ad amicos, qui ad illū undiq; numerosissimi conueniebant, ac una cum illo in horto uiuebat, ut ait etiam Apollodorus, quem ex octoginta minis copa-  
rauit. Porro Diocles in tertio \* incursionis libro illos ait uilissimis & simplicissimis cibis uix iisse. Parcissimo enim, inquit, uini poculo contenti erat, omnisq; aqua illis ad potum cedebat. Nolebat autem Epicurus sectatores suos in commune opes deponere ueluti Pythagoras, qui communia omnia amicorum dicebat. Nam id, inquit, eorum qui diffiderent potius fuit quam amicorum. Ipse quoq; in epistolis aqua tam-  
tum & cibario pane se contentū esse testatur, & mitte, in-  
quit, mihi casei cythridi paululum, ut cū epulari preciosius uolucro, possum. Huiusmodi illius uita fuit qui uoluptatem finem asserit, quē Athenaeus ita suo laudauit epigrammate:

Ἄγθρωποι μοχθεῖτε τὶ χάροντε, καὶ διὰ κέρδος

Ἄπλητεψ κεκτῶμεν ἄρχετε ή πολέμουρ;

Τῆς φύσιος δὲ ὁ πλεῖτος ὄφος τινὲς βαιδὺ ἐπίσχα

Αἱ δὲ κέρδα κρίσιες τὰς ἀπέραντος ὁδού.

Τῶτο γενιλὺος πυντίοι, τέκνα, οὐ παρότε μουσῶν

Ἐκλυεψ, οὐ παῖδες ἀλλά φέροντες φίτωρες.

hoc est,

Quis furor, o ciues, ut nos ob uile lucellum

Rixas, & bellum sollicitetis atrox?

Nam natura opibus facile est contenta pusillis,

Contenta nullis ambitio est opibus.

Hoc Epicurus ait, dulces quem nempe camænæ

Aut Suadæ tripodes edocuere sacri.

Sciemus id manifestius in sequentibus, ex dogmatibus &  
ex uerbis eius. Maximè uero, auctore Diocle, ex antiquis  
amplectebatur Anaxagoram, et si in quibusdam illi con-  
tradixerit. Archelaum quoq; Socratis magistrum. Exer-  
cebat

cebat, inquit, discipulos ut etiā memoriter tenerent ipsius  
scripta. Hunc Apollodorus in chronicis Nausiphancem &  
Praxiphanem audisse tradunt. Verū hoc ille de se non di-  
xit in ea quæ extat eius ad Euridotum epistola. Sed neq;  
Leucippum aliquem philosophum fuisse ait, neq; ipse neq;  
Hermachus, quem Democriti fuisse præceptorē, cum alijs  
tradunt, tum etiam Apollodorus Epicureus. Ceterū Deme-  
trius Magnesius Xenocratis cum quoq; auditorem fuisse  
asserit. Vt titur autē in rebus uocabulis proprijs, quæ quo-  
niā simplicissima sunt, ea Aristophanes grāmaticus ta-  
xat. Adeò autem apertus dictione fuit, ut in lib. de orato-  
ria, nihil aliud quam perspicuitatem orationis inquirendum ac persequendum inoheret. Atq; in epistolis ubi cæte-  
ri scribebant χαρακτήρē ipse lūnparά. & honestè uiuere  
præclarū est. Alij tradunt in uita Epicuri normam illum  
scripsisse, de Nausiphani tripode, cuius fuisse auditorem  
tradūt, & Pāphili Platonici in Samo, cōpis̄e duodecimū  
agentem etatis annum philosophi.e operam dare, circiter  
trigesimum quintū scholæ præesse. Nascitur autem, inquit  
Apollodorus in chronicis, cētesimæ nonæ olympiadis an-  
no tertio sub Sosigene principe, mense gamelione septi-  
mo mensis septem annis post Platonis obitum. Cum uero  
triginti duorum esset annorum, primum Mitylene &  
Lampsacis cholam instituit annis quinq; denum Athenas  
migravit, ubi diem obiit anno centesimæ septimæ olym-  
piadis sub Pytharato, cum septuaginta & duos uite im-  
plesset annos. Succedit illi in administratione scholæ Her-  
machus Agemachī filius Mitylenæus. Oblisse calculo ur-  
næ exitum impédiente Herniachis in epistolis ait, morbo  
quatuordecim diebus fatigatum. Quo etiam tempore tra-  
dit Hermippus descendisse illum in peluum æream aquis

calentibus plenam, petisseq; merum sibi ad sorbendum dari, atq; monentem amicos ut ipsius decretorum memores essent, inter uerba defecisse. Est autem in cum quod scripsimus epigramma in hunc modum:

Χαρέσθε, καὶ μέμνοθε τὰ δόγματα, τὸτε Ἐπίκουρος

Υγαῖον εἶπε φίλοις σίσιρ ἀπορθίμυνος.

Θερμὸν ὁ πνεὺλος γε ἐσπλανθεὶς τὸν ἄνθρακα

Ἐπαντεψ, ἀτ' αἰδὼν τὸ χρῆμα ἐπιστάσασθο. hoc est,

Hoc moriens charis Epicurus dixit amicis,

Dogmatis ὡμεμορεούσης ualete mei.

Q[uo]d calidam ingressus peluum, sitientius haufit

Suave merum, hinc stygias ebrius haufit aquas.

Hec uiri uita, hic finis fuit. Testamentum quoq; ipsius legimus. Mea omnia Amynomacho Philocratis filio Battredo, Timocratiq; Demetrij filio Potamio secundum eam, quæ in metro scripta est utrique factam donationem, ea conditione, ut horum quidem, et quæ in illo sunt Hermachus Agemarchi filio Mitylenæo assignent, eisq; qui cum illo una philosophantur et alijs philosophiæ successoribus illum reliquerit Hermachus, ut in eo philosophiæ dare operam possint. Vtq; semper hi qui à nostro nomine philosophi appellantur, perdurent, Amynomacho et Timocrati eam quæ in horto est scholam, depositi iure commendando, ipsorumq; posteris. Cauebunt autem ipsi mandabuntq; heredibus hortū illum scruent, quemadmodum et ipsi, tradantq; philosophantibus ex nostro nomine. Porro domum quæ est in Melite, dabunt Amynomachus et Timocrates Hermachos inhabitandam, unaq; his qui secum philosophantur quasdiu Hermachus uixerit. Ex earum autem rerum redditibus quæ à nobis legatae sunt Amynomacho et Timocrati, quantum fieri posse cum Hermacho

xbo diuidant, carent ut natalis dies parentibus & fratribus ac nobis quotannis solemniter agatur, intradicem decimorum Gamelionis, ut etiam in conuente solempni, eorum qui nobiscum philosophantur, cuiusq; mensis uigesima die in nostram & Metrodori ordino. Carent quoq; diem fratrum, Posidonis. Insuper carent diem Polyeni Metagittione, sicut & nos fecimus. Cura autem sit Amynomacho & Timocrati, Metrodori filii Epicurus, filiumq; Polyeni educare, dum philosophantur & cum Hermachio degunt. Similiter & Metrodori filie curam habeant, & cum ad etatem peruenient, tradast eam uiro quem elegerit: Hermachus ex his qui secum philosophantur, sitq; illa obiecte perans, & pareat Hermachio. Dent autem Antynomachus & Timocrates ex redditibus nostris in eibum his singulo quoq; anno, ut ipsis quamcmodissime fieri posse videbitur, id cum Hermacho deliberantes, faciant item secum reddituum dominum Hermachum, ut ex eius consilio qui nobiscum consenuit in philosophia, princepsq; relictus est schole nostrae, fiant singula. Dotem uero puerelle cum ad annos nubiles uenerit, dare curabunt, Amynomachus, & Timocrates quantum eis satis esse videbitur ex bonis anterentes, cōmunicato prius cum Hermacho consilio. Curā itē habeant Nicanoris quemadmodū & nos ipsi, ut quotquot nobiscum philosophati sunt, atq; res suas in communem usum contulerunt, omuēmīq; alacritatem ostendentes, nobiscum in philosophiae studijs consenserunt, pro modulo facultatum nostrarum nullare quæ ad uictum necessaria est, egeant. Libros autem omnes nostros Hermacho tradant. Quod si quid humanū Hermacho contigerit prius quam Metrodori liberi ad etatem perueniat, cura sit Amynomachus & Timocrati, ut liberaliter illi educentur, ac-

cipientq; ex facultatibus nostris quaecunq; illis erunt necef-  
saria, curamq; ceterarum rerum, ut à nobis institutum est  
agant, ut singula quantum fieri potest fiant. Ex seruis ait  
tem liberos dimitto Murem, Niciam, & Lyconem, Phae-  
driō item dimitto liberam. Iam uero moriens scribit ad  
Idomeneum epistolam huismodi,

CVM ageremus uitæ beatum, & eundem supremum  
dic, scribebamus hæc. Tanta autem uis morbi urgebat uesi-  
ce & uiscerū, ut nihil ad corū magnitudinē posset acci-  
dere. Cōpensabatur tamen cum his omnibus animū letitia,  
quam capiebam memoria rationū inuentorumq; nostro-  
rum. Sed tu, ut dignum est, tua erga me & erga philosophiam  
uoluntate ab adolescentulo suscepisti, fac ut Metro-  
dori tueare liberos. Hoc illius extremū testamentum fuit.  
Fuerunt autem illi discipuli plurimi egregij & sapientif-  
simi, Metrodorus Atheniensis, Timocrates, & Sandes  
Lampsacenus, qui & ex quo agnouit uirum, ab eo nun-  
quam discessit, nisi tantū sex menses quibus domum pro-  
fessus denuo ad illū reuersus est. Fuit autem uir per omnia  
bonus, quemadmodum & Epicurus in\*principiis scribit.  
Attestatur autem in tertio & Timocrates. Huinsmodi au-  
teui cū esset, sororem etiā Batidem Idomeneo tradit uxori-  
rem. Leontiamq; Atticam meretricem assumptam pro co-  
ēubina usus est. Erat autem intrepidus aduersus turbatio-  
nes omnes atq; morte, sicut Epicurus in primo Metrodo-  
ro tradit. Aut illam septem annis ante Epicurum obiisse  
diem, quinquagesimum & tertium agetem aetatis annum.  
Ipse autem Epicurus, in ijs que recitauius testamen-  
tis ipsius, ut uita functi filiorum curam haberi mandat.  
Habuit autem & predilectum familiarem quendam Me-  
trodori fratrem Timocratem. Porro Metrodorus hos

\* περγμέ-  
ναι.

scrip

scripsit libros, ad medicos tres, ad Timocratem de sensibus, de magnificentia, de morbo Epicuri, aduersus dialeticos, aduersus sophistas nouem, de itinere ad sapientiam, de mutatione, de diuinitatis, aduersus Democritum, de nobilitate. Fuit et Polyeenus quidam Athenodori filius Lampsacenus modestus et amabilis, ut Philodemus ait. Successor itē eius Hermachus Agemachi filius, Mitylenaeus vir insignis, patre quidem paupere, at principio oratione de datus. Feruntur et huius pulcherrima ista monumenta, de Empedocle epistola uiginti duas, de disciplinis aduersus Platonem, aduersus Aristotelem. Moritur autē apud Lyssiam vir sācē, ut diximus, illustris. Leonteus itidem Lampsacenus, eiusq; coniunx Themista, ad quam etiam scribit Epicurus. Colotes quoq; et Idomeneus et ipsi Lampsaceni. Atq; isti quidē nobiliores ex Epicuri ludo fuisse, adiecto et Polystrato successore Hermachi, cui succēdit Dionysius, cui Basiliides. Apollodorus quoq; οὐ πιστός παρεῖ dictus est, clarus fuit, qui ultra quadringēta uolumina cōscripsit. Duo quoq; Alexandrini Ptolemai Melas, atq; Leucus. Zeno quoq; Sidonius Apollodori auditor, qui infinita scripsit. Demetrius etiā cognomēto Lacon, ac Diogenes Tarsensis qui selectas conscripsit scholas. Orion itē et alij quos hi qui germani Epicuri sunt, sophistas appellat. Erant autē et alij Epicurei tres, Teleontei filius, et Thenustae, alter Magnesius, quartus Oplomachus. Scripsit autē Epicurus infinita uolumina, adeo ut illorū multitudine cunctos superarit. Namq; Cylindri ad trecentos sunt, in quibus nullum extrinsecus quesitum testimonium est solisq; referti sunt Epicuri sententias. Aemulatus est illum Chrysippus in scribēdo multis, sicut Carneades etiam refert parasitum illum librorum dicens. Nam si quid Epicurus

curus scriberet, tandem scribere & Chrysippus content-debat. Atq; ideo saepius eadem scriptis. Vnde & tumultuari scribere, ac patru emendate illi ex festinatione contingebat, totq; testimonia inserit, ut ex his solis libri pleni esse videantur, quemadmodum & apud Zenonem, & apud Aristotelem inuenire in promptu est. Tam multa, & tam preclara sunt Epicuri nolumina. Ex quibus ista vel optima sunt de natura triginta & septem, de atomis & vacuo, de amore. Epitome coru quae aduersus physicos scri-

\* nūp. pta sunt, aduersus Megarenses dubitationes, "rare opiniones, de sc̄tis, de plantis, de fine, de iudicio sive regula.

Ch̄redemus de diis, de sanctitate, Heresitionax, de uitis

\* Anawγρα- Quatuor, de iusto opere, Nocles. Ad Theonistam, Symposio-

rium. Eurylochus, ad Metrodoru, de uisu, de angulo atoni, de tactu, de fato, de perturbationibus opiniones ad Timocratem, Pronosticon, Exhortatorius, de imaginibus, de fantasia, Aristobulus de musica, de iustitia & virtutibus alijs, de donis & gratia, Polymedes, Timocrates tres, Metrodorus quinq; Antidorus duo, de austris opiniones, ad Mithrem, Callistolas, de regno, Anaximenes, Epistles. Vnam autem ipsarum, ut uisum est, ipsis concubor ponere, tribus eius propositis epistolis, in quibus omnem philosophiam suam breuiter colliggit. Ponemus autem peculiares ipsius opiniones, & si quid uisum est eloqui, electione dignum, ut omni ex parte cuiusmodi vir fuerit addiscas, si tamen ad hæc iudicanda idoneus sum. Primam igitur epistolam scribit ad Herodotum, summam rerum omnium naturalium. Secundam uero ad Pythoclem, quæ de coelestibus corporibus est. Tertiam ad Menœcum: continet autem ipsa de uitis. Ordiendum autem uidetur à prima, cū prius pauca dixerimus de divisione philosophi-

lo sophiæ iuxta ipsum. Tres igitur in partes & ipse philosophiam diuisit, Canonican, Physicam, Ethicam. Canonica igitur illa accessum cōtinet ad opus. Agitur de illa, in libro qui inscribitur Canon. Porro Physica naturæ totam speculationē cōtinet, de qua in libris naturalium triginta octo, atq; in epistolis per elementa disseritur. Ethica uero de electione & fuga disserit, quæ in voluminibus de uitis, & epistolis, ac libro de fine tractatur. Consueuerunt autem canonicanam naturam cōiungere, appellantq; illam de iudicio & principio sine introductione. Naturalē uero de generatione & corruptione & de natura. Ceterū moralē de his quæ cligi uel uitari debent, & de uitis, & de fine. Enim uero dialecticam ut transuersum agentem repudiāt. Posse enim physicos abunde simplicibus, & proprijs rerum uocabulis agere. Ait igitur Epicurus in canone quodam sensus, iudicia esse ueritatis, & anticipationes & affectus. Epicurei præterea fantasticos intuitus meutis adiiciunt. Dicit autem & in ea, quam ad Herodotum scripsit epitome, atque in certis illis opinionibus. Omnis enim, inquit, sensus irrationalis est, nulliusq; memorie capax. Neque enim à seipso mouetur, neque ab altero motus potest aliquid adiucere siue auferre, nec est quod ipsos possit arguere. Nam neque similis sensus similem potest, quod par sit utriusq; uis, neq; dissimilis dissimilem, quippe qui non eaurundem rerum iudices sint, ac ne ratio quidem ipsa. Namq; omnis ratio à sensibus ducta est, neq; alter alterum: omnibus enim intendimus, eoq; assertur sensu ueritas, quod que sensu uigent, ea subsistat aut. Porro & uidere nos & audire nō secus ac dolere subsistit. Quocirca & de incertis oportet ab his quæ apparent signis colligere. Nanque & cogitationes omnes à sensibus manant, secundum incident

cidentiam, & proportionem, & similitudinem, & compositionem, cooperante aliquid etiam ratione ipsa. Insonorū imaginationes ac uisa etiā in somnis uera sepe sunt. Mōvent enim, non autem mouet quod non est. Ceterum anticipationem dicunt ueluti comprehensionem, seu opinionem ratam, siue cogitationem, siue uniuersalem intelligentiam insitam, hoc est, memoriam eius rei, quæ sepe extrinsecus apparuit, ut exempli gratia, tale quiddam homo est. Stimul enī atq; homo nominatur, continuò per anticipationem forma etiā illius intelligitur, præcedentibus ac duabus sensibus. Prorsus igitur quod prius omnibus non unibus ordinatum est manifestū est. Neq; enim profectò quereremus, quod inquirimus, nisi prius illud nouissimus. Verbi gratia, quod procul abest, equus'ne an bos est. Oportet enim antea per anticipationē agnouisse bouis & equi formam. Neq; enim aliquid nominaremus nisi prius per anticipationē illius forma per oculos animo impressa esset. Evidentes sunt igitur anticipations, quod opinabile est à priore certo aliquo pendet, ad quod illud referimus, qđ opinatur, ut unde nouimus an sit istud homo nec'ne, hanc enim opinionem appellant siue opinionem, & uera esse & falsam dicunt. Nā si quidē pro testimonio sumatur, pro illa, siue contra illam agendum sit, falsa est. Unde etiā introductum est προουλβεψ, id est, persecutare, ut prope turrim accedere & contemplari qualis propè uideatur. Perturbationes autem esse duas dicunt, uoluptatē & dolorē, que in omne animal cadant. Ex his alteram propriā, alteram alienā esse: perq; eas iudicare electjones & cuitationes. Questionū quoq; alias esse drebūs, alias circa simplicem uersari uocem. Atq; ista de diuisione ac iudicio summatis dicta sunt. Redundā iam ad epistolā quā diximus.

Epicurus

## EPICVRVS HERODOTO S.

IIIS qui nequunt, ò Herodote, singula quæ à nobis de natura scripta sunt ad unguē intelligere, neq; maiores de his rebus editos libros perscrutari, compenium totius operis feci, quantum satis esse putavi, ut integerrimarum opinionum memoriam facile tenerent, ut quoquis tempore in his quæ sunt rata, illis opem ferre possint, inquitum arripuerint naturæ speculacionem. Quin eos etiam, qui iam contemplatione omniū, formam & ueluti fundamenta totius operis iecerunt, huiuscē compendio adiutum iri spe ro ad facile remūscendū. Nā fundamentis rei erubro uidigimus, membris non ita. Eundum igitur ad illa est, facie-  
dusq; ex ingimemoriae exercitatione habitus, ex quo &  
ratus maxime, ualidusq; ad res intuitus nobis obueniet,  
omnisq; particulariū rerum diligens cognitio repcrietur,  
cūm forme plenissimè animo uersantur memoriāq; tene-  
tur. Nam ea summa totius diligentiae, isq; effectus est, hu-  
iusce intuitu uti celeriter posse, ad simplicia clementia, atq;  
ad conclusionum uoces. Neq; enim fas est condensationem  
perpetuae rerum circuitiōis esse, nisi possit paucis uoci-  
bus totum in seipso complecti illud, quod etiam per par-  
tes diligēter explicatum fuerit. Unde cūm omnibus peruti-  
lis sit, qui sunt illi familiarius dediti naturae rationi, huius-  
modi uite cōtinuationē fieri moneo in phisiologia, eam  
quæ maxime tranquillitatem affrat uitæ, & eius compē-  
diū, ac ueluti summam opinionum omnium tenere memo-  
riter. Primum igitur mihi Herodote, quæ subiecta sunt no-  
cibus oportet comprehendere, ut ea quæ opinamur, siue  
querimus, siue de quibus ambigimus, ad ea referētes diju-  
dicare possumus. At ne indiscreta sint omnia nobis in infi-  
nitum demonstrantibus, siue inanes uoces habeamus, ne-  
cessē

cesseret quidem est primam notionem per unanquamq; discipli-  
ci uocem, nihilq; probatione indigere. Siquidem habebi-  
nus quæsumus uel dubitatum, uel opinatum ad quod refe-  
ramus: siue secundum sensus obseruare omnia oportet, ac  
simpliciter præsentes intuitus, siue mentis, siue quorum-  
uis iudiciorum. Eadem ratione etiam perturbationes que  
ad sunt, ut perseverans illud incertum habemus, quibus no-  
tare possumus. Hæc autem ubi perceperimus, de incertis  
tum confpicari opus est. Primum quidem quod nihil sit eo  
quod non est. Omnia enim ex omnibus fierent, scilicet  
nihil indigentia. Sed & si quod occidit, interiret in id  
quod non est, omnia iamdudum interiissent, cum ea non  
essent in quæ dissoluerentur. Atqui & omne huiusmodi  
semper fuit quale nunc est, semperque tale erit, nihilque  
est in quod mutari possit. Nam præter ipsum uniuersum  
nihil est, quod in id ingressum mutationem operetur.  
Enimvero istud quoque etiam in maiore compendio sta-  
tim à principio dixit. In primo item de natura ipsum o-  
mne est. Corpora namque ista ut sese habeant, sensus ipse  
testatur in omnibus, secundum quem necesse est incertitu-  
dinem cogitationum coniscere, quemadmodum antea dixi.  
Nisi enim esset quod inane & locum, & quæ iangi non  
potest naturam nominamus, nequaquam haberet ubi nam  
essent corpora, neque per quod mouerentur, que profecto  
moueri perspicuum est. At præter ista nihil neque cogi-  
tatione comprehendi potest, neque per modum compre-  
hensionis, neque secundum comprehensibilium proportio-  
nem. Quippe que per omnes naturas accipiuntur, neque  
ueluti horum cunctus accidentia ue dicuntur. Eadem fer-  
me in primo de natura, & in decimo quarto & quinto,  
atque in maiore compendio. Corpora alia quidem sunt

concretiones, alia uero ex quibus cōcretiones factae sunt.  
 At ista individua sunt & immutabilia, nisi omnia in id  
 quod non est, inter se transmutantur. Ceterum in dissolutione cō-  
 cretionum plena per naturam sustinere ualent, cum non  
 habeant quorsum, aut quo pacto solui possint. Itaque prin-  
 cipia necesse est individuas esse corporum naturas. Pre-  
 terea & omne istud infinitum est. Nam quod finitum est,  
 extremum habet. Extremum autem præter illud quip-  
 plu inspicitur. Itaque quod extremum non habet, nec fi-  
 nem quidem. Quod autem finitum non habet, infinitum  
 sit necesse est, non finitum. At qui & multitudine corpo-  
 rum, & uacui magnitudine omne istud infinitum est. si  
 enim esset infinitum uacuum & corpora finita, nusquam  
 manerent corpora, sed ferrentur per infinitum inane di-  
 spersa, cum non haberent quo se figerent atque colibarent.  
 Quod si uacuum finitum esset, non haberent infinita cor-  
 pora ubinam subsisteret. Ad hæc uero individua corpora  
 ac plena, ex quibus & concretiones fiunt, & in que dis-  
 solvuntur, incomprehensibilia sunt figurarum differen-  
 tiæ. Neque enim possibile est ex eisdem figuris comprehen-  
 sis, tot factas esse differentias, ac per unumquemque figura-  
 tionem simpliciter infinitæ sunt \* similes. Porro differen-  
 tiæ non simpliciter infinitæ, sed tantum incomprehensibiles  
 sunt. Neque enim, ait, interius in infinitū sectionē esse. Di-  
 cit autem quandoquidem qualitates inmutantur, si quis est  
 non etiā magnitudinibus simpliciter in immensum emissa-  
 rus sit, mouetur a seculo atomi. Ait enim interius & æquæ  
 celeritate motus illas agitari, cum uacuo similem motum  
 exhibet perpetue grauiſſime atque leuissime. Atque qui-  
 dē longe a se inuicem distantes. Aliæ uero agitationē ipsam  
 continent, cum fuerint complexione inclinate, sive ipsis  
 com

complexionibus sustentatæ fuerint. Nā uacui natura quæ illos singulos dirimit, hoc efficit: quādoquidem firmitatem sive affixionem facere ipsa non potest. Solidum uero quod illis inest per collisionem, agitationem facit quantum complexio illa ex collisione restitutionem ac instauratiouem dat. Horum autem initium non esse, cum atomi & inane causæ sint. Ait autem, intrinsecus neq; ulli circa atomos iucße qualitatem, præter figuram & magnitudinem & gravitatem: immutari autem colorē circa positionem atomorum in duodecim institutionib; ait, omnemq; magnitudinem circa illos uō esse, nunquā enim atomus sensu uisa est. Hac autem uox cum ista omnia memorantur, figuram idoneam submittit cogitationibus naturæ rerū. Mundus iten infiniti sunt, sive huic similes, sive qui dissimiles sunt. Atomū nāq; cū infinitæ sint, ut modo demonstratum est, etiā longissime frūtūr. Neq; enim cōsumuntur eiusce atomū, ex quibus fiat mundus, sive à quibus effectus sit, neq; in unū, neq; in infinitos, neq; in similibus, neq; in differentibus. Nihil igitur est quod huiusmodi mundorū infinitatē impediat. Imo & formæ similiū figurarum cum solidis sunt tenuitatibus longè & apparentibus distantes. Neq; enim eius receptiones in aëre fieri non possunt, neq; aptitudines per efficientiam concavorū atq; tenuium, neq; uapores consequentem positionem atq; incessum obseruantes, eam quam in solidioribus habeant. Eas autem formæ imagines uocamus. At qui motus qui per uicuum fit, nullo contraria incidentium occursu fit, omnem longitudinem comprehensibilem in incomprehensibili consumat tempore. Quippe tarditatis ac celeritatis incisio aduersa, nec aduersa similitudinem accipit, neque tamen simul secundum tempora quæ per rationem speculanur, iuxta id quod

quod agitur corpus ad loca plura penetrat. Nam cogitari non potest. Ethoc sensibili in tempore simul ac conuenierit, & ex quoniam infinito non ex quo complectur motum, locus recedens erit. Simile enim contrarie illi incisioni erit, etiam si tandem celeritatem motus non interfecunda relinquamus. Perutile est autem & hoc tenere clementum, uel si nihil aliud quam quod simulachra tenuitatibus summis utuntur. Vnde ies quae apparent palam relinquantur, uel quod celeritatem habeant incomparabilem, que quemvis meatum moderatum habet at in hoc, ne quid illorum infinitatem uel minimum interfecet, plurimas autem & infinitas continuo aliquid refringat. Ad haec uero quoniam imaginum generatio simul atque cogitatur contingit. Nam fluxus a corporibus eius qui sit in multa angustia, uotationi perspicuus non est hoc contrariana repletionem seruans diutius solidi positionem, ordinemque atomorum: ex si aliquando confunditur, celeresque in aere\* conuentus sunt, quod minime oporteat altius repletionem fieri. Sunt autem alij modi a quibus naturae huiusmodi gignantur. Nihil cuim horum contra sensus attestatur, si respiciat aliquis modum aliquem effectus, ut ab exterioribus ad nos conuenientiam referant, etiam si existimandum est cum aliquid extrinsecus subrepit, formas nos intueri atque cogitare. Neque enim profecto resignarent quae exteriora sunt, naturam suam, coloris scilicet atque formae, per aerem qui inter nos & illam mediis est, neque per radios aut qualescumque fluxus qui a nobis ad illa manarent. Ita velut si formis quibusdam a rebus ipsis ad nos penetrantibus, quae a coloribus formaeque similitudine non differant iuxta modum congruae magnitudinis, in acie\* idem aut mente celeri utentibus motu, deinde hac ex causa quod unum & perpetuum est fantasiam, & consensionem redens,

dens, à seruante subiecto, secundum eam que inde proficiuntur æqualem in altioribus affectionem in solido fictio nis atomorum & quam anno uel sensibus fantasiam irru entem acceperimus, seu formæ, seu accidentium, forma hæc est solidi, que fit iuxta subsequentem densitatem, seu ex imaginum comprehensione. Porro è quod opinamur mendacium semper ac falsum asseri, siue non refelli potest. Sin uero minus afferatur per immobilem nobis ipsis connexum imaginalem intuitum, perceptione præditum, per quam mendacium sit. Nam similitudo uisorum que ueluti in imagine decipiuntur, siue illa in somnis fiant, siue per alios

*Propositor.*

\* intuitus mentis, aut iudiciorum reliquorum, nequaquam in his essent que sunt, & uera appellantur, nisi essent aliqua, & hæc ad que iaculamur intuitum: falsum uero non esset, nisi accepissimus & aliud aliquem motum in nobis ipsis, coniunctum quidem, ceterum perceptione præditum. Secundum hunc autem coniunctum fantastico iactui, perceptionemq; habentem, si quidem non afferatur sine refella tur fieri ut mendacium sit: si autem afferatur, aut non refellatur, uerum. Et hæc igitur opera pretium est ut opinio fortiter teneat, ut neq; iudicia tollantur actionum, neq; falsum dum equaliter confirmatur cuncta perturbet. Atqui & auditus fit, dum flatus aliquis fertur, siue à uocante siue à sonante, siue à strepente, aut quodvis audiendi instrumentum inferente. Porro fluxus hic in æqualium partium tumores diffunditur, quandam adiuicē seruantes consensio nem, atq; unitatem propriam, ad id quod emisit atque ad sensum pertingentem, qui in illo ut plurimum facit. Si uero minus, uel quod extrinsecus est tantum manifestat. Nam absq; consensione aliqua inde adueniente nunquam proposito fieret huiusmodi\* sensus. Non igitur existimandum est

est aërem ipsum à procedente uoce formari, uel ab his quæ similis generis sunt. Multum enim ei decesset, si hoc ab illa pateretur, sed cum iustum qui sit in nobis, simul ac uocem misericordiam facere ex quibusdam tumoribus, qui uentosam efficiant fluxum, deinde nobis passionem audiendi insinuerit. Quin et hoc ipsum de odoratu sentiendum quod de auditu diximus. Nunquam enim ullam effici passio nem posse nisi sint tamores quidam, qui à re ipsa ad hunc mouendum sensum debita mensura ferrentur, dum partim quidam perturbati atq; alienati sunt, partim uero quieti & conuenientes. Atqui atomos existimandum est, nullam qualitatem eorum quæ uidentur admittere, præter figurā & grauitatem & magnitudinem, & que necessariò figuram contingunt: qualitas enim omnis immutatur, atomi uero nihil mutantur. Oportet enim semper in dissolutionibus concretionum aliquid solidum atq; insolubile subsistere, quod mutationes in id quod non est non faciat, neq; ex eo quod non est, sed secundum transmutationes ex plurimis, quorundam uero accessus etiam ac<sup>r</sup>ecessus. Quo circa ne-<sup>kipidat</sup> esse est, ut ea quæ non transmutantur incorruptibilia sint, & ab eius quæ mutat natura prorsus aliena, uerū tumoribus habere ac formationes suas. Hoc enim subsistere necessarium est. Nam in his quæ apud nos transformantur, secundum<sup>\*</sup> ablationem figura accipitur subsistens. Enim<sup>\*wicquid</sup> qualitates enim in eo quod mutatur insitæ non sint, non secus atq; illæ relinquuntur ex corpore toto pereuntes. Abundè igitur possunt ista quæ relinquuntur efficere concretionum differentias. Quandoquidem aliqua necessitate relinquantur, atq; in id quod non est defluant. Sed ne semper omnem quidem in atomis magnitudinem esse putandum est, ne ea quæ apparent reluctantur. Ceterum mu-

tationes quasdam esse magnitudinum existimandum, præstat id quippe. Hoc autem si adsit, & quæ secundum passiones, & que secundum sensus sunt, reddentur. Omnis autem subsistens magnitudo neq; utilis est ad qualitatum differentias. Nam & ad nos uenient hand dubie uisibiles atc. Quod cum sit, minime cernitur, neq; quo pacto fiat uisibilis atomus, agnoscere possumus. Ad hæc putandum non est in corpore finito tumores infinitos esse, neq; qualescunq;. Itaq; non eam modo sectionem quæ infinitum patet ad id quod minus est tollere oportet, ne omnia infirma faciamus, cogamurq; complexionibus \* repentinorum ea quæ sunt, in id quod non est, terendo consumere: uerum ne transmutationem quidem in his quæ finiti sunt in infinitum, neq; in minus fieri existimandum. Neq; enim ubi semel quipiam dixerit tumores in plerisq; infinitos esse, quales etiam sint intelligere potest. quinam uero istud, quo modo finita sit ista magnitudo? Quales enim quidem sunt constat. Nam tumores illi infiniti sunt, & hi ex quibus qualescunq; hi fuerint, infinita prosectorum est etiam magnitudo extremitatemq; finitam habentes perceptibilem, nisi & per seipsum inspicendum est, ne & quod deinceps sequitur, huiusmodi intelligamus, atq; ita per consequens in anteriora tendendo in infinitum contingat cogitatione procedere. Minimum autem illud quod in sensu est considerandum est, ut neq; sit huiusmodi cuiusmodi id quod habet transmutationes, neq; tamen omnino dissimile, sed habeat commune cum transmutationibus aliquid. Ceterum perceptione partium careat, sed cum propter communis illius similitudinem aliquid ipsius non percepisse arbitramur, partim ad hæc, partim ad illa, & qualitatem nobis oportet occurtere, ex quaista conspicimus à primo inchoantes,

tes, non in eodem, neq; in partibus partium, sed in proprietate sua metiendo magnitudines, quæ maiores sunt magis, & quæ minores minus hac proportione arbitrandum, quod in atomo minimum est uti. Constat enim differre illud paritate ab eo quod secundum sensus aspicitur, eadem uero proportione uti. Namq; & quam magnitudinem habet atomus, secundum hanc proportionem prædicauit paululum solam excludendo longitudinem præter ea minimos atq; non mixtos fines esse putandum est, longitudinum dimensionem, & ex ipsis primis maioribus ac minoribus parando rationis speculatione, in his que sunt inuisibilia. Nam commune illud quod eis iuest ad inmutabilia sufficit, quod hactenus est perficere. Collationem autem ex his que motum habent fieri possibile nou est. Nam & infiniti quod supremū aut infimum sit prædicandū non est supra uel infra esse. Nam quod supra caput fit undecunq; stemus, ducerē in infinitū, nunquā nobis isthuc apparere. Ita & quod infra id quod intellectum est, & aqua ratione euadere in infinitum, supra esse atq; infra iuxta idem. Hac enim intelligi possibile non est. Itaq; licet unam accipere superiorē intelligibile loci mutationē in infinitum, unamq; inferiorē & similes ad superiorum pedes, id quod à nobis fertur ad ea quæ supra caput nostrum sunt loca pertingat, aut ad inferiorum caput quod à nobis fertur inferius. Namq; motus uniuersus nihilominus utriq; oppositus in infinitū intelligi tur. Verum enim uero & aqua celeritate atomos esse necesse est, cum per inane inueniuntur nullo reluctante. Neque enim graui a paruis, ac leuis celerius ferrentur, quandoquidem nihil occurrit eis, neq; itidē parua magnis, cum motum omnia habeant commensum, ubi ne illis quidē aliquid obliuctatur, neq; supernus neque obliquus per collusiones

motus, nec; inferior per propria pōdēra. In quantum enim  
utraq; continent, in tantum una cum intellectu habebit mo-  
tum, quod aut extrinsecus, aut ex pondere proprio relucet  
tur aduersus s̄erieutis uim. Sed eūnū ex per concretiones  
alterā celerius quām alterā dicetur, quādo atomorū equa  
celeritas sit atq; in unū ferātur locū atomi que in\* conuēti  
bus sunt, & cōtra minima perpetuō, nīs in unū secundum  
tēpora que ratione cernuntur, sed frequenter oblucentur  
donec sub sensu motus assiduitas fiat. Quod enim de inni-  
sibili opiniamur, quōd uimirum tēpora que ratione cernun-  
tur perpetuū motum habitura sint, in huīsmodi uerū non  
est. Nam omne, quod cernitur, aut animo per intuitum per-  
cipitur, uerum est. Post hēc disficiendū est, ad sensus passio-  
nesq; referendo. Ita enim erit firmissima probatio, quod a-

\*ab genere, qd nimis sit corpus tenuibus partibus per totam\* cōgregatio-  
max ceterū uerū nem serminatū. Ceterū spiritui similium caloriquoddā tem-  
peramentū habenti, atq; huic alicubi simile alicubi illi. Est  
autem pars que multā accepit immutationē exilitate per-  
tiū atq; horum ipsorum. Consentit autē huic magis ex reli-  
quo cōtui. At istud omne constat uiires esse animū, & per-  
turbationes, agilitatesq; motus & cogitationes, & cete-  
ra quibus priuati morimur. Enim uero ex id oportet te-  
nere quōd habeat anima sensus plurimam causam. Non ta-  
men istam accepisset, nisi à conuentu reliquo roboretur.  
Porro reliquias cōuentus cū hanc parauerit causam, & ipse  
huīsmodi casus ab illa particeps fit, nou tamē omiuū que  
illa possidet, idcirco discedēte anima sensu caret. Nec; enim  
ipsum in seipso possidebat haec uim, sed alteri quōd uia cū  
eo factum fuerat: parabat per consummatam circa se uirtu-  
tem, secundum uertiginē, sibi ipsi continuo sensibile inciden-  
tiā perficiēs, & illi per communē fluxū, atq; cōensem, ut  
dixi, reddebat. Idcirco igitur & insita anūna nunquā alia

aliqua parte discedēte, privato sensuum fieret, sed cūm illa una pari periret soluto eo quod sustinebat, sine toto sine etiam parte aliqua. siquidē sensus animæ in uigore persisteret. Porro conuentus reliquus permanens, & totus, & per partes, non habet sensum illo abseedēte, quā talibet sit que se intēdat atonorū multitudo in anime naturā, uerū enim & soluto conuentu toto dispergitur anima, neque iam easdem uires habet neq; mouetur. Itaq; ne sensum quidem habet. Neq; enim intelligi potest hoc ipsum quod sentitur, nisi in conuentu isto his motibus utatur quando ea quæ roborāt, & quæ continent huīusmodi non sint in quibus nunc existens tales motus habet. At qui ex hoc in alijs dicit, & ex levissimis atomis atq; rotundissimā illam esse compositā, multum ab illis differentibus quæ igneæ sunt, pars tamen eius quæ ratione caret corpori quoq; reliquo conexa est. Rationalē autem partē in pectore sedē habere, ut ex nectu & gaudio manifestum est. Somnū fieri cūm partes animæ quæ per omnē concretionē disseminatæ sunt, aut cōtinentur, aut evacuantur, deinde poris incident. Semē præterea ex omnibus corporis partibus ferri intelligendū est. Dicitemū per plurimā nonūis familiaritatē in eo quod per se intelligit. Incorporeū autem per se intelligere non possumus præter vacuum. Porro uacuū neq; facere aliquid neq; pati potest, sed motū tantum per se corporibus prebet. Itaq; qui incorporeā dicunt esse animam, desipiunt. Nihil enim aut facere posset aut pati, si esset huīusmodi. At nunc enīlēter hec ultraq; in anima esse casus manifestant. Has igitur de animæ rationcinationes, si quis ad perturbationes sensuīq; refert, memoria teneat quæ principio diximus, satis intelligit ea quæ locis cōprehensa sunt in id quod particulare est ex his firmiter ac diligenter exposita. Vtrū enim uero & figure

& colorcs & magnitudines & pondera, & alia que de corpore prædicatur, ut que p scipsa tendat, siue ad omnia, seu ad uisibilia, & ea que per sensum cognita, neq; per scipsas naturas esse opinandū. Non enim possibile est id sci re, neq; omnino ut non sunt, ut neq; alia que insunt hinc incorporea, neq; ut huius particulae, sed ut corpus totum, quod uniuersaliter quidē horum omniū que sua sunt natu ram sempiternam habeat, possibile non est esse si simul fera tur. Sicuti cū ex ipsis tumoribus maior cōstiterit cōuentus, siue primorum, siue uniuersi magnitudinū, aliquo autem nū norū, sed, ut dixi, ex his omnibus perpetuā habens suā natu rā. Atq; intuitus quidē priorcs habet hæc omnia & per ceptiones. Cæterū consequente multitudine subita, & nus quā scissionē admittēte, sed iuxta subitā\* agnitionem corpo ris prædicamentū percipiēte. Quin & corporibus cōtigit sepe ut eas equatur, & quod sempiternum non est, neq; in invisibilibus neq; in corporeis. Unde secundum motū pluri mū hoc nonū utente, manifestē colligimus casus neq; uniuersi habere naturā, quā assumentes secundum repentinū corpus appellamus, neq; item cōsequentium sempiternorū, sine quibus corpus cogitare non potest, per intuitus autem quosdam, sub sequente repētino singula appellarentur. Cæ terum quandocumq; contingentia singula inspiciuntur, non sempiternis casibus subsequentibus, neq; hæc aetio expel lenda ex eo quod est quia naturam non habet uniuersi cui contingit, quod profectò etiā corpus appellamus, neq; item sempiternorum subsequentiū, neq; rursus per se existimandum. Neq; enim hoc, uel in his uel in sempiternis contingentibus intelligendum, sed id quod etiam apparet casus omnes corpora existimādum, etiam si non sempiterne sub sequantur, neque per se rursus naturæ ordinem habeant.

Cat

Ceterum quēadmodum sensus ipse proprietatem facit, conspiciuntur. Sed enim & hoc uchementer considerare opus est. Namq; tempus minimē querendum est, sicut & reliqua quae in subiecto querimus, referentes ad eas quae ad nos ipsos inspiciuntur anticipatores, sed ipsam euidentiam per quam tempus aut multum aut pusillum uocamus, hoc familiari quadam propinquitate circumfrentes reputandum, neq; locutiones uelut meliores persequendum, sed his quae sunt ad manus in ea re utendum. Neq; aliud aliquid per se ipsum prædicandum, quasi eadem quā proprietas hæc substantiam habeat. Quod quidem faciunt quidam, sed solūm quo proprietatem cennetimur, hoc etiam submetimur animaduertendum. Nam hoc demonstratione non indiget, sed animaduersione. Nam diebus ac noctibus horumq; partibus conneūtius. Similiter & perturbationibus ac tranquillitate & motibus & statibus propriam aliquen præterea casum. Rursus hoc ipsum cogitantes secundum quod tempus nominamus. Ait autem & in secundo de naturali libro & in magna epitome, atq; in his quae prædiximus, Mundos & omnem finitam concretionem similiem his quae inspiciuntur speciem frequenter habentem existimandum ex infinito horum omnium prodisse, ex conuersionibus proprijs, discretis, maioribus, atq; minoribus. rursumq; dissolui omnia, celevius alia, alia tardius, cum alia hoc ab ipsis patientur. Constat igitur & mundos illum dixisse interire, quum partes mutantur, & in alijs quod terra aëri superuehatuer, præterea & mundos neq; ex necessitate arbitrari oportet unā habere figuram, imò & differentes eos in duodecimo de mundo esse ait. Alios namq; sphæræ, alios qui præferre speciem, aliosq; aliam itidem formam, non tamen quamvis formam admittere neq; animantes esse ab infinito discretas.

Neq; enim probaret quispiam, quod in eo qui sit huiusmodi  
 comprehensa non sint efficientia semina, ex quibus et animalia et arbores et cetera que conspicuntur, constant.  
 In huiusmodi uero non potuisset. Eadem autem ratione  
 etiam innitriri cum terra existimandum. Sed et naturam  
 quoq; opinandum est plurima et uaria ex rebus eisdem edo-  
 Etiam fuisse, atq; coacta. Potrò rationem que ab ea credi-  
 ta fuissent, ea postea diligentius explicuisse atq; a dinuensi-  
 se. Præterea in quibusdam celerius, in alijs tardius, et qui-  
 busdam evolutionibus atq; temporibus ab his que ex infi-  
 nito, in quibusdam uero secundum minores. Quocirca et  
 nomina ab initio non positione facta, sed ipsa hominum in-  
 genia per singulas nationes proprijs affectis perturbatio-  
 nibus, ac propria percipientes uisa, propriæ aërem emitte-  
 re immutatum à perturbationibus singulis ac uisis, ut esset  
 unaquæq; etiam gentium per loca differentia. Tandem uer-  
 o communiter per gètes singulas fuisse imposita propria,  
 ut significaciones minus ambiguæ fierent ad inuicem, brevi-  
 usq; significarent, quasdam insuper res etiam que non con-  
 spiciantur inferendo, ut eos qui essent consilij monerent in  
 sonos quosdam erumpere coactos, illos uero ratione dace-  
 plurimis ex causis ita interpretatos esse. Enim uero in me-  
 teoris motum et conversionem ac defectum, ortumq; et  
 occasum et his similia, neq; ministerio cuiusquam facta  
 existimandum est. Verum illius ordinatione et imperio qui  
 omnem simul beatitudinem et immortalitatem habeat. Neq;  
 enim beatitati conueniunt negotia, et curæ, et ire aut gra-  
 tie, sed infirmitate ac timore et indigentia proximorum  
 ista sunt. Neq; rursus cion ignis simul sit conuersus in se  
 que beatitudinem possident, secundum uoluntatem hos mo-  
 tis accipere, verum omnem seruare decentiam per omnia  
 nominis

nomina quæ in huiusmodi seruntur notionibus, si neq; contraria honesto ex his opinioneſ fiant. Alioquin maximam in animalibus perturbationem huiusmodi contrarietas faciet. Quocirca et eae quæ ab initio sunt huiusmodi conuersionum perceptiones in mundi generatione oportet opinari, necessitatēq; hauc et ambitum perfici. Atqui enim causam eorum quæ sunt maximiè propria diligenter expōnere, Phisiologie opus esse putandum est, beatitudinemq; in ſcientia de cœleſtibus rebus buc cecidiſſe, et in eo quod naturæ quædam ſunt quæ inspectæ ſecundū huiusmodi meteora et quæ his affinia ſunt, ad huius rei exactam diligentiā conferūt, preterea non in huiusmodi ipsum multipliciter eſſe, ac ipsum ſe circa illa pro viribus et ſecuris quomodo libet habere, ſed ſimpliſter uō eſſe in incorruptibili, ac beata natura eorum quæ diſcretiō nem ſuggerunt, aut perturbationem illam, hoc autem mente comprehendere ſimpliſter eſſe. Porrò quod in notitia cadit de occaſu et oratione, et de conuertione ac deficitu, et quæ bis ſimilia ſunt, nihil amplius ad beatitudinē ſciētiae conferre, ſed ſimiliter habere metu eos qui iſta conſiderant, quenam uero naturæ ſint, neſciunt, et quenam caſſe uel maximē ratæ, et niſi iſta diſſicilia nouiſſent fortasse plurimi, cum timor ex conſideratione horum ſolutione capere nequeat, ac diſpositionem eorum quæ ſunt maximiè propria. Idcirco et plures iauenimus cauas conuersionum, et occaſus, et ortus, deficitus, et huiusmodi, ſicut et in hiſ quæ particulatiui fiuit. Aut existimandum non eſt horum uſum diligentiam non accepisse, quanta poſſit ad tranquillitatē noſtran beatitudinemq; conſerre. Itaq; quaſi per transiū intuentes quoties apud nos ſimilitudo ſit, de ratione cœleſtium omniſq; incerti diſſerendum eſt, eos aſternando, qui id quidem ſciunt, quod uno modo

modo se habet aut fit, neq; quod multis contingat modis, imaginationemq; ex recessibus reddunt, ignorant preterea quænam sunt quæ perturbationem non ingerant. Sitamen arbitramur eo modo susceptum id fieri posse, et in quibus similiter perturbatione uacamus, ipsum quod multis fiat modis non ignorantes, quemadmodum si quod ita se habeat nouerimus, perturbatione carebimus. Ad hæc omnia illud omnino oportet intelligere, quod perturbatione humanis animis propriè omnino sit in eo quod hæc et beatæ opinarentur, et incorruptibilia, et contrarias his uoluntates simul habeant, et actiones, et causas, et in futura vita dirum quippiam secundam fabulas et expectent, et suspicentur, siue hanc priuationem sensus que in morte est metuant, quasi post mortem aliquid sit, et ipsi in eo quod non opinionibus ista patientur, uerum ratione et commendatione quadam. Vnde cum non diffiniant malum aquam siue etiam maiorem perturbationem capere, quasi hæc opinarentur tantum. Porro huiusmodi perturbationis uacatio, est his omnibus euadere liberum et absolutum, perpetuaque omnium, et eorum que sunt planè propria seruare memoriā. Quocirca omnibus utendum est presentibus, in commune quidem ut communibus, priuatim uero ut priuatis, ac presenti omni per singula iudicia euidentia. Si enim hisce intenderimus, id unde perturbatio metusque fiebat exclusionis, habita recta ratione, atque soluimus de quæque cœlestibus ac reliquis que semper incident, quæque summe terrent reliquos causas afferemus. Ista tibi Herodote de natura omnium summatis per strinximus. Que tu si diligenter pro uitribus tenere studueris, arbitror te et si non ad omnia semper per partes diligenter explicata sufficient, incomparabilem tamen ex eis firmatatem atque constantiam aduersus homines ceter

ceteros percepturum. Nam te ex teipso promouebis plurimum ad ea etiam quae in toto de natura opere sunt dicta per partes exponenda. Atq; hec ipsa mandata memorie perpetuo emolumento erunt. Sunt enim huiusmodi, ut hi etiam qui iam particularia satis, aut etiam perfectè digestae sunt, qd huiusc tam en intuitus plurimos haberent, plurimum iuuari ex his possint in his quae de tota natura disseruntur. Quae autem non penitus cadunt in ea quae conficiuntur, ex his sunt aut secundū cum morē qui caret inuidia, simul atq; intelligitur ambitus corū quae sunt in primis rata ad tranquillitatem animi faciunt. Et ista quidem de naturalibus eius epistola. Sequitur de meteoris in hec uerba:

E P I C V R V S P Y T H O C L I S.

R E D D I D I T mihi Cleon abs te epistolam, in qua nos souere atq; diligere persistis, dignè pro nostro in testudo neq; ignauiter earum ratiocinationū meminisse niteris quae ad beatam uitam contēdunt. Precauis ut tibi de meteoris brevē mittā facileq; tractatū, quo facilius admonearīs. Ea enim quae in alijs scripsimus difficillimè teneri memoria quamvis ea, ut aīs, quis cōtinue circumfrat. Nos autem perlibēter preces admisiūs tuas, magnaq; de te et iucūda spē fruimur. Cum igitur cetera iam absoluēmus omnia, agimus quae postulasti, plurimis & alijs emolumento futura inuenta hec, & his maxime qui rudes adhuc germanam summamq; nuper naturae rationē degustarunt, his item qui aliquibus disciplinarium liberalium sunt grauioribus curis impliciti. Ea igitur rite percipe, mandataq; memorie tecum acriter acuteq; uolue, cum ceteris quae in breui epitome ad Herodotum nūsimus. Primum igitur nullum alium aliquem finem ex cœlestium corporum scientia siue per connexiōnem, siue absolute dicantur putandum est quam perturbationis.

tionis uacationē, ac probationē certam, sicut et in reliquis, neq; quod sit impossibile ui aggredi, neq; speculationem habere similem, aut his libris quos de uitis scripsimus, aut de his quos de alijs naturalium quæstionū purgationibus,

<sup>paraphr.</sup> ta quodd onine corpus\* in palpabile natura sit, quod in diuisi bilia clementia, et omnia huīusmodi, aut quæ unicā hīs quæ uidentur concordiam habent, quod in meteoris non procedit. Verū ista quidem multiplicem habent generis causam

<sup>alijs, nouissimis</sup> et substantiae prædicamentum sensibus consentiētem. Neg; enim secundum proloquiorum<sup>\*</sup> uanitatem legisq; sanctiōnem de natura differendum, sed sicut ea que uidentur hor tantur. Non enim iam uita nostra aut stultitia, aut gloria uanitate opus habet, sed solum tranquilla ac secura uita. Omnia quidem immobili ac stabili ratione fiunt per omnia, ex his duntaxat, que multiplici modo his que apparent concorditer incident, cùm quis quod probabilit̄ de his dicatur congruenter omiserit. Cùm uero quissimam hoc quidē omittit, hoc autem eisicit, quod & quē ei quod uidetur consono num est, cum profēctō constat omni naturae excidisse ratio ne, atq; ad fabulas esse devolutum. Signa uero quædam eorum que in supernis consumantur, ferre quædam ex his que nobis apparent, et que inspectiuntur aut sunt, non ea que in supernis apparent. Hæc enim multis modis fieri pos sunt, unum quodq; tamen uisum obseruandum est, atq; in ea que illi coiunguntur dividendum, quandoquidem illis non reclamatur, quin s̄ a penumero absoluantur ab ihs rebus que apud nos sunt plurimis modis perfici, ut ea que sunt apud nos. Mundus est cœli quædam continentia, stellas et terram et que uidentur omnia continens, absissionemq; ex infinito habens, atq; in finem desinens, siue rarum siue densum, quo soluto que in illo sunt omnia confusione accipient,

pient, & desineus aut in eo quod circumagit, aut quod instantiambabet, et rotundam aut triangularē aut quancunq; circumscriptionem, omnibus enim modis fieri potest, quando eorum quae uidentur nihil obſtitit mundo huic, in quo finem comprehendere nequimus. Quod autem & huī ſimiliter mundi ſiuit infiniti multitudine, colligi potest, & quoniam talis fieri mundus potest in mundo & intermundio <sup>\*rūtātē pūrū.</sup> quod interuallum dicimus inter mundos, in loco uacui pleno, & non in magno puro & uacuo, quemadmodum aiunt, quedam idoneorum quorundam ſeminum, que ab unomundo ſive intermundo fluxerunt, ſive etiani à pluribus ſenſim, quae auctiones & compositiones faciunt in locum alium ſi ſic contigerit, & irrorationes ex his quae oportune ea ſuggerunt, quoad conſumantur accipientq; constantiam, quantum ſubiecta fundamenta <sup>\*n̄p̄aſk̄ d̄r.</sup> ſubiectionis efficere poſſint. Non enī coaccruationem fieri oportet ſolum, neq; uertiginem in eo uacuo in quo fieri eft poſſibile mundum ſecundum quod ex neceſſitate putatur, augeriq; tandiū quoad alterum offendat, ut ait quifpiam ex his qui Physici uocantur. Hoc enī his quae uidentur repugnare eft. Sol item & luna & ſydera cetera ſeorsum facta, poſtea à mundo comprehenſa ſunt, & quae prætere aſeruantur, continuo efficta ſunt, atq; incrementum ceperunt. Par i ratione & terra & mare per comparationes & uertiges quarundam tenuitate partium, constantium naturarum ſive ſpiritualium ſive ignis præferentium ſpeciem, ſive utrunq; ſimil. Hæc enī ita ſuggerit ſensus. Porro ſolis ceterorumq; ſyderum magnitudo, quantum ipſi iudicamus, ea eft quae uideatur. Hac autem in undecimo de natura. Nam ſi, inquit, magnitudinem interualliratione amififfet, longe proſecto magis colorē. Alia uanq; huic rationabilior diſtant

stantia nulla. Cæterum secundum id quod per ipsum est, siue maior sit quam videatur, siue paulo minor, siue tantus simul. Ita enim et apud nos lumina que ex interuallo cernuntur, per sensum conspicuntur. omnis autem in hanc partem instantia soluetur facile, si quis rebus certis intendat, quod in libris de natura monstrauimus, ortus et occasibus solis ac lunæ syderumque cæterorum, et per incensionem et extinctionem fieri posse, cum talis sit circumstantia etiam per alia loca, ut ea que prediximus perficiantur. Nihil enim eorum que evidenter obluctatur per evidentiam quoque super terra, et rursum per adiectionem quod prediximus confici posse. Neque enim refragatur aliquid eorum que cernuntur. ipsorum quoque motus non quidem fieri impossibile secundum uertiginem totius cæli, siue secundum ipsum quidem statum, horum uertiginem iuxta eam que ab initio in generatione mundi genita est in orbu necessitatem, deinde calore per quandam ignis distributionem semper ad interiora loca tendentis, conuersiones solis ac lunæ fieri quidem possibile per obliquum cæli, ita temporum necessitate coacti. Similiter et secundum aeris obſistentiam, siue etiam materiæ aptæ que semper adiaceat atque inflammetur. Partim uero deserentis, siue etiam ab initio uertigo huiusmodi ipsis sit distributa syderibus ut in gyrum mouantur. Cuncta enim huiusmodi atque his similia in nullo evidentiae ratione dissentient, si quis semper in huiusmodi partibus possibili adhaerens horum singula ad eorum que evidenter consonantiam possit adducere, nihil metuens seruandum, uiles Astrologorum artes, euacuationesque lunæ, ac rursus impletiones, euersionemque huius corporis. Fieri enim profectò possent itidem et figuraciones aeris. Atque et quae secundum appositiones et omnes alios modos, per quos et

ea quæ apud nos apparent reuocantur ad huiusmodi spe-  
cie reddendā, nisi fortè quis unico illo modo contētus, reli-  
quos nequicquam repudiet. Neq; speculatiū possibilē est  
aliquid homini aspicere, & aliquid impossibile, atq; ideo  
impossibilia inspicere cupiens. Præterea possibile est lunā  
ex seipso habere lumen, possibile item & à sole mutuari.  
Etenim apud nos pleraq; cernuntur, quæ plura ex seipso  
habent, plura itē ab alijs, nihilq; impedit eorū que in ec-  
lestibus uidentur, si quis multiplicis modi semper memo-  
riā habeat, cōsequētesq; ipsis unā suppositionem, & cau-  
sus simul accipiat, neq; aspiciens in ea que nō cōsequun-  
tur, hoc ipsum defluere alias aliter in illū unicū modum.  
Porrò faciei \* manifestatio fieri quidem in ipsis potest & <sup>\*apparet.</sup>  
per immutationes partī, et per cumulatā adiectionē, mo-  
disq; omnibus meteoris huiusmodi uestigare nequicquam  
adnūtendū est. Si enim aliquibus repugnare cūdētijs con-  
tingat nunquā uera tranquillitate poterimus frui. Solis ac  
lunæ defectus potest etiānū fieri & per extictionē, quē  
admodum & apud nos pleraq; fieri uidentur. Iamq; per  
interpositionē quorundam aliorū, aut terræ, aut cœli, aut  
cuiuslibet alterius eiusmodi, sicutq; proprios adinuicem mo-  
dos cōspiciendū, & quod coniunctas fieri cōcretiones im-  
possibile non est. Porrò in x 11. de naturali libro dicit, ob-  
umbrāte luna solē deficere, lunā uero, terræ umbra se op-  
ponēte, uerū secundū recessum. Hoc et Epicurus Dioge-  
nes in primo electarū opinionum tradit. Præterea circui-  
tionis ordo sic accipiatur, sicuti & quædā apud nos fuit,  
diuinaq; ad hæc natura nusquam admoueatur, immunis à  
ministerio in omni sua beatitate seruetur. Sin nūnus autē,  
hoc fiat, omnis de ecclēstibus inanis erit cōtradictio, sicuti  
iam quibusdā fuit, qui non modū attigere possibilem, uerū

in unitate deciderunt, dum uno tantum modo arbitrantur haec fieri, aliosque omnes possibles excludunt, quique ad id quod intelligi nequeat, et ad ea que apparetur ferantur. Quae uero signa suscipere oportet, cum non possumus pronunciare, ualere sinamus, quae noctium ac dierum prolixitates immutant, praeter id quod solis motus celeres sunt, rursumque tardiores super terram pro locorum longitudine intuiuntur, et loca quedam celerius peragunt, et tardius, sicuti et apud nos quedam conspicuntur, quibus consonantia de meteoris dicendum. Qui autem unum assumentes his quae apparent reluctantur eo etiam exciderunt, quod inspicere homini possibile est. Namque significaciones fieri possunt etiam per collationes temporum, sicuti et in his quae apud nos uidetur animantibus, et in alijs, sicut aeris et mutationis. Haec enim utraq; his quae uidentur non repugnant. Qualitatibus praeterea, si ab hoc aut ab illo fit causa. Nec coniunctio licet quae fieri atque constare possunt concre-  
tiones aeris, impressiones uentorum, atque implicationes \* se-  
minalia tenetum atomorum, et eorum quae ad hoc agendum idonea sunt fluxuumque ex terra aquisque collectionem, atque modis alijs plurimis huiusmodi constantias fieri impossibile non est. Iam uero in his partim se collidentibus, partim uero mutantibus, aquas perfici, et uentos ite per relationem ex locis idoneis, dum per aerem mouentur. Vbi inundatio uehemtior ex quibusdam ad huiusmodi immisiones idoneis conuentibus facta fuerit, tonitus fieri posse, ac per spiritus in coecis nubium evolutionem sicut in uasis contingit. Atque ex igne inspiratio sonitu in ipsis fieri, et fractiones nubium atque dissidentias ac confricationes, atque ordines que concretiunculae glaciei instar accepertint. Et in totum ad hanc partem, ut multis modis fieri dicere possumus quae uidetur inducunt.

Cor

Coruscationes itē caddē ratione modis plurimis fieri. Nam per confricationē collisionēq; nubiū, figurā illā ignis effētricem elabentē, coruscationē gignere statumq; ex nubibus taliū corporū que hūc splendorē efficiat, & per pressurā aut collisionē nubiū sit, siue ab se inuicē, siue à uentis, & per cōplexionem ea quae à syderibus manat se inserēt luce, siue à motu nubiū uentorumq; cōpulsa, & per nubes decidente, siue per collationē tenuissimū nubiū luminis, aut ex igne coactas nubes efficere tonitrus, & per huius motum, & per ignis \* evaporationē que fiat per constantiā \* latitudinē motus, uolubilitatisq; uehemētiā. Fractiones quoq; nubiū à uentis casum esse efficientiū ignis atomorū, coruscationisq; speciē per agentiū. Alijs itē modis pluribus facile erit inspicere ei qui & quae apparēt teneat, hisq; similia que at conspicari. Præcedit autē coruscatio tonitrū in huiusmodi circumstantiā nubiū, & quod simul atq; flatus irruerit, enītatur figura coruscationis efficiēs. Postmodū uero spiritus inuolutus huiusmodi reddat sonitū, & per utrorūq; incidentiā coruscatio maiore ad nos celeritate uertitur. Postremo autē uenire tonitrū, sicuti in quibusdam quae ex intermalle inspiciuntur iētusq; quosdam efficiunt. Fulmina fieri possunt per multos uentorum cōuentus, & cōuolutiones, ualidāq; evaporationē, & fractionē partis, eiusq; uehemētiorem ad inferiora loca lapsū, fragore illo contingente quod cōsequētia loca densiora sunt, ob implicitas nubes, per hunc item ignis inuolui lapsū sicuti fieri possibile est. Tonitrū quoq; cum ignis amplior fuerit inspiratus qui uehementius prorumpit nubem, quod in anteriora cēdere nequeat, iccireo quod huiusmodi cōcretio fiat, plurimū quidem ad excelsū aliquē mōtem ubi maximē fulmina cadūt adiuicē semper. & alijs itē modis plurimis fulmina fieri

possunt, modo lōgē absit fabula. Aberit autē si quis rite ea que apparent sequens, de his que sunt occultiora ad eam, normam iudicarit. Presteres quoq; et per positionē nubis ad inferiora loca, aliena specie, à repentino flatu impulse fieri consentaneū est, et per flatū qui una et feratur uehemēs, et nubem ad proxima impellat loca exterior flatus. Præterea et per circumstantiā spiritus, cùm in circulū aér quidā superne cōpellitur, uehemensq; uentorū collisio sit, neq; ualeat in transuersa diffluere, propter eam que circūfunditur aëris densitatē, atq; ad terrā quidē usq;, presteret descendente strobili fiunt, ut generatio secundū motū spiritus fiat. Porrò usq; ad mare ueertigines fiunt. Terræ motus autē et cùm se in terrā recipit uetus, fieri possunt, et cū hac paruis rumoribus, perpetuoq; motu se obiicit, quādū agitari p. do \* agitationē terræ parat spiritus ille, aut exteriore ex parte cōpletitur; dum in fundamenta ruit, aut in abstrusa speluncæ in morem terræ loca densatus à uentis aér. Propter hanc autē distributionē motus ex lapsibus fundamētorū plurimorū, itemq; reditionē ubi cōdensationibus uehemētioribus terræ obuiarit, terræ motus perfici possibile est. Et alijs itē modis pluribus has terræ agitationes fieri. Porrò uentos in tempore fieri contingit, cùm semper fiat, sensumq; subrepat alienatio quedam, et per collectionē aquæ copiose. Venti autem reliqui fiunt, ut cùm pauci in cōcaua irruerint multa, horū dum diuīsio sit. Grando perficitur et per concretionē uehementiorem. Undiq; autem uentos orū circumstantiā quorundam, ac partitionē et moderationem, quorundam pariter aquæ præferentium spēciam, eruptionem simul atq; cōpulsionem ipsorū faciente, ac disruptionem ad id constare quod secundum partes cōcretas fit, et secundum \* soliditatem. Verū etiam circum-

ferenti

ferentiam fieri impossibile non est, extremis undique conuentibus, & inconstantia omni ex parte ut dictum est partes, & plane, siue aquosis quibusdam seu uentosiss circumstantibus. Niuei autem perfici credibile est, & cum aqua tenuis ex nubibus funditur uarijs cōmissionis, & pressuræ ex nubibus idoneis & ex seminis monumento. Deinde dum fertur hoc concretionē accipiente, propter uehementiorem quandam in locis inferioribus nubium cōgelationis circumstantiā, & per concretionē huiusmodi \* lenem habens in nubibus raritatem, enūsio hæc nubibus fit, dum se inuicem collidunt que aquæ specie preferunt, & que his una adiacent, que dum ueluti cōpulsionem faciunt, grandinem reddunt exprimuntq; quod maximè in aëre fit, & per huiusmodi collisionem nubium, que coagimentū accepterunt, fit ut de siliat niuis ista cōgerics: & alijs item modis nix confici potest. Ros autē efficitur & per conuentū admixtē ex aëre talium que sint huiusc humoris causæ ac effectus. Sed enim & per loci mutationē, aut ex humentibus locis, aut aquas habentibus maximè perficitur ros. Deinde cum hæc inter se conuenere, humiditatemq; peregerūt, motum rursus ad inferiora loca, quæ admodum fieri & apud nos pleraq; huiusmodi cernimus, ubi humores frigidū concretionē quandam sue qualitatis accepterunt, ob circumstantē frigidū aërem efficitur glacies, & per detractionem quidem globosæ formæ ac rotundæ ex aqua, cōpulsionemq; scalenorum, & acutorū angulorum, qui in aqua sunt, & per eam que extrinsecus fit talium collisionē, que cōpulsa ut aqua in concretionem transiret efficerunt, detritis rotundorum quantitatibus. Iris fit dum sol aquosum aëra sua luce perstringit, siue per aëris propriam naturā, que lucis & aëris propria est, ex qua colorum huius propriet

prietates sunt, siue omnes, siue unico modo. Ex qua iterum effulgente propinquiora, queque aeris cum percepit color, rem quo partes haec circumferentiae fulgere conspicimus. Fit autem huiusmodi uisam quod aequaliter omni ex parte interuum luminis pateat, siue quod cum talem compulsionem recipiat sectiones que uel in aere uel in nubibus sunt, et ex eodem aere se ingerente dum ad lunam referuntur atomi, circumferentia quedam in hanc concretionem demittatur. Area circa lunam fit, dum ex omni parte aer ad lunam refertur, deinde qui ex ipsa manant fluxus leniter catenus cohercentur quo ad in gyro circa ipsam nubes consistat, et non omnino dividat, siue cum qui in circuitu est acrem ipsa undique cogente aequaliter ad circumferentiam suam, crassioremque constituet, quod fit per partes quasdam, siue extrinsecus fluxu aliquo impulso, siue calore idoneos populos ad id efficiendum nasciente. Cometae stellae sunt, siue igne plerisque in locis temporibus suis in sublimi coalescente, cum efficit casus circumstantiam, siue quod proprium quendam motum in tempore cœlum supra nos habeat, ut huiusmodi apparent stellæ, siue ipsæ temporibus quibusdam per quendam mouentur casuum: atque ad loca nostra declinent, et manifeste omnibus sunt. Harum item defensiones fieri propter his oppositas causas, quod contingit non modo quod pars mundi huius stet circum quam uersentur reliqua, ut quidam aiunt, sed quod aeris uertigo circularis ipsam circumstet que impedimento sit uti ne circumveat, sicut et stellæ reliqua, siue etiam quod deinceps materia illis congrua non sit. Porro hoc in loco ubi constitutæ cernuntur etiam alijs pluribus modis hoc fieri potest, si quis colligere studeat ex eorum que cernuntur congruentia, ut uaga quedam sydera ferri contingat si motibus suis utunt

utuntur, quædam uero immota durare. Possibile est quidem esse ab his quoq; quæ in circuitu mouentur, ita ab initio moueri coacta esse, ut alia quidem secundum eandem ferantur uertiginem, quæ lenis sit, alia uero secundam eam quæ simul inæqualitatibus quibusdam utatur. Fieri autem potest ut quibus feruntur locis non intensiones aeris esse planiores, quæ in se ordine compellant, leniterq; & planè intendant, neq; ita inæqualiter ut & que uidentur immutationes sunt. Enim uero una istarum rerum causam assignare, cū multiplicè ea quæ in conspectu sunt prebeat, insane & minimè congruè ab his fit qui uanam astrologiam profitentur, frustraq; quorundam causas reddūt, quādoquidem diuinam naturā nunquam huiusmodi absoluunt ministerijs. Sydera quædam alijs minora cōspici contingit, tardiorēq; motu circūferri, cum eundem orbem circumcitant, contrarioq; ferantur motu, ab eadem abducta uertigine, & ab eo quo circūferātur, alia maiore loco, minore alia, cū eandem uertiginē ambiāt. Porro simpliciter de his disfinire illis conuenit, qui prodigia cōfugere apud plerosq; uolunt. Quæ autem cadere dicuntur stelle, & ex parte & ex collisione sua fieri possunt, & quod illic excidant quocunque expiratio fuerit. Sicuti & de coruscationibus diximus, ex concurso quoq; atomorum ignis efficien-  
tium\* consensu incidente ut hoc fiat, ac secundum mo- \* orationis  
tum quocunq; impetus à principio secundum concursum fuerit. Ex collectione item ueluti in condensationibus quibusdam nebule p̄fendentibus speciem, secundum evaporationem horum per inuolutionem sine eruptionem \* continentium, & in quocunque locum impetus fuerit, \* iacutaria  
motu quoque in eum subsequente. Sunt & alij modi qui- bus hoc fiat innumerabiles. Porro significationes quæ in

plerisq; animalibus fiunt. Non enim animalia necessitatem  
 aliqua inuehunt ut hyems fiat, neq; sedet aliqua natura  
 diuina, quæ horū animaliū obseruet exitus, deinde huius-  
 modi efficiat signa. Neque enim in animal ac quodlibet,  
 modo id sit gratiōsius paulo, eiusmodi stultitia cadet, ne-  
 dū in id quod plenissimam obtinet felicitatem. Hęc igitur  
 omnia Pythocles memoriter tene: longe enim lateq; eu-  
 des fabulā, & quæ his propinqua & similia discernere  
 poteris. Maxime autē te ipsum de de ad speculanda princi-  
 piā, & infinitatē, et his quæ similia sunt. Iudicia præterea  
 & perturbationes & id cuius gratia ista colligimus. Hec  
 enim in primis considerata causas quoq; particularium re-  
 rū cognitu faciles facient. Qui uero istis uel maximè con-  
 tenti non fuere, ne ista quidem ipsa rite conspexerūt, neq;  
 cuius rei gratia illa cōspicienda erant, cōsecuti sunt. Hec  
 \* patr. puy. ille de \*coelestibus corporibus opinatus est. Ceterū de his  
 que ad uitę moderationē pertinent, quonā modo eligendā  
 alia, alia repudiāda, sic scribit. Primū autē quid de sa-  
 piente opinetur exponamus. Dctrimenta que ex homini-  
 bus, siue odijs, siue inuidiā, siue contēptus gratia fiunt, sa-  
 pientem autem ratione superare. Eum uero qui scinel-  
 fuerit sapiens, in contrarium habitum transire non posse,  
 neq; perturbationibus cedēdo errare: quin potius cōtinendū  
 ne quid ad sapientiā impedimentum patiatur. Non tā-  
 men ex omni quidem corporis habitu, neq; in omni gente  
 fieri sapientem. Nam siue crucietur excarnificeturq; sa-  
 piens, futurū nihilominus felicē: gratiamq; amicis, præsen-  
 tibus & quę ac absentibus habiturū sapientē solum atq; itē  
 in itinere. Cū tamen cruciatur & ingemiscet & ciulabit.  
 Mulieri itē non cōgressurū sapientem, quia leges interdī-  
 cant, ut Diogenes in epitome Epicuri dogmatū moraliū  
 ait,

cit, neq; cruciatu affecturum seruos, uerùm miserturum,  
ueniamq; daturum: probos quoq; amaturū sapientem ne-  
gat, neq; sepulturē curam habiturum, neq; à deo amore  
immitti Diogenes refert. Neq; item oratorie daturū ope-  
ram, dicens illam nihil quidem unquam profuisse, pluri-  
num uero etiam obfuisse, uxorem tamen ducturum ac li-  
beros procreatrum sapientem, ut Epicurus in ambiguis  
& in libris de natura. Cæterū pro uitæ interdum con-  
ditione ducturum uxorem, auersurumq; aliquos, neque  
obseruaturum in ebrietate, ut Epicurus in symposio, neq;  
accessurum ad reimp. ut in primo de uitis, neq; tyrannidem  
quaesiturū, neq; cuiusvis, ut in secundo de uitis, neq; unquā  
mendicum futurum: cæterū & si illi eruantur oculi, ui-  
tæ partipem futurum, ut in eodem ait. Morote itē non  
conficiendum sapientem, ut ait Diogenes in x v. electo-  
rum, non \* litigaturum: libros atq; monumenta relictu-  
rum, non autem celebritatibus daturum operam: aequi-  
rendi curam ac futuri prouidentiam non habiturum: for-  
tunæ reluctaturum, amicum neminem quaesiturum, glo-  
riæ curam habiturum, quo ad contemptui non habeatur:  
plus autem alijs latitia in speculationibus afficiendum.  
Peccata esse inæqualia. Sanitatem quibusdam conducere,  
plerisq; indifferentem esse: fortitudinem per naturam non  
contingere, sed ratione commodiq; notatione. Amicitiam  
usus gratia necessitatisq; ineundam, à nobis tamen incho-  
andam: nam & terram serimus. Constatre illum uoluptatem  
consortio ac societate. Felicitatem bifariā intelligi, supre-  
mam illam quæ in deo est, quæ incrementum nō admittat,  
adiectionemq; & ablationē uoluptatum. Imagines quoq;  
positurum, si habeat, indifferenter forte teneas, solumq; sa-  
pientem recte de musica & poëtica uerba facturum. Pan-

genda non fingenda poemata dixit. Non mouetur si alter altero dicatur fuisse sapientior, sed ex sapientia sola si affluat, rite appellandum sapientem putat. Principem in tempore obsequio colitur, gratulaturumque cuilibet resipiscenti: scholam item habitur, non sanè ut turbā faciat, recitat urumque in multitudine, sed non sponte. Dogmata quoque illaturum et non dubitaturum. In somnis quoque sibi similem futurum, ac pro amico quandoque moritum. Ista quidē illi opinantur, uerū transcendū iam ad epistolam.

## EPICURVS MENICOEO . S.

NEQUE iuuenis quispiam dum est, philosophari negligat, neque senex cū sit, philosophando fatigetur. Neque enim intempestiuus ullus est, neque qui ad anime sanitatem tēpus nō habet idoneū. Qui autē dicit aut nondū philosophandi tēpus esse, aut tēpus præterisse, ei similis est quidē cit ad beatā uitā aut nō adesse tēpus, aut uero amplius esse. Philosophandū igitur et iuueni et seni, illi quidem ut senescens in uirtutibus uigeat præteriorum gratia, huic ut iuuenis una et uetus sit, quod futurorum careat meta. Meditandum ergo quae faciant beatam uitam. Siquidem si adsit illa, omnia suppetunt, sin uero absit, agimus omnia, ut illam habeamus. Quae autem a fiduē te admonebam, et age, et meditare, bene uiuendi elementa hæc esse arbitrans. Primum quidem deum esse animal immortale ac beatum, putas sicut communis deo dictat intelligentia, nihil illi aut ab immortalitate alienum, aut à beatitudine applicans. Ceterum omne quod illius cum immortalitate beatitudinem seruare possit, de eo opinare. Dij nempe sunt, ut certa est illorum cognitio, non autem tales sunt, cuiusmodi eos plerique arbitrantur: neque enim eos quales putant obseruant. Impius autē est nō qui tollit multitudi-

nis deos, sed qui dijs opiniones multitudinis applicat. Non enim sunt anticipations, sed opinatiōnes falsoe quæ plurimū de dijs sentiunt. Hinc detrimēta maxima pessimis quibusq; à dijs inferuntur, & cōmoda item probis. Nam uitutib; per omnia delectati similes amplectūtur, ac omne quod huiusmodi nō est alienū existimantes. Consuecerunt autem arbitris nihil ad nos pertinere mortē. Bonum enim omne ac malum in sensu est, sensus autē priuatio mors est. Vnde recta cognitio, quod nihil ad nos sit mors, id efficit ut mortale quod est, fruatur uita, non ambiguū adīciens tempus, sed immortaliū desideriū afferens. Nihil enim in uita mali est, ei qui uerè cōprehēdit nihil esse in uite priuatione mali. Vanus ergo est, qui mortem se timet dicit, non quia præsens mārōre cōficiatur, sed expectata & futura contristet. Nam quod præsens nihil perturbat, expētatum uequicquā conficit. Itaq; quod acerbissimum malorū est & horrendū maximū mors nihil ad nos, quoniam cūm nos sumus, mors non adest, cūm uero mors adest, nos iam non sumus. Neq; igitur ad uiuentes, neq; ad mortuos pertinet. Nam his qui sunt illa nō est, quibus uero adest, iā illi non sunt. At qui plurimi mortē aliquando ut malorum maximū, aliquando uero ut requiem eorū quæ in uita sunt tristum, cupiunt. Neq; igitur ne non uiuat metuit, nec enim illi uiuendi amor imperat, neq; opinatur mali aliquid esse, non uiuere. Quemadmodum uero cibus, non qui plurimis, sed qui suauissimus est, eligitur, ita & tempus non longissimum, sed suauissimum carpitur. Porro qui uiuenē bene uiuere, senem bene ex uita discedere admonet, fatuus est, non modò ob amorem uita, ac studium, uerū quod eadem sit meditatio bene uiuēdi, ac bene moriendi. Longè autem decētrus qui dicit, bonum quidem non natum esse:

Theognis.

Φυῖτα δὲ ὅτις ἔκειται πόλεις διοῖται τερπόσαγ. hoc est,  
Aut ubi natus eris mox Orci lumen adire.

Nam si quod ita crederet hoc dixit, quomodo non discedebat ex uita? Id quippe illi in promptu erat, siquidē hæc illi  
fuissest rata sententia. Sin autem inueniens dum in his quæ  
ratione carent uersatur. Memoria uero tenetū quod fu-  
turum est, neq; nostrū sit, neq; omnino non nostrum, ut ne  
tanquam futurū prorsus expectemus, neq; item quasi non  
futurū desperemus. Reputandum præterea cōcupiscentias  
partim esse naturales, partim naturales naturalium, alias  
quidem necessarias, alias uero tantū esse naturales. Neces-  
sarie uero quæ sunt, partim ad felicitatem, partim ad cor-  
poris tranquillitatē, partim ad uitā ipsam esse necessarias.  
Horum quippe sine errore speculatio est, ut nouerint quid  
eligendum, quid ue fugiendum sit ad bonā corporis tuen-  
dam ualeitudinē, corporisq; quietem. Hic enim finis est be-  
ne beateq; uiuendi. Huius enim gratia omnia agimus, ut  
neq; doleamus, neq; perturbemur. Vbi uero semel id peni-  
tius cōsequuti erimus, soluitur omnis tempestas animi, cum  
nō posset animal tendere quasi ad minus aliquid, & aliud  
querere quo animi corporisq; cōsumetur bonū. Tunc uo-  
luptate nobis opus est, cum illā nō adesse dolemus, nō etiā  
voluptate indigemus. Quocirca uoluptatē finem dicimus,  
de principium beatę uitę. Hanc enim primum bonum atq;  
ingenitū nouimus, atq; ab hac electione omnem ac deuita-  
tionem inchoamus atque huic occurrimus, perturbatione  
tanquam norma bonū quoduis discernentes. Quoniā uero  
primum istud insitum bonum est, iecirco non omnem uolu-  
ptatē eligimus, uerū sēpe plerasq; transgredimur, quā-  
do ex his maior molestia sequitur, doloresq; nonnullos uo-  
luptatibus p̄fūstare arbitramur, ex diuina toleratione  
dolorum

dolorum maior nos uoluptas sequitur. Omnis itaque uoluptas eò quòd naturam propriam habet, bonum est, non tamen eligenda omnis: sicut & dolor malum est, non tamen semper quiuis repudiādus est dolor. Commēsione itaq; & utilium inutiliumq; respectu hec omnia iudicare cōuenit. Utimur enim bono interdum ut malo, contrā & malo tanquam bono. Frugalitatem prēterea magnum existinamus bonū, non ut semper utamur modicis, uerū ut nisi multa habeamus utamur paucis, credentes uerissimè illos magnificientia frui suauissimè qui illa minimum indigent, quodq; naturale sit, id omnē esse parabile, noua uero difficile parari posse, dapes item simplices eāquam magnifico luxui adferre uoluptatem, quando omne quod dolet per inediām sublatum sit. Panis ergo cibarius, & aqua summatam uoluptatem affrunt, cùm egens quis illa in cibum sumit. Itaque simplicibus & non magnificè paratis cibis assūescere, & salubritatis est, & hominem ad uitæ usus necessarios impiogram reddit, ac splendidis si per interualla sumantur, nos commodius aptat, atque aduersus fortunam interritos facit. Cùm itaque dicamus uoluptatem finem esse, non luxuriosorum & nepotum uoluptates, eaq; quæ in gustu & iugluuie sunt positæ, ut quidam ignorantes, aut à nostra sententia dissentientes, aut male accipientes arbitrantur, sed non dolere corpore, animoq; tranquillum esse, & perturbatione uacare dicimus. Non enim conuiua & comedationes, non puerorum mulierumq; congressus, non pi- scium usus, & cæterorū que affert pretiosior mensa sua- uem gignit uitam, uerū ratio sobria causatq; perseruitas, cur queq; uel eligenda, uel fugienda sunt, opinionesq; ex- pellens, per quas animos ut plurimum occupat tumultus. Horum omnū initium maximumq; bonum prudentia est.

Quoc

Quocirca philosophiam quoque prudentia antecellit, ex  
qua reliquæ virtutes orantes oriuntur, docentes quodd non  
iucundè uiuere possit quisquam, nisi prudenter, honestè, in-  
stèq; uiuatur: virtutes enim suavi & iucundæ uita cōiun-  
ctæ sunt, iucundaq; uita separari à uirtutibus nequit. Nam  
quæ eo arbitraris præstantiorē esse, qui & pię de dijs opli-  
natur, mortemq; interritus sustinet, finemq; naturæ recte  
estimat, finemq; bonorum ut facilis ad implendum parabi-  
lisq; sit cōprehendit. Malorum uero finem, ut aut tempus  
aut dolorē habeat, dominamq; non diu molestata futurā, ut  
à plerisq; inducitur, nunciat, partim à fortuna, partim à  
nobis, quodd necessitas obnoxia nulli sit, instabilisq; fortu-  
na. Quod à nobis est dominatu caret, quod quærimonia  
& contrarietas solet euestigio subsequi. Præstat enim fa-  
bulam quæ de dijs traditius sequi, quæm naturalium serui-  
re sato. Illa enī speciem excusationis obtendit honorem  
deorum, hæc incitabilem necessitatem habet. Fortunā ue-  
rò neq; de am, ut vulgo suspicantur, putat. Nihil enim deus  
agit tenere, neq; instabile, causam nempe arbitratur bonū  
sive malū ex hac ad beatē uiuēdum hominibus dari, prin-  
cipia tamen magnorum bonorum aut malorum ab ista  
suppeditari, præstat enim rationabiliter esse infelicem,  
quam absque ratione felicem. Melius est enim in actibus  
quod bene iudicatum est per eam digeri. Hæc igitur atque  
his similia, tecum si die noctuq; meditere aliquis, fiet ut  
nunquam seu uigiles, seu dormias, perturbatione illa te-  
nearis, uerū ut deus inter homines uiues. Nihil enim ha-  
bet cōmune cum mortali animati, animal homo, immorta-  
libus bonis exercitatus. Disputationem autē omnem ab alijs  
tollit, sicuti & in parua epitome, dicēs eam nō subsistere:  
& si, inquit, substancialis sit, nihil ad nos existimes pertine-  
re

re quæ fiunt. Hec & eiusmodi de his quæ uitam informat: pluraq; his alijs etiam in locis differit. Dissentit autem à Cyrenaicis de uoluptate. Illi enim non eam quæ in statu est, sed eam solim quæ in motu sit admittunt. Hic autem utraque animi uidelicet corporisq; complectitur, ut in libro de electionibus & fuga ait, & in libro de fine, & in primo de uitis, & in epistola ad Mityleuenses animos, similiter & Diogenes in decimo sexto electorum, & Metrodorus in Timocrate, ita afferunt intelligi uoluptatem, & quæ in motu sit, & in statu. Et Epicurus in libro de heresib[us] ita dicit: Nanque perturbationis dolorisq; uacatio constautes sunt uoluptates. Gaudium uero ac latitia astio secundum motum uidentur. Item aduersus Cyrenicos. Illi enim corporis dolores deteriores arbitrantur doloribus animi. Corpore enim peccantes cruciari. hic autem animi dolores. Carnem enim praesenti tantummodo dolore affici, animū uero & præterito, et praesenti & futuro. Ea ergo ratione maiores quoq; animi, quam corporis esse uoluptates. Demonstratione uero utitur, quod sit uoluptas finis, quod animilia simulatq; nata sunt, ista quidem deliniri, offendendi contra dolore naturaliter absq; rationis ad minicula cernimus. Nostra ergo sponte dolorē fugimus, sicuti & Hercules quidem ipse, qui dum amissa sibi tunica consumeretur, clamat mordens atq; ciuilans:

Ἄρπι δὲ ἐγενόμητο πέτραι,  
λαυρῶντ' ὅρμοι πρώτης, Εὐβολαῖστ' ἄκρα. hoc est,

At circumgenunt petrae,

Locrorum, & alta Eubœa promontorii.

Voluptatis uero causa uirtutes quoq; eligi, non propter sc, sicuti & medicinam propter sanitatem, ut ait & Diogenes in uigesimo electoru. At uero Epicurus insepara-  
bilem

bilem quoq; dixit esse à uoluptate, uirtutem solam, cetera uero separari, nempe ut mortalia. Agedum igitur nunc Colophonē addamus, ut ita dixerim, & scriptorū omnium & uite philosophi, ratae ipsius opiniones adiacentes, hisq; omne hoc opus nostrū concludētes, fine illo utētes, qui felicitatis ac beatitudinis initium sit. Quod beatū atq; immortale est, neq; ipsum negotia habet, neq; alij præbet, quo fit, ut neq; ira, neq; gratia tangatur. Nam huiusmodi omnia infirmitatis sunt. In alijs uero ait, deos ratione cōspici, alios quidē numero subsistentes, alios uero secundū speciei similitudinē, ex perpetuo similiū imaginū fluxu quæ in se perfecte sint humana specie. Mors nihil ad nos. Quod enim dissoluitur, sensu priuatuerit: quod autē sensu caret, nihil ad nos. Terminus magnitudinis uoluptatū, rei quæ cuicq; doleat sublatio est. V bicunq; uero fuerit id, quod delectat, quādū ibi est, nihil est quod doleat, aut afficiat mœrore, aut utrūq; simul. Non moratur diutius in carne quod dolet, sed summus dolor minimū durat. Quod autē nimū solum delectat secundū carnē, non multos dies durare cōtingit. At diuturni morbi plus habent in carne quod oblectat, quam quod doleat. Nō potest iucundē uiui, nisi prudenter, ac honestē, ac iuste uiuatur, neq; prudenter, honestē ac iuste, nisi iucundē: cui autē hoc nō cōtigit, is non uiuit prudenter atq; honestē, & cui iuste non cœnit, non potest hic iucundē uiuere, eo quod confidat hominibus, aut secundum naturam principatus & regni bonū ex quibuscunq; potuerit hoc parari. Gloriosi atq; conspicui quidā esse cuperūt, ita se ut ab hominibus tuti sint adepturos existimantes. Itaq; si quidem tuta sit talium uita, naturae bonum receperunt, sin minus, nihil habent cuius gratia principio contra naturae proprietatem appetierunt

tierunt. Nulla per se voluptas malum est, sed cause quadam voluptatum multiplices ingerunt voluptatum perturbationes. Si cumularetur voluptas omnis, et tempore et ambitu, congregatio fieret, aut maxime principales naturae partes. Nequaquam à scinuicem differrent voluptates, si efficietia voluptatum luxuriosorum metus animi solueret, metus inquam et de cœlestibus, et de morte, et de doloribus: præterea si voluptatum doceret finem, nihil habemus quo eos culpare possemus, undique voluptatibus haurientes instantes, nullaque ex parte neque quod doleret, neque quod urgeret habentes. Quod profecto malum foret si nihil nos cœlestium suspiciones perturbarent, neque mortis opinio si nihil nos moueret, aut aliud quippiam. Quod si adhuc non dubitem scrutari dolorum ac voluptatum fines, non indigremus physiologia, nec licet de his quæ maxime rata sunt metuentem soluere, nisi plane nonisset quæ sit totius natura, sed fabulosum aliquid suspicaretur. Non itaque licet absque physiologia accipere syneceras voluptates, neque prodest aliquid humanum sibi parare securitatem, cum et supernæ et quæ sub terra sunt suspecta essent; ac simpliciter quæ sunt in infinito, cum humana securitas fuerit usque ad aliquid, virtusque innixa, et purissima secunditas sit, quæ ex quiete et multiscedendo securitas prouenit. Naturæ opes diffinitæ, et parabiles sunt. Porrò inanum opiniorum difficultæ in infinitum excidunt. Brevis sapienti fortuna subinclit. Quæ uero sunt maxima et in primis rata dispositio ratio, et perpetuo uite tempore disponit atque disponet. Iustus à perturbatione remotissimus, iniustus uero perturbatione plenus est. Non erexit in carne voluptas, cum semel quod per indigentiam dolebat, ablatum est, sed solum variatur. Porrò <sup>\*Iunior.</sup> mentis finis, sicut in qui secundum voluptatem est ge-

nuit, horumq; ipsorum, & eorum quæ his affinia sunt ele-  
cti maximos quoq; metus animo parat, infinitum tempus,  
ac finitum & quam habet uoluptatē, si quis uoluptatis ipsius  
fines ratione metiatur. Nam caro uoluptatis fines accepit  
infinitos, infinitumq; ipsam efficit tempus. Porro mens car-  
nis finem ac terminum ratione pertractans, eternisq; exu-  
ta timoribus, uitam omni ex parte consummatam fecit. Ni-  
bilq; iam in finito tempore opus habuimus, sed neq; uolu-  
ptatem quidem effugit, ne tum quidem, cùm exitum ex uita  
molestia atq; anxietates compellunt, quasi aliquid beatæ  
uite desiderat in qua uite terminos noscens, non ignorat  
quā sit parabile id quod indigentia dolorē tollat, omnēq;  
uitam constituat. Itaq; nihil negotijs opus est quæ certami-  
na habent, subsistentem uero finem uersare animo oportet,  
omnēq; evidentiam ad quam ea quæ opinamur refra-  
mū. Alioquin omnia rationem iudicij desiderabunt, tumul-  
tuq; plena erunt, si sensibus omnibus repugnabis, non ha-  
bebis, neq; quosuis ex ihs quos mentiri dixeris, quo pacto  
iudices, aut ad quid te referas, si quem simpliciter eiicias  
sensem, neq; diuidas in id quod opinaris, iuxta id quod ac-  
cessit, quod iam per sensum præsens est. Affactus insuper  
& omnem imaginalem mentis intuitum confundens, ac sen-  
sus reliquos opinione inani, ut qui iudicium eiicias omne.  
Porro si & quod expectatur omne inopinabilibus notioni-  
bus firmes, idq; quod attestacionem non admittit, ut quod  
falsum si non dimiseris, eris quasi omne certamen obser-  
uans, omnēq; iudicium rectum siue non rectum, nisi per  
omne tempus quæ geruntur singula ad naturæ resras fi-  
nem. Verum antea cuertes siue fugam siue insectationem  
in aliud aliquid faciens non erunt uerbis consentaneæ tibi  
actiones uoluptatum, quecumque ad dolorem non indu-  
cunt,

cunt, nisi implete non sunt necessarie: sed appetitum habet minus latet, quoties per se difficiles autoresque detinenti esse constiterit, quas in totius vite beatitudine sapientia parat. Longe maximares est amicitiae acquisitionis, eadem sententia confidentiam parit, quod nihil sit eternum neque diuinum, ac ne grauius quidem quicquam ac molestius, & ea quam in ipsis definitis est amicitiae seruitus consummata maxime confert.\* Voluptatum aliae naturales aliae necessarie sunt, <sup>\*ali: iuxta</sup> aliae naturales & non necessarie, aliae uero neque naturales <sup>est.</sup> neque necessarie sunt, sed circa inanem opinionem versantur. Naturales & necessarie existimat Epicurus eas que dolores sedant, ut est in siti potus. Naturales uero non necessarie, que voluptates solum uariant, non autem dolorem tollunt, ut sunt pretiosi cibi. Neque naturales autem neque necessarie putat eas, quemadmodum coronae & statuarum ornamenti. Naturalium uoluptatum que dolor non inferant nisi consummata fuerint, fit ueremus studium circa naturam, nouam non diffundit, sed circa inanem opinionem, neque circa suam opinionem hominis naturae utilitatis est signum, ut neque iniucem ledant neque ledantur. Quae animantes eo fœdere iungi non possunt, ut neque ledant mutuorum neque ledantur, in his ius nullum aut iniuria est. Badem est in gentibus ratio, que aut nolunt aut nequeunt, ita fœderari, ut neque ledant mutuo neque ledantur. Injustitia enim nihil per se esset uerum in contractibus mutuis quibuslibet locis id fœdus nititur ut non ledamus neque ledantur. Injuria per se malum non est, uerum in supliciosis metu id malum situm est, si me lateat quod huiusmodi sunt iniustitiae vindices. Non credat is qui clam aliquid facit contra id quod inter se constituerunt homines ne ledantur, aut laudent se latere posse, & si nullies etiam tam lateat, ad finem illæ tamen

men incertū est an latere posit. Cōmuniter quidem omnibus ius idem est. Utilitatis enim aliquid conserit in mutua societate, priuatum uero agri & quarumcunq; rerum non omnibus idem consequitur ius esse. Aliud quidem omnium testimonio firmatum, quod expeditat in usu mutuae societatis eorum quae iuxta putantur esse, ius dicitur, siue idem sit omnibus siue non idem. Porro si ponat tantum quissiam, non autem proveniat commoditas mutuae societatis, non iam hoc iuris naturam habet etiam si intercidat commodū iuris, nonnunquam autem ad anticipatiōē congruit. Nihilominus id temporis iustum erat, his qui inanibus uocibus semet confundunt, sed res plurimas cernunt: ubi cum uariæ fuerint circunstantes res non congruentes, ad anticipatiōē uisa sunt quae putabantur iusta in ipsis rebus, ea iusta non erant. Vbi uero uaneſcentibus circunstantibus rebus uisa sunt non congruere, ad anticipationem quae existimata sunt iusta. Vbi uero uaneſcentibus rebus iam nō utilia erāt ea clām posita iura. Hic autem iusta quidem fuere, quando erant utilia societati mutuò simul conuersantium, postea uero non ita fuerunt iusta, quando neq; utilia erāt. Quibus rebus externis minime confidere p̄eclare constituit. Hic ea quidem quae sunt possibilia & familiaria efficit, quae uero huiusmodi non sunt, non aliena sanè neq; eiusdem cognationis, atq; ubi in illis non poterat se studuit non immiscere, exclusitq; omnia quae agere non conducebat. Atqui omnes qui co profecerant ut se ex eis maximē confidendū pararent quae sunt propinqua & finitima, hi etiam inter se uixere suauissimā uitam, firmissimā habentes fidē ac probationem, certissimamq; propinquitatē adsumentes, lamentis prosequuti non sunt defuncti celeriorem obitum.

R E R V M A C N O -  
 M I N V M P R O P R I O R V M ,  
 Q V A E I N H O C O P E R E  
 C O N T I N E N T V R  
 I N D E X .

A		Agrippa	27	403
<b>A</b> Cademā	222	Aidoncus		363
Academici	16	Alcæus		20.40
Acheus poëta	115	Alcibiades		72.179
Ἀκέφαλοι διάλογοι	87	Alcidamas		391
Acron medicus	359	Alcimus		123
Adimantus	121	Alcimus orator		107
Aegina	133	Alcimæon		366
Argyptij	12	Alcyoneus		173.275
Aegrotatio	302	Alexinus		103.115.173
Aenigma Cleobuli	48	Alexander	160.187.190.233.	
Aenesidemus	402		244.235.255.391.414	
Aeschylus	115	ἀλλασσοπάλης		86
Aeschines philosoph.	71.86	Alter Hercules		322
Aeschines orator	88	Alyattes		44
Aeschinis dialogi	187	ἀματαιόθης		279
Aeschines	71.95.135	Amasis rex		338
Aesopus	37.39	Ambryon		192
Aestas	315.343	Amenias		378
Aethalides	336	Amisias comicus		74
Aether	310.344	Anicus		99.100
Agasyrthus	43	Amicitia	100.149.198.319.	
Ageſilaus	83.84.235	346		
Agitor Lamicus	117	Amicorum communia omnia		
Agrigentum	359	160.338.410		

I N D E X.

Amor	301	<i>Animae partes</i>	151, 300, 314
Amphionenes	81	<i>Animalia</i>	344
Amphibolia	284	<i>Ärøpæta</i>	136
Amphiaraus	179	<i>Antigoras Rhodius</i>	115
Amphibolis	72	<i>Antigoras poëta</i>	308
Amyclas	386	<i>Antigoni epistola</i>	263
Amyntæ rex	186	<i>Antigon. rex</i>	105, 211, 266
Anaxagoras	10, 81, 386,	321	
	420	<i>Antigonius Caristius</i>	395
Anaxarchus	393	<i>Anticipatio</i>	281, 428
Anaxagoras vir	65	<i>Antidicus</i>	363
Anacharsis epistola	55	<i>Antiochus Laodicenus</i>	411
Anacharsis	20, 53	415	
Anacharsis apophthegmata		<i>Antiphænæs libri</i>	227
	234	<i>Antipater</i>	96, 161, 184, 244
Anaximander	14, 63, 360	<i>Antiphon</i>	81
Anaximenes	64	<i>Antistigma</i>	144
Anaxicrates	416	<i>Apemantus</i>	36
Analytica	197	<i>Apelles</i>	411
Anaximenis epistola	64	<i>Appellatio</i>	282
Ancora à quo inuenta	55	<i>Appetitio</i>	291
Androstenes	248	<i>Äpprou</i>	13, 357
Andron	403	<i>Apolloodus</i>	77, 316
Ärdgåttodøy	243	<i>Äporum nevæmælæ</i>	82
Angor	300	<i>Apolloγίνετωρ</i>	339
Ärvilegla	279	<i>Appollodorus καποδιβαρρος</i>	
Ärenauðtr	279	425	
Anni dies	19	<i>Äwogntikæ</i>	398
Anitus	78	<i>Äperçjusæta</i>	178
Anniceris	96, 99, 126	<i>Aratus</i>	115, 320
Anima	145, 198, 344, 373,	<i>Arae ignotorum deorum</i>	13
	379, 388	<i>Arcessilanus</i>	167, 324

## INDEX.

<i>Arcesilai tres</i>	177	<i>Aristodemus</i>	26
<i>Archagoras</i>	391	<i>Aristomenes</i>	116
<i>Achaeates</i>	174	<i>Aristophon</i>	349
<i>Achiloachus</i>	370	<i>Aristophanes</i>	70.73.75
<i>Archelaus</i>	73.357.420	<i>Aristophanes grammaticus</i>	
<i>Archias</i>	174	143.421	
<i>Archelaus physicus</i>	69	<i>Aristoteles</i>	196
<i>Ἀρχή</i>	152	<i>Aristotelis opera</i>	194.199
<i>Ἀρχοντες</i>	66	<i>Aristotelis testamentum</i>	191
<i>Archytas</i>	127.364	<i>Aristoteles Mythik</i>	199
<i>Arcad ος</i>	360	<i>Aristoxenus</i>	311
<i>Areta</i>	91.96	<i>Armodius</i>	32
<i>Ἄρρενία</i>	400	<i>Artapbernes</i>	94
<i>Argini</i>	20	<i>Articulus</i>	282
<i>Ariathes</i>	183	<i>Artemidorus</i>	391
<i>Arimanius</i>	12	<i>Ascanius Abderita</i>	394
<i>Aristagoras</i>	39	<i>Asdrubal</i>	186
<i>Aristippus canis regius</i>	69	<i>Astydamus</i>	80
<i>Aristippi libri</i>	90.95	<i>Asclepiades</i>	112
<i>Aristippus Metrodidactus</i>	Atarna		42
96		<i>Atheniensis</i>	28.193
<i>Aristippus</i>	68	<i>Athenaeus</i>	226
<i>Aristobulus</i>	417	<i>Athenodorus</i>	275
<i>Aristogiton</i>	32.381	<i>Ἀθηναῖς</i>	293
<i>Aristocreon</i>	329	<i>Atomī</i>	387
<i>Ἀριστοκράτη</i>	196	<i>Attalus</i>	183.211
<i>Aristo Platonis pater</i>	120	<i>Atrum</i>	347
<i>Aristonis libri</i>	319	<i>Anatilia</i>	300
<i>Aristocles qui ο Plato</i>	121	<i>Aures in pedibus</i>	93
<i>Aristo Illicus</i>	319	<i>Auditus</i>	317.434
<i>Aristo Chius</i>	259.318	<i>Autodorus</i>	226

## I N D E X.

Autumnus	227	315	Carcinus comicus	v 93
Axioma	227	283	Carneades	183.193.327
Axiothea	227	137	Cassius	274
	B		Cassandra	200.215
Barbarismus	227	283	καθηεοπ	270.303
Basilides	227	423	Causa	408
Batis	227	424	Cebes Thebanus	117
Bathyycles	227	19	Cepas edere	45
Baton Ponticus	227	238	Cephisodorus	84
Beronice	227	213	Ceramicum	272
Biantis mors	227	43	Ceratides	278
Bias Prieneus	227	44	Ceramion	145
Biantis sententiae	227	46	Cercidas	248
Bion	106.167.178		Cercops	31
Biones decem	111	182	Chaldae	11
Boethus nitidulus	227	281	Chabrias	127
Bonorum genera	149.156		Chaos	416
Bonum	155.294.397		Charmides	75
Boton	227	377	Charonia	305
Bryson Argivus	227	232	Charondas	340
Bursinritis	227	215	Charmander	126
Butto	227	191	χαριτωφλιφαρ	215
	C		Charedamus	417
Caduidas rex	227	53	Charephon	78
Callicrates	227	174	χαριπ	142.421
Callucratides	227	334	Chena	20
Callimachus	227	106	χειράδες	43
Callippus	227	276	χειρόποντ	43
Callisthenes	227	198	Chersonesus	28
Candidum	227	347	Chilon	37
Canon Epicuri	227	427	Chilonia breuitas	39
			Chac	

## I N D E X.

<i>Chœrilus</i>	16	<i>Cometa</i>	315.454
<i>Chœnix</i>	341	<i>Comici</i>	234
<i>Chremonides</i>	167	<i>Kāμος</i>	113
<i>Chrysippus</i>	315	<i>Kordulīztoðay</i>	72
<i>Chrysippi captiones</i>	319	<i>Concupiscentia</i>	301
<i>Chrysippi opera</i>	330	<i>Confusio</i>	<i>ibid.</i>
<i>Chrysippus Gildius</i>	318.	<i>Conon</i>	79.215
	369	<i>Consilium</i>	156.294
<i>Cibistus</i>	18	<i>Consuetudo</i>	134
<i>Cicuta</i>	402	<i>Contentio</i>	301
<i>Cilices</i>	404	<i>Continentia</i>	294
<i>Cillus</i>	63	<i>Contraria</i>	156
<i>Cleanthes</i>	267.276.311	<i>Conturbatio</i>	301
<i>Cleanthis libri</i>	314	<i>Core que</i>	339
<i>Clematis Aegyptia</i>	261	<i>Coycius mons</i>	60
<i>Cleon</i>	67	<i>Corpus</i>	314.309
<i>Cleomenes</i>	318	<i>Coruscatio</i>	458
<i>Cleobulina</i>	47	<i>Cotys Rex</i>	396
<i>Cleobulus</i>	ibid.	<i>Crantor</i>	164.169
<i>Clinias</i>	81.386	<i>Cranium</i>	249
<i>Clitarchus</i>	107	<i>Crates decent</i>	167.109
<i>Clitomachus</i>	186	<i>Crates Cynicus</i>	114.252
<i>Clinomachus</i>	106	<i>Crates Thebanus</i>	232
<i>Cobrie</i>	9	<i>Crates Atheniensis</i>	166
<i>Cogitatio</i>	283	<i>Craterus</i>	242
<i>Kédrop</i>	116	<i>Crates</i>	50
<i>Cœlum</i>	310.363	<i>Cratylus</i>	122
<i>Colophon</i>	378.416	<i>Crobilus</i>	227
<i>Colotus</i>	259	<i>Croton</i>	336
<i>Colotes Epicureus</i>	423	<i>Kρόμμυα Ιοδίνη</i>	45
<i>Colysanemas</i>	336	<i>Crispius</i>	174

## I. N. D. E. X.

<i>Cubus</i>	366	<i>Demetrius Læon</i>	425
<i>Cupressus</i>	338	<i>Democritus Abderita</i>	68.
<i>Curetes Epintenides</i>	39	128.384.399.	:
<i>Cydon</i>	81.352	<i>Democritus Trozenius</i>	362
<i>Cylonium scelus</i>	57	<i>Demochares</i>	173.266
<i>Cynegyrus</i>	32	<i>Demonstratio</i>	406
<i>Cynici</i>	15.226	<i>Demophon</i>	403
<i>Cynica sectæ initium</i>	222	<i>Demosthenes</i>	104.137.
<i>Cynismus</i>	260.304	190.233	
<i>Cynosarges</i>	246	<i>Descriptio</i>	283
<i>Kunëks</i>	419	<i>Dei appellations</i>	313
<i>Cypsellus</i>	25.49	<i>Deus</i>	148.196.313.344.
<i>Cyrus</i>	18	377.458.	
<i>Cyrenaici</i>	96.463	<i>Dialectica</i>	136.277.284.
<i>Cyri pædia</i>	133.252	427	
<i>Cythera</i>	38	<i>Dialectic</i>	104
<i>Cyziceni</i>	419	<i>Dialogus</i>	143
D		<i>Dialogi Scythici</i>	110
<i>Damafus</i>	383	<i>Dialogi Platonis nothi</i>	143
<i>Damo</i>	349	<i>Dialogorum differentiae</i>	139
<i>Demones</i>	315.343	<i>Diacosmus</i>	386
<i>Darius</i>	374	<i>Dialogi Aeschinis</i>	37
<i>Darij epistola</i>	ibid.	<i>Dialogi Euclidis</i>	104
<i>Decorum</i>	283	<i>Dicæarchus</i>	114
<i>Definitio</i>	ibid.	<i>Diffio</i>	182
<i>Delæctatio</i>	304	<i>Didymon</i>	239.245
<i>Delius natator</i>	172.374	<i>Diocles</i>	331
<i>Delium</i>	123	<i>Diochetas</i>	378
<i>Demaratus</i>	38	<i>Diodorus</i>	207
<i>Demetrij uiginti</i>	217	<i>Diodorus Chronus</i>	106
<i>Demetrius Phaler.</i>	101.214	<i>Diodorus Aspendius</i>	226
		<i>Diod.</i>	

I N D E X.

Diodorus Xenophontis	84	Dogmatici	16
Diodorus grammaticus	372	Dogma Pythagoreorum	337
Diogenes quinq;	260	Dolor	97.300
Diogen. Apolloniates	392	Δύεις οικονομία	165
Diogenes Babylonius	250	Draco legislator	32
Diogenes Cynicus	226.	Dryso	349
241.307		Δύραμις	134
Diogenis libri	250		E
Diogenis Laertij πάνμε-		Ebrietas	134
Fos 34.362.367		Echeclēs	237
Diogenes Tarsensis	423	Echeclētēs	332
Diomedon	381	Eclipfis Solis & Lune	312.
Dionysius tyrannus	87.123	313.449	
Dionysius Corinthi.	133	Effusio 302. Elea	382
Dionys. Heracleotes	273	Elementa	147.309.363
Dionysius dialecticus	100	Electici	16
Dionys. Metathemen.	310	Eliaci	103.112
Dionysius Epicurus	423	Elothales	337.364
Dionysodorus	166	Empedocles	333.400
Dion Syracusanus	127.137	Εργασία	32
Dioscorides	414	Eudoxus	370
Diotimus	417	Ἐπειλίξια	199
Diphilus	318	Enuntiatum	285
Discipline	194.243.409	Epaminundas	235.317
Dividua	157	Ephantus Olynthius	105
Divinatio	314.463	Ephestici	15.398
Divinitiae	260	Ephemeris	253
Dogma Academicorum	143	Ephesij	60
Dogma Peripatetic.	197	Ephorus historicus	205
Dogma Stoicorum	233	Ephori magistratus	37
Dogma Epicureorum	427	Epicharmus	113.364
		Epict	

I N D E X.

Epicletus	418	Eumolpidæ	10
Epicurus	396, 416	Eunomus	335
Epicuri opera	426	Èvropíæ	155
Epicuri epistole	ibid.	Euphranor	415
Epicuri discipuli	425	Euphorbus	18, 336
Epimenides	36, 336	Euphorion	393
Epimenides Curetes	59	Eupolis	390
Epynomis	134	Èvtopíæ	155
Eratoſthenes	180	Èvpratíæp	142, 421
Erasistratus	108, 209	Euripides	76, 165, 168,
Eretrici	103	399	
Ègíxikoi	103	Eurylochus	73, 398
Eroton	418	Euryclides	101
Eruditio	193	Eurydice	215
Etesiae	336	Euritus	322, 352
Eteæ, Etæon	53	Eurymedon	186
Ethice	71, 276, 427	Èvþixæ	155
Euander	183	Èvþypula	368
Eubulides	104	Exænetus	354
Eubulus	187, 413	Exercitatio	246
Euætlus	392	Èxúwobællæs	32
Èvþælia	154	F	106, 107
Euclides	73	Fabarum uis	343, 346
Eudæmonici	13	Fatum	314, 344, 372
Èvðiájæp	143	Felicitas	154, 457
Eudoxus	367	Finis rerum	153, 320
Eudoxus medicus	370	Fortuna	362
Èvñæ	388	Frugalitas	314, 461
Èvþytoæ	153	Fulmen	316, 451
Evidentia	283	G	102, 109
Eramenes	174, III	Gallus anis	346
		Gaud	

## I N D E X.

Gaudium	302	Hesiodi anima	342
Fœtus	43	Hesperus	340.379
Generatio hominum	382	Heracliti quinq;	376
Genus	283	Heraclides	49.310.336.
Glauco	75.121	361.375.413	
Glaucon Atheniensis	111	Heraclote	220
Glauconides	75	Heraclitus	370.400
Glaucus Reginus	365	Heracliti liber	72
Gloria	169	Heraclides Ponticus	137.337
Glycon	211.356	Heraclides quot	211
Gorgias	88.222	Heraclidi impostura	219
Grando	315.452	Herillus	275.320
Graci	404	Hermias	187
Grecoismus	282	Hermolaus	188
Gryllus	84	Hermippus	187
Gymnosophistæ	11	Hermachus	411
H		Hermachi opera	415
Halyssinus	23	Hermodamus	325
Harpalus	214	Hermodorus	372
Hecataeus	370	Hermotimus	336
Hecademia	122	Herodotus	13.17.415
Hedia	418	Heroës	315.345
Hegeſilis	96	Herphilis	187.191
Hegeſiaci	ibid.	Hicetas	367
Hegeſinus	96	Hippobanta	101
Hegeſeſus	252	Hicrocles.	112.174
Hegeſipolis	114	Hicronymus	175.211
Helena	21	Hicromeneones	211.237
Heliotropium	60	Hipparchia	237
Hesidorus	274	Hippasus	337.366
Hesiodus	370.379	Hipponicus	117.174
		Hipp	

## I N D E X.

Hippocrates	180.362.400	Interrogatio	285
Homerus	32.80.163.168.171. 370.377.399	Inuidia	213.300
Homeripoëma	67	Ionica philosophia	14
Homerus tragicus	414	Ιππαρχος	85
Honestum	297	Ipse dixit	351
Horosmades	12	Isoctates	110
Horoscopia	63.260	Itacundia	300
Hofbanas	9	Iris	313.453
Humanitas	154	Italica philosophia	14.335
Humana etas	338	Iudei unde	12
Hyle	382	Iudicium	407
Hymns	315.343	Ingulare mortuos	116
Hymnus in Hermiam	166	Iupiter Horicus	346
Hyperides orator	137	Justitia	148.150.194
I		Iuuentus	347
Ichthias	106	Ixion grammaticus	217
L			
Idea	124.144	Lais scortum	92.160
Idomeneus	417.427	Lacydes	14.183
Ignis	373	Lacydium	163
Incorporeum	439.311	Lampasacus	68.421
Indefinitum	287	Λευπεῖω	215
Indigentia	301	Lamprocles	75
Indifferentia	260.298	Lasius	25
Inductio	140	Lasthenia	137.138
Inductio per contrariū	140	Leges	150
Infelicitat	295	Lemibus	221
Initia philosophie	14	Leon Salaminius	72
Impossibile	286	Leon tyrannus	337
Imprecationes tragicæ	234	Leodamas Thasius	118
Insultatio	302	Lemocritus	419
		Leont	

## I N D E X.

<b>Leontenus</b>	413	Magi	11
<b>Leontia</b>	418.414	Manes serum	242
<b>λεοχήρωται</b>	63	Mantinea	64
<b>Leucippus</b>	100.382.421	Marathonis bellū duces	32
<b>Lingua</b>	38.48	Marius	102
<b>Linus Thebanus</b>	10	Marmarium	418
<b>Lindus insula</b>	49	Massagetae	404
<b>Libri Theophrasti</b>	202	Matria	143.314
<b>Libertas</b>	304	Manfolas	67
<b>Linea</b>	309	Medicina	150
<b>Logica</b>	98.197	Megarici	103
<b>Logotropus</b>	269	Megara	107
<b>Locus</b>	13.277	Megaclides	391
<b>Lucifer</b>	340.379	Megabizus	83
<b>Luna</b>	13.312.344.383.373	Melantius	164
<b>Lupini</b>	271	Meleager	258
<b>Liceum</b>	187.190	Melantho	94
<b>Lycon orator</b>	78.112	Melēta 32. Melissa	49
<b>Lycophron</b>	50	Melissus	15.380
<b>Lycopbron poëta</b>	115	Melitus	78.115
<b>Lysis mulier</b>	49.75	Melleus laqueus	239
<b>Lysis Tarentinus</b>	337.349	Menander	200.216.238
<b>Lysis Platonis</b>	75.133	Menander Drymus	232
<b>Lysicles</b>	167	Menedemus	111.257.259
<b>Lysimachus</b>	237	Menedemī amicitia	116
<b>Lysias</b>	31.88	Menedemī confidentia	114
<b>Lysippus</b>	80	Menedemī statua	ibid.
	M	Menexenus	75
<b>Macedones</b>	232	Menippus	257.258
<b>Magis</b>	401	Menodorus	17
<b>Magneſij</b>	60	Menodotus	41 <sup>r</sup>
			46 <sup>s</sup>

## I N D E X.

Mentor	184	<i>Mos sepeliendi apud Athene</i>
Meropes	21	<i>nienſes</i> 28
Mercurius	345	<i>Motus</i> 399.432
Messana	59	<i>Mundus</i> 22.146.147.310.
Mens	23.345.379.388	352.343.373.346
Metapontus	349	<i>Mundi Epicuri</i> 432
Metapontini	340	<i>Munychia</i> 59
Meton	353	<i>Mus scrutus</i> 417
Metrodorus	67.393.419.	<i>Musca</i> 10
	424	<i>Musica</i> 151
Metrodori libri	425	<i>Mute</i> 282
Metrocles	102.256	<i>Müſe</i> 67
Metus	301	<i>Myrmex</i> 107.192
Mida epitaphium	47	<i>Myronianus</i> 163
Miletus	21	<i>Myson Cheneus</i> 20.55
Milo Crotoniates	348	<i>Myson boninum oſor</i> 56
Miltiades	275.318	<i>Myrto</i> 73
Minermnus	33	<i>Mythrus</i> 102
Misericordia	300	N
Mithras	417	<i>Natura</i> 314.316
Mithridates	126	<i>Nausiphantes</i> 396.398.410
Mitylena	421	<i>Nebule Aristophanis</i> 71
Mnascus	274	<i>Neanthes</i> 362
Mnesistratus	137.323	<i>Nearchus</i> 382
Modus	289.	<i>Maris</i> 339
Marcas	170	<i>Necessitas</i> 23
Mæror	301	<i>Necessarium</i> 288
Molon	133	<i>Neckenabis</i> 368
Monimus	251	<i>Neocles</i> 417
Morbus	302	<i>Neophron</i> 115
Mors	459.	<i>Nesus Chiui</i> 393
		<i>Nessus fluminis</i> 338
		<i>Nest</i>

## INDEX.

Nestis	363	Opes	73
Nicanor	191	Oplomachus	423
Nicarete scortum	107	Oratio	131, 182, 289, 392
Nicidium	418	Oratoria	152, 457
Nicias	39, 57	Orestades	378
Nicomachus	186, 368	Orion Epicurus	423
Nicomedes	375	Ὀρφεύς	63, 160
Nicodromus	254	Orpheus	11
Nicolochus	415	Ὀυτίδης	278, 290
Nicostratus	164	P	
Nicocreon	113	Paula Cyri	85
Nilus	23	Peones	404
Nix	315, 453	Parebates	96
Nobilitas	151	Parmeniscus	278
Nomen	282	Parmenides	14, 353, 379
Nosce te ipsum	24	Partitio	284
νοσογένεια	150	Panthodus	212
rē quare Anaxagoras	65	Pascles	254
Numenius	398, 410	Pasiphon	87, 247
Nymphæ	339	Pausanias	357, 361, 375
O		Pazatae	10
Obelus	144	Peccata Stoicis patia	304
Oblectatio	302	Periander	49
Ociūm	75	Pelops	21
Odium	301	Penelopes ancille	94
Oenopidas	387	Pentathlus	385
Oetus nicus	55	Percundatio	286
Officium	303	Perdiccas	237, 416
Onatas	81	Perfecta virtus	152
Onesicritus	252	Periander tyrannus	52
Onesicratius	248	Periandri sepultura	50
		H	Per

# I N D E X.

Periandri apophtheg.	51	Philo	135.266.397
Periandri uxori	49	Philo dialecticus	266
Pericles	68.111	Philonida	178.265.276
Perictione	120	Philopidas	84
Perilaus	59	Philolaus	122.123.367
Peripatetici	167.306.323	340.383	266.276
περιπατηταὶ	167.212	Philosophia	9.10.143
Perseus	116.178.319.263	Philosophia partes	12.427
	265.275.319	Philosophia triplex	276
Perse	403	427	
Perturbatio	300	Philexenus	173
Phædrus	—	Phocion	248
Phædon	75.103	Phocus Samius	17
Phænareta	27	Phœnix	266.492
Phalanthus	21.77	Physiologia	443
Phantas	200.277	Phreatiles	101.312
Phantasma	231	Phrasidemus	107
Phantasia	ibidem	Phryne	160.142
PhanTho	351	Phrynicus	166
φαῦλος	143	Phrynon	401
Pherecydes	59.335	Physica	276.306.427
Phidiades	121	Physici	15
Philetus	173	Pictas	61.299
Philesta	83	Pindarus	172
Philemon	253	Pisistratus	28.63
Philippus Amynte	85.136	Pisistrati astutia	36
Philippus Opūtius	134.137	Pittacus Mitylenaeus	40
Philippus	160.336.190	Plato	171.307.324.368
Philiscus	248	366.399	
Philista	397	Platonis discipuli	137
Philistine	367	Platonis dialogi	143
Philocrates	316	Platonis dogmata	144

## ICON IDE EX

Platonis note	200.144	Prienenis institutio	43
Plistanus	70.103	Principia	143.308
Plistarchus	20.394	Probabile	268
Pluua	vol. 315	Πρόσωπα	118
Poësse porticus	200.262	Prodicus	396
Poëma	200.123	Protigoras	396
Poësis	200.123 ibidem	Pruina	375
Poëtica	200.103	Proxenus	62
Polemo	200.164	Prudentia	98.116.194
Polis legatus	200.116	Prytineum	79
Politia	200.149	Ptol. Soler	107.215.270
Polyænus	200.423	Ptol. Philadelphus	208.413
Polyeuctus	200.78	Ptolemeus Lagi	101
Polykrates	200.64.78.333	Ptolemeus Melas	425
Polydora	200.194	Ptolemeus Leucus	425
Polygnotus	200.262	Ptol. Aethiops	96
Polymnastus	200.351	Pudor	301
Polyxenus	200.92	Pulchritudo	151
Polystratus	200.423	Punctus	200.309
Pompeipolis	200.115	Purpura	404
Pompylus	200.200	Pylades	170.174
Posidonius	200.276	Pyramides	170.219
Possibile	200.188	Pyrrhus Delius	101.336
Potidea	200.72	Pyrriche	200.221
Potentia	200.154	Pyrrho	200.394
Potamon	200.16	Pyrrhonia sceta	16.398
Potona	200.103.121	Pyrrhonis discipuli	410
Praylus	200.413	Pyrrhonis dogma	401
Predicatum	200.284	Pythagoras	204.913.365
Praester	200.452	Pythagore dogmata	342
Priene	200.47	Pythagore symbola	340
200.7	200.2	H 2	200. Pytha

## INDEX.

Pythagoræ μῆμαχος	Sapiens	198.304.436
336. 1	σαράντα	43
Pythagoræ abstinentia	Sardis	64
Pythagoræ impostura	Sarpedon	415
Pythagoræ quatuor	Saturrius	ibidem
Pythagoras pugil	γράνδιξ herba	102
Pythocles	Scaphæ in aere	1373
Pytostratus	Sceptici	400.412
Qui inter se fuerint et muli	Scepticæ	16.398
Quid eximium habeat Phi- losophus	Scientia	150.296.310
Quid facile quod difficile	Scirpalus pirata	247
Quis felix dicatur	Scopas	73
Ratiocinatio	Seythæ	11.107.414
Ratio	Seytharum oratio	110.113
Rhetorice	Seythici sermones	103.110
Romani	Seythinus	376
Ros	Secta quid sit	16
S	Sectæ uarie	16
Sagerus	σεπτεμβρια	36
Sacer morbus	σεπτεμβρια	36
σαυδωρ	Semen	317.344.449
Salarus	σεπτεμβρια	36
Salem lingere	Senecius	379.347
Samij	Sensus	99.180.345.447
Samus	Septem Sapientes	123.399
Sandes Epicureus	Sermo	111.122
Sanitas	Seutibus	110.83
Sapientes septem	Sextus	21.413
Sapientia	Signum	408

# I N D E X.

<i>Sillorum libri</i>	413	<i>Sorite</i>	104.178.190
<i>Simias</i>	107	<i>Sosibeus</i>	323
<i>Simias Thebanus</i>	111	<i>Sosigenes</i>	427
<i>Simon Athenien.</i>	110	<i>Sosibius</i>	31
<i>Simonides</i>	48	<i>Species</i>	283
<i>Simus questor</i>	177	<i>Specusippus</i>	111.158
<i>Sisachthia</i>	27	<i>Sphaeri libri</i>	325
<i>Socrates</i>	13.70.79.179 8.193.225.374.385.387	<i>Sphaerurus Bosporianus</i>	176 325.375
<i>Socratis frugalitas</i>	73	<i>Stelle</i>	73
<i>Socratis uxores</i>	73	<i>Stilpo</i>	109.115.148
<i>Socratis libertas</i>	74	<i>Stoici</i>	260.262
<i>Socratici nobiles</i>	81	<i>Strato physicus</i>	208
<i>Socratides</i>	172	<i>Strobili</i>	412
<i>Sol</i>	312.344.363.387.383	<i>Stultos insanire</i>	309
<i>Solis magnitudo</i>	372	<i>Superficies</i>	309
<i>Solocismus</i>	283	<i>Sydera</i>	312.383
<i>Soli ciuitas</i>	29	<i>συμβολάωα</i>	136
<i>σωλαιζειν</i>	ibidem	T	
<i>Soloni</i>	26	<i>Tanias</i>	92
<i>Solonis opera</i>	34	<i>ταρίχειον</i>	117
<i>Solonis mors</i>	34	<i>Tarentum</i>	349
<i>Solonis apobtheg.</i>	31	<i>Telanges</i>	933
<i>Solonis leges</i>	31	<i>Telephorus</i>	216
<i>Somnus</i>	317.430	<i>Tempus</i>	23.346.312
<i>Sophistæ</i>	33	<i>Teredo</i>	402
<i>Sophisma</i>	391	<i>Terpander</i>	104
<i>Sophilus comicus</i>	109	<i>Terra</i>	147.198.316.378
<i>Sophocles</i>	141.156.201	<i>Terror</i>	308
<i>Sophron mimographus</i>	125	<i>Tetralogiae Platonis</i>	148
<i>Sophronisius</i>	70.73	<i>Testamentum Lyconis</i>	112
		H 3	Testa

## I N D E X


- |                            |                                    |                                   |                                |
|----------------------------|------------------------------------|-----------------------------------|--------------------------------|
| Testamenta Arcesilai       | 176                                | Theori                            | Ιδιονοματα 220                 |
| Testamentum Aristot.       | 191                                | Thespis                           | της περιπέτειας 220            |
| Testam. Theophrasti        | 203                                | θεωρός ουνιδος Τιθονος 60         | θεωρίων ουνιδος Αντικρισης 270 |
| Testam. Stratonis          | 209                                | θερίζων                           | ουνιδος Αντικρισης 270         |
| Testamentum Epicuri        | 422                                | Tbrafo                            | τιθινος 266                    |
| Thales Milesius            | qqi 17                             | Thrasybulus ουνιδος Βαρβαρης 19   | Thrasymachus ουνιδος Ια        |
| Thaletis sententiae        | 16-22                              | Thucydides                        | τιθινος 258, 263               |
| Thales quando natura       | 23                                 | Thurijs ουνιδος Βαρβαρης 353, 390 | Thyestes tragedia 247          |
| Thaletis mors              | 178, 2124                          | Thyrion                           | τηριον ουνιδος 210             |
| Thargelion                 | 50, 120                            | Timaeus                           | ουνιδος 359, 367               |
| Thaumastias                | 6, 176                             | Timarchus αντιλοφης 167           | Timagoras ουνιδος 307          |
| Theætetus poëta            | 1, 108                             | Timocrates ουνιδος 417, 424       | Timon ουνιδος 499, 499, 497    |
| Theano                     | μηδεια 193                         | Timon misanthropos 209            | Timor ουνιδος 307              |
| Theba                      | Ιλιος 44                           | Tolerantia ουνιδος 264            | Tonitrus 316, 438              |
| Thelida                    | μηδεια 193                         | Τικαντας ουνιδος 18               | Tragici τρομητης 254           |
| Themista                   | 214, 17, 423                       | Tristitia ουνιδος 193             | Tripodis inventio 1, 11, 21    |
| Thenistoclea               | 173, 32                            | Trochalia ουνιδος 77              | Tyle ουνιδος 391               |
| Theodorus                  | 88, 96, 101, 103,<br>167, 180, 237 | Θελακης ουνιδος 239               | Typhon ουνιδος 167             |
| θεος utriusq; sexus in nos |                                    | Tyranni ουνιδος 152               | Tyrtanique γοργονης νονιδοι    |
| Theodota                   | 495, 173                           | Tyrtanes poëta ουνιδος 50         | Tbyrr                          |
| Theocritus Chiusensis 195  |                                    |                                   |                                |
| Theocritus                 | 299, 193                           |                                   |                                |
| Theodas                    | μηδεια 413                         |                                   |                                |
| Theombrotus                | μηδεια 366                         |                                   |                                |
| Theomedon medicus          | 368                                |                                   |                                |
| Theon Tithoreus            | 403                                |                                   |                                |
| Theopompus                 | 2, 216                             |                                   |                                |
| Theophrasti opera          | τυροι                              |                                   |                                |
| Theophrastus               | 137, 193, 170,<br>200, 234         |                                   |                                |

I N D E X.

Tyrrheus		40	355.370.377.399
V			Xenophilus 340.351
Ventus		66	Xenophon 72.81.133.226.
Veritas		452	252
Ver		315.343	Xenophontis libri 85.133
Verbum		282	Xenophon musa Attica 85
Virtus	198.216.260.293.	Xerxes	12.66.334
	395.306		
Vifus		317	Zaleucus 340
Vitium		293	Zamolxis 335
Vlysses		94	Zelotyphi 301
Vnitas		343	Zeno 109.133
Vniuersum	312.380	Zeno Citticus	261
Vocales Grece	282	Zeno Sidonius	425
Voluptas	97.197.301.410.	Zeno historicus	275
	460	Zeno Eleates 39.380.399	
Vox	70.157.281	Zenonis discipuli	275
Vtides		278	Zenone temperantior 272
X		Zcnxis	411.415
Xanthippe	72.77	Zentippus	415
Xanthus muisicus	170	3ntitukh	398
Xanthus	353.413	Zodiacus	316
Xeniades	232.248.251	Zona quinq;	316
Xenocrates	137.160.197	Zopyrus	414
Xenocratis scripta	162	3opopodopwldas	43
Xenophanes poëz	377	Zoroastres	10.12
Xenophanes	18.81.347.		

F I N I S.









18644842





